AD primuꝫ sic ꝓceditur. videt̄ ꝙ vna pſona sine alia nõ possit carnẽ assumere. Dama. s. eñ dicit ꝙ in diuinis oĩa sunt vnũ preter ingenerationẽ generationẽ ⁊ ꝓcessionẽ: sed incarnatio nullũ hoꝝ est ergo icarnatio cõis est tribus. ¶ Itẽ sicut est vna essentia triũ personaꝝ: ita vna operatio diuina: sed assumere carnẽ est q̄daꝫ operatio diuina: ergo est cõmunis trib⁹ personis. ¶ Item Damasce. dicit ꝙ tota natura diuina in vna suarũ ẏpostasium incarnata est: sed quicq̄đ dicit̄ de natura cõmune est tribus: ergo incarnatio cõmunis est trib⁹ personis. ¶ Iteꝫ quecũq̄ꝫ sunt vnũ ꝫm substantiã simplicẽ: cuicũq̄ꝫ vnitur vnũ ⁊ reliquum. sed tres pſone sunt vnũ ꝫm substãtiam que est cõmunis et simplex: ergo si carni vnit̄ filius necessario ⁊ carni vnit̄ pater. ¶ Itẽ maior est vnio que est per gratiã vnionis q̄ꝫ que est per gratiã adoptionis: sed in vnione per grãm adoptionis non vnit̄ menti vna pſona sine alia: ergo nec vna pſona assumpsit carneꝫ sine alia. ¶ In cõtrariũ videt̄ qđ Diony. scđo ca. de di. no. ea que ad icarnationẽ pertinẽt cõputat inter ea que sunt de discreta theologia: hec autẽ sunt que vni pſone cõueniunt sine alia: ergo incarnatio cõuenit vni pſone sine alia ⁊ non oĩbus. ¶ Itẽ incarnatio includit in suo itellectu missionẽ: vt in lr̄a dr̄: sed ad hoc qđ vna pſona mittat̄ non sequit̄ ꝙ oẽs mittãtur: ergo vna pſona sine alia incarnari põt. ¶ Preterea. maior est distinctio rei ⁊ rationis q̄ꝫ distinctio rõnis tãtum. sed rõnes diuersarũ reruꝫ in diuinis nõ distinguũtur nisi rõne persone autẽ distinguũtur ⁊ re ⁊ ratiõe: ergo maior est distictio pſonarũ in deo q̄ꝫ rationũ idealiũ: sed deus per vnã rationẽ aliquid operat̄: quod nõ operatur per aliã: qꝛ alia rõne facit hominẽ: ⁊ alia ratione facit equuꝫ vt Aug. ait: ꝗ multo amplius vna persona põt incarnari sine alia. Theologia discreta q̄ sit

Respõdeo dicẽduꝫ ꝙ q̄uis tres persone sint vnũ in essentia non tamẽ oportet ꝙ si vna ꝯiũgitur

carni q etiã alia. ¶ Ad cui⁹ euidentiã sciendũ est q quãdo aliqua in aliquo cõiungũtur et in aliquo distinguũtur: tunc solũ necessariũ est vt simul cõiungãtur: quãdo cõiunctio fit scđm id in quo cõmunicãt: siue illud sit idem numero: siue nõ: sicut patet q homo ⁊ asin⁹ cõmunicant in animali: ⁊ ideo quicqd cõmunicat cũ asino in genere: cõmunicat etiã cũ homine: sed quia homo ⁊ asinus differẽtijs specificis distinguuntur: nõ oportet q quicqd cõuenit cum asino in differẽtia specifica cõueniat cũ homine similr: ⁊ ita etiã est in potẽtijs anime. qr oẽs radicãtur in essentia vna numero. vnde cũ anima vniaẽ corpori dupliciter: ⁊ scđm essentiã vt est forma eius: ⁊ scđm potẽtiam: vt est motor ipsius: vel operãs p ipsum: necessariũ est vt aĩa que vniẽ oculo ⁊ quãtum ad essentiã anime inquãtũ perficitur oculus in esse specifico. ⁊ scđm rationẽ visiue potẽtie: put efficitur instrumentũ videndi: cõiungatur etiã lingue quãtum ad essentiã anime: nõ quãtum ad rationẽ potentie eiusdẽ: eadem eñ essentia aĩe que est in oculo: est in lingua: sed ibi scđm potentiã visiuã: hic scđm potentiam gustatiuã: ⁊ qđ plus est: aliqua potẽtia est que nulli pti corporis cõiungitur quãtũ ad rationẽ potentie: vt intellectus: sed solũ quãtũ ad rõnẽ essentie. Dico ergo q tres psone distinguũtur quidẽ in personalitate: sed cõueniũt in natura: vnde quicqd vniret filio in natura: de necessitate vniretur patri: nõ aũt oportet q si aliqd vniatur filio ĩ psona q vniatur patri. Non eñ ponimus incarnationem filij esse hoc nõ vt sit vnio facta in natura: sed solũ in persona: ⁊ ideo nõ oportet: q ponamus patrẽ incarnatum: sicut nõ oportet q si potentia visiua sit actus corporis: q itellectus sit actus corporis: qũuis conueniant in vna essentia anime.

anima vniẽ corpori dupliciẽ.

Ad primũ ergo dđm q incarnatio includit in se vnũ illorũ triũ: qr incarnatio dicit vnionẽ in psona filij: cuius psonalis pprietas est generatio. ¶ Ad scđm dđm q assumere duo iportat. s. actionẽ ⁊ terminũ vnionis. dr eñ assumere. quasi ad se sumere. quicquid ergo actionis importaẽ in hoc vbo: totũ est cõe trib⁹: verũ enim est dicere q tota trinitas vniuit humanã naturã filio in persona: sed termin⁹ vnionis est solũ psona filij et nõ patris: ⁊ iđ filius carnẽ assumpsit: ⁊ nõ pater nec spũs sanctus. ¶ Ad tertiũ dđm: q de natura nõ dr incarnatio scđm se: sed ratiõe psone scđm q tota natura diuina incarnata est in vna psona filij: et iđ nõ oportet q incarnari de trib⁹ dicaẽ. hoc eñ est necessariũ in illis que dicũtur de natura ratiõe ipsi⁹ nature: nõ de illis que dicũtur de natura ratiõe psone: sicut essentia diuina est psona filij: non tamẽ psona patris est psona filij. ¶ Ad 4ᵐ dđm q si esset vnio ĩ subã vel natura sequereẽ q tres psone essent icarnate si vna incarnareẽ: nũc vo nõ est vnio facta ĩ natura: vt scꝫ ex diuina ⁊ humana fiat vnũ: sꝫ in psona in hũanitate et diuinitate subsistẽs: ⁊ iđ ratio nõ pcedit: vt

ex predictis patet. ¶ Ad quintū dicendū: q in vnione que est p gratiā adoptionis cōsideratur vnio p operationē tantū: quia scz deus aliquē effectuz in nobis operat. et qz opatio est cōis tribus. ideo opz q etiā vnio illa cōmunis sit: quāuis fm q ille effectus appropriat vni psone vel alij: dicat in mentē mitti filius vel spūssanctus: sed i hac singulari vnione diuinitatis ad humanitatē non tantum notatur ex parte dei operatio vl efficientia: sed etiā terminus: vt dictum est: et ideo non est sile.

Gratia adoptionis cōsidit.

¶ Utrū magis fuerit cōueniens filiū incarnari vl' prēz vel spi. san.



D scdm sic pcedit. videt q nō magis fuit cōueniēs filiū incarnari q patrē vel spi. san. sic in mysterio incarnatōis mōstrata est sapia in decētia recōciliationis: ita et mōstrata est potētia i hoc q in infinitū distātia cōiūcta sunt: et etiā bonitas in hoc q nō despexit pprij plasmatis ifirmitatez: sicut dicit Damas. sz sicut sapiētia attribuit filio: ita bonitas spiritui scō: et potētia pri. ergo nō decebat magis filiū incarnari q patrē vel spiritū sanctū. ¶ Itē victoria potētie attribuitur: sed per incarnationē secuta est de hoste victoria ergo incarnatio magis decebat prēm: cui appropat potētia. ¶ Itē recreatio rńdet creatōi: sed creatio appropat patri. Uń cū df Gene. i. In pn. creauit de' ce. et ter. deus creās exponit pr: ergo et icarnatio p quaz recreatio fcā est pri potissime cōueniet. ¶ Itē incarnatio ordiata est ad hoc vt nos adoptionē filioz reciperemus ad Gal. 4. sed adoptare pprie pris est: ḡ patrez decebat incarnari. ¶ Itē vr q magis congruū fuerit spm sanctū icarnari: eoz em que magis vicina sunt decētior est cōiunctio: sed spūssanct' est psona magis nobis vicina: vt dicit Augu. ergo spm sanctū magis decebat incarnari q filiuz. ¶ Preterea. incarnatio pcessit ex maxia charitate dei quā ad nos habuit: sed charitas est pprie spūssanctus vel etiā approptiate si essentialr sumat: ergo spmsanctum potissime decebat incarnari. ¶ Sed cōtra. In mente nostra sunt tria tres psonas repsentantia: scz mens que representat patrē: noticia que est verbū mētis representās filiuz: et amor qui repsentat spiritum sanctū: sed inter hec tria verbū mentis maxime est corpale: secūdū q p vocez exterius sonat: ergo et incarnatio cōueniētissime verbū eternuz decuit: qd est ipse filius dei. ¶ Itē fm philosophū. 2° Metha. id qd est pmuz in vnoquoqz genere ē causa eorū que sunt post: sed filiatio primo in filio dei inuenitur: sicut et paternitas in deo patre: ex quo ois paternitas in ce. et in ter. nominat. Ephe. 3. ergo cōuenientissime filius dei icarnatus est: vt p ipm adoptionē filiozuz dei reciperemus. ¶ Preterea. decētissima est cōiunctio sapientie et humilitatis. vnde Prouerb. ii. vbi humilitas: ibi sapientia sed sapientia appropriatur filio: ergo ipsuz maxime decuit humilitas incarnationis.

Tria sunt in mente nra.

Respondeo dicendū: q decētia incarnationis filij potest attēdi: et ex proprijs et appropriatis eius. In proprijs autē ipsius vnū consi derari quattuor. s. q filius ē: q verbū est: q imago: q media in trinitate psona: fm autē q imago cōuenientiā hz cum eo qui reparādus erat. s. cū hoīe qui ad imaginē dei factus ē Gen. i. vn decuit vt imago imaginem assumeret: increata creatā: fm aūt q filius ē conuenit ad modū reparationis q̄ expleta est per incarnationis et passionis mysteria: fm eni q ex alio ē: qd quidē sibi et spūi sancto cōe est: notat auctoritas patris respectu ipsius: vn cōuenit sibi ad patrem et deprecatio: et satisfactio et alia hmōi q̄ in patre auctoritatem demonstrāt: sz fm id qd in filio intelligit determinatus modus originis cōuenit sibi nasci vt q̄ in diuinitate est dei filius: in humanitate sit virginis filius: vt nō sint plures filij in trinitate. Cōuenit etiā sibi inquantū filius naturalis ē: vt p eū cuius est naturalis hereditas: alij in filios adoptentur et coheredes fiant. Sz inquantū verbū est: cōgruentiā hz ad officiū predicationis et doctrine: qr verbū manifestat dicentē: et ipse manifestauit patrē. Jo. xvij. Pater manifestaui nomē tuū hoibus. Inquantū vero ē media in trinitate persona cōgruit ad vltimū effectum q̄ est recōciliatio hoīs ad deū: decet eni vt qui ē medius etiam sit mediator. Inueniunt etiā quattuor filio appropriata. s. sapientia et virtus ab aplo. i. Co. i. Xpm dei virtutē et dei sapientiā. Equalitas ab Aug. spēs et pulchritudo ab Hil. Inquantū aūt sapientia ē: cōgruit ad restaurationem: qr decet vt que in sapiētia facta sunt p sapientiā restaurentur: et etiā seruituti a qua hō liberandus erat: q̄ in eā seductus quo dāmō deuenerat. et iō decebat vt per sapientiā a seductore liberaretur. Ipse etiā hō peccauit per appetitū sciētie. vn p sapientiam liberādus erat. Inquantū autē est virtus et brachiū patris: congruit ad victoriā de hoste capiendam. Luce. i. Fecit potentiā in brachio suo. Inquantum vero ē equalitas: cōgruit etiā morbo qui sanādus erat. vterqz eni. s. hō et diabolus peccauerat appetendo equalitatē: ille potētie iste sciētie. Inquantū vero spēs et pulchritudo est: cōgruit reparationi: vt per ipm deturpatio imaginis per peccatū inducta amoueat. ¶ Patri vero nō conuenit incarnatio pcipue pp proprietatem innascibilitatis: nō eni decet vt qui in deitate ē pater: in humanitate sit filius: sic eni filius dei patris esset nepos virginis: si ipsa virgo mater eēt dei patris. Silr etiam nec spūi sancto cōuenit: ne filij nomen in plures personas transferatur.

Filius decenter incarnatus ostenditur.

Quattuor filij appropriata.

Congruentia incarnationis pbat.

Ad primū ē dicendum q in incarnatione ostendunt sapientia: potentia et bonitas: et iō efficiētia incarnationis toti trinitati attribuitur: sz tamē opus quod deo incarnato debebat: per filiū expleri decuit rationibus dictis. et iō tota trinitas carnem soli filio vniuit. ¶ Ad scdm dicendum. q potentis non est vt per potentiam minus potentē vincat. hoc

em̄ videt violentum ⁊ non laudabile: sed per iusticiā ⁊ sapientiā: ⁊ ideo per filiū debuit pater hostē vincere. ¶ Uel dicendū q̄ quāuis potētia attribuat patri: eo q̄ ipse est principiū tot⁹ deitatis: tñ filius etiā dicit virt⁹ patris per quā in creatura operat vnde ⁊ brachiū patris dicitur vt exponit Grego. illud Job. 40. si habes brachiū sicut de⁹. ⁊ ideo decenter per filiū de⁹ pater dyabolū vicit. ¶ Ad 3m dōm q̄ tria opera trib⁹ p̄sonis appropriant: creatio quasi p̄ia patri qui est principiū: nō de principio: glorificatio q̄ est vltim⁹ finis spiritui sancto rōne bonitatis: recreatio q̄ media est filio q̄ est media in trinitate persona. ¶ Ad 4m dōz q̄ quāuis patris sit adoptare: tñ decenter nos p̄ filiū adoptauit cui⁹ est hereditas: vt sic per verū heredē ipsa adoptatio acceptaret: ⁊ firma ondereт: ⁊ vt filij adoptiui haberēt verū filium ducē quē imitarent illi quos prescuit cōformes fieri imaginis filij sui vt ipe sit primogenitus in multis fratrib⁹. Ro. 8. ¶ Ad 5m dōm q̄ spūssanct⁹ dicit persona maxie vicina nobis ꝓpter charitatez p̄ quā nobis omnia dona donant: sed fili⁹ ē magis nobis vicinus q̄tū ad congruentiam incarnationis rationib⁹ dictis. ¶ Ad sextū dōm q̄ charitas dei est causa incarnationis: ⁊ ideo causalitas incarnationis: iquāuis sit cōmunis tribus personis appropriat tñ spirituisancto: vt infra dicet. dist. 4. non tñ ex hoc sequit q̄ spiritussanctus debuerit incarnari.

¶ Utrū pater potuit carnē assumere: ⁊ etiaz spiritussanct⁹.



Ad tertiuz sic ꝓcedit. videt q̄ p̄r carnez assumere nō potuerit: q: vt dicit Ans. minimū incōueniēs est deo impossibile: sed si pater carnē assumeret: sequeret inconueniens: vt scilz essent in trinitate plures filij: qđ in cōfusionē quādā vergeret p̄sonaꝝ. ergo pater carnē assumere nōpotuit. ¶ Itē opposita nō possunt iungi in eodē etiā p̄ miraculū: sed in patre est quedā ꝓprietas q̄ dicit innascibilitas ſm quā dicit non esse ex alio: cui nascibilitas opponit ergo non potuit pater de virgine nasci: qđ diceret si carnē assumeret. ¶ Itē vt in littera dicit filio missio est ipsa incarnatio: sꝫ patri nō cōuenit mitti. vt in primo libro. dist. 3. habituz est. ergo nec incarnari potest. ¶ Item ab eo q̄ ē infinite misericordie semper optima expectanda sunt q̄ contingere possunt: sed cuz tot⁹ mundus per incarnationē vni⁹ persone melioratus sit: si etiam pater incarnaretur: multo amplius meliorabit. ergo si possibile est patrē incarnari: hoc sperare debem⁹: sicut ⁊ antiqui patres incarnationē filij expectauerūt: qđ est omnino absurduz. ¶ Preterea. non est maior dei potētia q̄z sua volūtas: cū vtrunq̄ sit infinitū: sed p̄r nunq̄ voluit incarnari: ergo nec incarnari potest. ¶ Sed cōtra. sicut dicit Ansel. omnis necessitas ⁊ impossibilitas deo est subiecta: sed ei nihil est impossibile cui⁹ volūtati omnis impossibilitas subdit: ergo patrē incarnari non est impossibile. ¶ Item eoꝝ queeque

Oē inconueniens in deo ipole.

distant: eque possibilis est ɔiunctio: sed humana natura equaliter distat a tribus personis: distat enim a qualibet in infinitum: ergo si potuit eam filius assumere pōt et pater. ¶ Preterea. quicquid dignitatis cōuenit filio cōuenit et pri: sed posse assumere carnē est dignitatis in filio. ergo et patri attribuendū est.

Respondeo dicendum. quod cum in agentibus ex libertate volūtatis executio potētie sequatur imperiū volūtatis et ordinē rōnis ɔsiderādū ē: qn potētie diuine aliqd ascribitur vtrum attribuatur potētie secundum se ɔsiderate: tūc enim dicitur posse illud de potētia absoluta: vel attribuatur sibi in ordine ad sapientiā et prescientiā et voluntatē eius: tunc enim dicitur posse illud de potētia ordinata: ipsi ergo potētie absolute cū infinita sit necesse est attribuere omne id qd in se ē aliquid: et qd in defectū potentie nō vergit. dico aūt in se aliquid esse qr coniunctio affirmatiōis et negatiōis nihil ē: nec aliquē intellectū generat quod dicitur hō et non homo simul acceptū quasi in vi vnius dictionis: et ideo potentia dei ad hoc se nō extendit: vt affirmatio et negatio sint simul. et eadē ratio ē de omnibus q̄ cōtradictionē includūt. dico aūt in defectū potētie vergere q̄ passionē potētie importāt: ex defectu enim potētie actiue ad resistēdū ɔtingit quod aliqd vel corrumpatur vel diuidatur vel aliqd hmōi. vnde et mollicies impotētia naturalis dr propter facilē diuisibilitatē: et ideo nō dicimus deū in natura diuinitatis posse pati vel mori vel aliquid hmōi sicut nō dicimus eū posse esse impotentē. huic aūt potentie absolute ɔsiderate qn attribuitur aliqd qd vult facere et sapientia sua hz vt faciat: tunc dicitur posse illud secundum potentiā ordinatā: qn aūt potentia se extēdit quantū in se est ad illud qd sibi attribuitur: quāuis nō habeat eius sapiētia et volūtas: vt ita fiat tūc dicitur posse illud de potentia absoluta tm: sed in his distiguendū est: qr in his sunt quedā que habent aliquid in se diuine sapientie et bonitati repugnās inseparabiliter cōiunctū: vt peccare mentiri: et hmōi: et et ista dicimus deum nō posse. quedā vero sunt que de se non habent inconuenientiā ad diuinā sapientiā. sed solū ex ordine aliquo sue prescītie: quē deus in rebus statuit vel preuidit secundum suā voluntatē: vt quod caput hominis sit inferius: et hmōi deus pōt facere: quia pōt statuere alium ordinē in rebus secundum quē sit conueniens: qd nunc secundum istum ordinem quī rebus inest inconueniēs videtur Sic ergo in his q̄ diuine potentie attribui possunt: est quadruplex distinctio siue ordo quedā enim nec ipsi potētie absolute attribuuntur. Unde simpliciter dicendū est deū ea non posse: sicut pati et cōtradictoria simul esse. quedā vero ex se sapiētie et bonitati eius repugnāt: et ista nō dicimus deum posse nisi sub conditiōe: scilicet si vellet. nō enim inconueniens est vt in conditionali vera antecedens sit impossibile. quedam vero de se repugnantiam non habent: sed sola ab exteriori. et talia absolute concedendū est deū

Regula theologia.

Deus aliq̄ dr nō posse.

posse de potentia absoluta: nec sunt negāda nisi sub cōditione: scz vt dicatur non pōt si voluntati eius repugnat. quedā vero sunt q̄ attribuuntur potentie: ita q᷑ voluntati et sapientie eius cōgruūt et hec simplr dicēdū est deū posse: nullo modo ea non posse. Dicendū est ergo q᷑ patrem incarnari non est de illis que potētie dei absolute nō subdunt: cū neqȝ contradictionē implicet neqȝ defectum aliquem incarnatio in psona incarnata ponat. est eñ eadem dignitas patris et filij: et ratio eadem personalitatis in vtroqȝ: nec est etiā de illis q̄ ex se inconuenientiā habent: sed est de illis que habent inconueniētiaȝ ppter ordinem alium a dei sapientia institutū. sed filiuȝ incarnari est in quarto ordine: et ideo simpliciter ↄcedēdū: est q᷑ pater potuit carnē assumere et similiter spiritussanct⁹ loquēdo de potentia absoluta.

Ad primū ergo dicendū q᷑ hoc est impossibile: vt aliqd faciat deus et hoc sit inconueniens: sed tñ potest facere vt illud quod modo est inconueniens fm vnū ordinem: fm aliū ordineȝ fiat conueniēs: sicut pōt carnem hoc modo formando assumere: sicut corpus viri de terra formauit sic eñ filij nomē patri non cōueniret: nec etiā si pater filius diceretur esset de se repugnantiam habens cū fm diuersas naturas hec sibi attribuerentur. ¶ Ad secundū dicendum q᷑ fm ideȝ non possunt opposita eidē inesse: sed fm diuersa nihil prohibent. vnde quāuis patri conueniat innascibilitas fm naturā diuinā: posset tamen eidem in esse natiuitas fm naturā humanaȝ: sicut filio fm naturā diuinam inest q᷑ sit pater virginis: cuius fm naturam humanā est filius. ¶ Ad tertiū dicendū q᷑ incarnatio filij dicitur missio: quia filius ab alio est: si autē pater incarnaretur ei⁹ incarnatio missio non dici posset: sicut ostensio spiritussancti in columba missio visibilis ipsius dicitur: non aūt ostensio patris in sono vocis. ¶ Ad quartū dicendū q᷑ tres persone nō sunt maioris bonitatis q᷑ vna tantū: et iō nihil plꝰ vniuerso accresceret de incarnatione omniū personarū q̄ȝ de incarnatione vnius tantū vnde fuisset superfluū: et iō quāuis sit possibile patrē incarnari non tamen est expectādū. ¶ Ad quintū dicendum q᷑ potētia dei non est maior quantū ad essentiam q̄ȝ voluntas: tamen ad plura obiecta se extendit potētia q̄ȝ voluntas. vnde non sequitur si aliquid deus non vult q᷑ illud absoluta potētia nō possit.

¶ Utrum pater et filius et spiritussanctus possint eandē numero naturā assumere.


D quartum sic pcedit. vr q᷑ pater et spiritussanctus nō possint vnā et eandem numero naturā assumere. primo p hoc quod dicit Ansel. in libro de concep. virgi. plures persone non possunt assumere vnū eundemqȝ hominē: sed si vnam naturam assumerent. vnus homo assumptus: esset a pluribus personis. ergo primū est impossibi-

pr na scibil pt dici fz nāz hūanā

le. ¶ Item assumptio humane nature terminatur ad aliquam vnionē: nō aūt ad vnionē in natura: q2 oporteret vel alterā tantū remanere. sicut p3 in coniunctione cibi ad cibatū. vel etiam neutrū vt p3 in coniunctiōe elementoꝝ: in incarnatiōe ħo vtraq3 natura manet: vt Damas. dicit. ⁊ sic p3 q̄ nō pōt esse vnio in natura. ergo op3 q̄ terminet̄ ad vnionē in p̄sona. nō ergo pñt eē plures p̄sone vnā naturā assumētes. ¶ Preterea. vt Dam̄. dicit: in incarnatiōe vniēs ⁊ vnitū cōmunicant sibi sua idiomata: vt quicq̄d d̄r de filio hoīs possit dici de filio dei: ergo si eadē natura hūana a tribus p̄sonis assumpta eēt: demōstrato illo homine possem⁹ eū dicere filiū dei ⁊ quicq̄d de filio dei d̄r: ⁊ econuerso filiū dei eē hunc hominē ⁊ natū de virgine ⁊ hm̄ōi oīa: s3 stante eadem positione possem⁹ dicere q̄ hic homo esset pater: ergo esse patrē ⁊ q̄cq̄d est patris possunt p̄dicari de filio dei: qđ manifeste cōfusionē induceret p̄sonarū. ¶ Preterea. tres persone distinguunt̄ relationib⁹. ergo qđ attribuit̄ alicui p̄sone p̄rio ⁊ per se rōne eius qđ ad alterum est nullo mō trib⁹ p̄sonis pōt eē cōmune: sed humanā naturam assumere cōuenit filio s̄m id qđ ad alteru3 est: quia primo ⁊ per se conuenit persone: nature autem prout est in persona: ergo assumere hanc naturā non potest esse cōmune tribus p̄sonis. ¶ Preterea. vt in primo libro dictum est. omnis quidditas vel natura que non est suum esse diuiditur s̄m diuisionem suppositorum in ea subsistentiu3: quia esse habet s̄m q̄ in supposito est: sed humana natura est q̄ddítas vel natura que non est suu3 esse. hoc enim solius dei natura est: ergo op3 q̄ diuidatur s3 esse ad diuisione3 suppositoꝝ in ea subsistentiū: sed si tres assumerent humanā naturā essent tria supposita in hūana natura subsistentia: ergo essent tres hūane nature: nō ergo vna numero humana natura a tribus p̄sonis assumi pōt. ¶ Preterea. si tres p̄sone vnā naturā humanā assumerent: aut essent vnus homo aut plures: sed nō plures: q2 nō haberent nisi vnā aīam ⁊ vnū corpus. ergo eēt vnus homo: ⁊ posset demōstrari. iste homo est pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus: sed ille homo non pōt supponere nisi p̄sonā patris vel filij vel spūssancti: ergo p̄sona patris esset pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus vel p̄sona filij vel p̄sona spiritussancti quod est impossibile: ergo īpossibile est talem assumptionē esse. ¶ S3 cōtra. humane nature3 cōuenit esse assumptibilē s̄m q̄ est ad imaginē dei: sed eadem numero hūana natura est ad imaginem trium p̄sonarum: ergo humana natura eadem numero a tribus assumi pōt. ¶ Preterea. maior ē distantia diuersarum potentiarum anime adinuicem que etiā in absolutis distinguntur: q̄3 diuinarum personaru3 que distinguūtur solum in eo quod ad aliđ est. sed anima vnitur eidem mēbro s̄m diuersas potentias: qđ patet: quia organa aliorum sensuum sunt etiam organa tactus qui per totum corpus diffunditur: ergo ⁊ deus potest vniri homini: ita q̄ tres persone vnam

Cōicatio idiomatu3 d̄signatur.

naturã humanã assumât. ¶ Preterea. eorum que magis conueniunt. facilior est vnio: sꝫ humana natura assumpta a filio non minus cõuenit cuꝫ patre: sꝫ etiã magis ꝙ aliqua alia: ergo si pater potuit assumere aliaꝫ humanam naturã. vt dictum est. ergo multo magis eandem.

Respõdeo dicendũ: ꝙ tres personas diuinas assumere vnam humanaꝫ naturã in vnitate vnius persone est impossibile: quia cõtradictionem implicat: cuꝫ eñ vnio dei ⁊ hominis non possit fieri in natura. vt infra. dist. 5. probabit̃ opꝫ ꝙ fiat in persona: vt scilꝫ sit eadem personalitas assumentis et assumpti. vnde ponere vnam personaꝫ ex parte assumpti: ⁊ tres ex parte assumẽtis est incõpossibile. Et non põt etiã similiter eẽ vna vnitate vnius ypostasis vel suppositi ad minus quantũ ad secundaꝫ opinionẽ que ponitur infra. dist. 6. que ponit vnionem non tñ in persona: sed etiam in supposito ⁊ ypostasi. sꝫ ꝙ natura assumpta a tribus psonis sit vna vnitate singularis nature: nõ est impossibile: loquendo de potentia absoluta: ꝗuis non sit congruũ ꝫm ordinẽ diuine sapiẽtie: cum vnius persone incarnatio ad reparationẽ mille mundorum sufficiat. Dico aũt vnitatẽ singularis nature: si assumeret̃ vnum corpus ⁊ vna anima sibi vnita: ex quoꝝ vnione, vna hũanitas resultaret: vt sic tres persone, in vna natura assumpta cõuenirent: sicut cõueniunt in natura eterna. Quidã vero econuerso contrariã opinionẽ tenent ⁊ ꝫm vtranqꝫ potest ad obiecta responderi.

Ad primũ ergo dicendum ꝙ Ansel. ibi accipit vnũ hominẽ vnam personã humanã. hoc eñ est impossibile ei qd ponit̃ tres personas assumẽtes esse. ¶ Ad scdm dicendũ ꝙ assumptio illa terminaretur ad aliqd vnum in persona: nõ ita ꝙ vni tantũ psone vniretur: sꝫ quia a qualibet triũ personarum assumeret̃ in vnitate persone: vt nõ esset alia persona hominis assumpti a tribus personis patris ⁊ filij ⁊ spũssancti: ꝗsi homo per se inquantũ homo sit persona: esset tamen alia persona patris alia filij alia spiritus sancti humanitatẽ eandem assumentiũ. ¶ Ad tertium dicenduꝫ ꝙ cõicatio idiomatum intelligitur respectu alterius nature. vñ predicta positione facta: hic homo nõ cõmunicaret filio idiomata patris: sed soluꝫ idiomata humane nature. ¶ Ad quartũ dicẽduꝫ ꝙ sicut supra in primo libro dictum est: in diuinis dupliciter est cõmunitas rei ⁊ rõnis: cõmunitate rei nihil est ibi cõmune nisi absolutuꝫ: sed cõmunitate rõnis est ibi cõmune hoc nomẽ persona vel relatio: et ita per hunc modum cõmunitatis põt cõmuniter cõuenire patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: vt vnusquisqꝫ eoꝝ trahat humanã naturam eandẽ numero in vnitatẽ persone sue. ¶ Ad quintũ dicẽdũ: ꝙ tres psone nõ distinguunt̃ ꝫm eẽ: imo eaꝝ ẽ vnũ eẽ viuere ⁊ intelligere: cũ eẽ nõ nisi ad eẽntiã ptineat: ⁊ idõ nõ oporteret ꝙ nã hũana a trib⁹ psonis assumpta ꝫm esse multiplicaret̃: sicut multiplicatur in tribus psonis hu-

Duplex cõmunitas in diuinis.

manis quarū nō est vnū ei. ¶ Ad 6m dicendum q cū termini substātiui significent vel consignificent pluraliter ex vnitate seu pluralitate forme signate dicerent tres vnus homo: si vnā humanā naturā assumpsissent: sicut ppter vnā naturam diuinā dicunt vnus deus: et sicut dicit tota trinitas vnus solus verus deus fm Aug. et Baruch. 3. Hic est deus et non estimabitur alius ab illo: ita posset dici iste solus homo est pater et filius et spiritussanctus: et tunc iste terminus homo supponeret rem humane nature sine distinctiōe trium personarum: sicut iste terminus deus supponit in pdictis locutiōibus rem nature diuine indistincte. et hec est suppositio sua naturalis: et quasi termini communis respectu triū personarum: suppositio aūt qua supponit p patre vel filio est sibi accidētalis: et quasi termi discreti. ¶ Ad ea q̄ in oppositū obijciunt fm alios pōt respōderi qd ad vnitatē nature seqret aliquo mō vnitas suppositi fm eos: et hoc esse non potest. vt dictum est.

Vocat ancilla ad arcē

¶ Utrum vna persona possit assumere duas humanas naturas.



D quantum sic pceditur. videtur q vna psona nō possit duas hūanas naturas assumere. natura enim cōmunis nō multiplicat: nisi secundum pluralitatem suppositorum sed vna psona est tantum vnum suppositum: vt infra patebit: ergo nō potest in vna persona esse duplex natura eiusdem speciei. ¶ Item si filius dei assumeret plures humanas naturas: vocetur fm vnam naturam iesus et fm aliam petrus: inde sic: supposito filio dei supponit iesus. et eadem ratione supposito filio dei supponitur petrus: ergo supposito iesu supponitur petrus: ergo hec est vera iesus est petrus: sed impossibile est q duorum hominū vnus de alio predicetur: ergo iesus et petrus nō sunt duo homines: sed impossibile est duas humanas naturas numero differentes esse nisi p hoc q sunt in duobus hominibus: ergo in iesu et petro non erūt due humane nature: sed vna tantū: ergo ad hāc positiōem q filius dei duas humanas naturas assumpserit sequit suum cōtrariū scilicet q sit vna tantū natura humana assumpta. ergo positio illa est impossibilis. ¶ Preterea plus distat natura humana a diuina q̄ vna humana natura ab alia sed q̄uis dei filius subsistat in duabus naturis. diuina. s. et humana non tn duo sed vnus et vnū est: ergo et si subsisteret in duabus naturis humanis assumptis: nō tamē duo hoīes dici posset: q̄ nec eēnt due humane nature: et sic idē qd prius. ¶ Preterea. si filius dei duas humanas naturas assumpsisset: fm quarū vnā diceret petrus: et fm aliā iesus: oporteret q de iesu et petro hoc verbū. Sum es est. singulariter pdicaret: q2 vtrumq3 esset vnum suppositum. sed de patre et filio pdicatur pluraliter: vt patet. Jo. x. Ego et pater vnum sumus. Ergo maior est vnitas aliqua q̄ vnitas trium psonarum: qd est impossibile: ergo et positio pdicta. ¶ Preterea. negat hec ppositio filius dei assumpsit hoiem ne videat psonā assumpsisse: sed sicut filius dei nō assumpsit psonam ita filius dei nō est due psone q̄ nul

lo modo põt dici q filius dei sit duo hoies: hoc autez sequitur si duas humanas naturas assumpsit. q̃ ẽ impossibile. ¶ Sz cõtra. Quicq̃d põt pater põt filius. sed pater põt aliã humanã naturaz assumere ab ea quã filius assumpsit. q̃ ꝛ filius põt aliã assumere ab ea quã assumpsit. q̃ vna psona potest plures assumere naturas. ¶ Preterea. maioris bonitatis ꝛ dignitatis ostensiua ẽ vnio qua filius dei humanã naturaz in vnitatẽ psone assumpsit q̃ illa qua mentẽ hois p gratiã sibi vnit: sz hec scḋa vnio q̃ est p gratiam nõ ẽ filij ad vnũ tñ: sed ad multos: qꝛ sapientia in animas sanctas se trãsfert. Sap. iiij. Cũ q̃ bonũ sit diffusiuuz ꝛ cõicatiuũ videt q illa vnio q̃ est in vnitate persone possit esse in psona filij ad multas humanas naturas.

¶ Preterea. potẽtia filij p incarnationẽ in nullo minorata est. sz filius ante incarnationez poterat humanã naturã aliaz ab ea quã assumpsit assumere. q̃ ꝛ nũc potest. ꝛ sic idem quod prius.

Respõdeo dicendũ: q hoc fere ab oibus concedit q vna psona diuina põt plẽs hũanas naturas assumere ꝛ rõnabilr. Nõ est eñ cõtra rõnez diuine psone q ipsa in pluribꝰ naturis subsistat: alr non potuisset fieri vnio diuine ꝛ hũane nature in vna psona filij.

Si aũt esset ꝯ rõnez psone vt in pluribus q̃ in duabus naturis subsisteret: hoc nõ posset ꝯtingere: nisi ita q tota facultas vnius persone: q̃ in pluribus naturis subsisteret: p naturã secundã aduenientẽ terminaret: ꝛ quodammõ impleret: qḋ est impossibile: qꝛ natura assumpta adueniens nullo mõ cõmensurabilis ẽ ꝑtuti diuine psone: cum distet ab ea sicut finitũ ab infinito. Vñ sicut deus põt semp nouas creaturas condere: qꝛ eius potẽtia p creaturas nõ exhauritur: ita etiam filius põt qualibet natura assũpta iteꝝ aliam assumere: qꝛ potestas assumendi per naturam assumptam non terminatur.

Deus quare potest plures naturas assumere.

Ad primũ q̃ dicẽdũ: q natura ab eodem hꝫ vt indiuiduet ꝛ diuidatur. vñ cũ ꝑncipiũ indiuiduationis sit materia aliquo mõ sub dimẽsionibus terminatis ꝯsiderata: ex eiusdẽ diuisione natura hũana diuidit ꝛ multiplicat. vñ si assumpsisset duo corpora: et duas alas: duas hũanas naturas assumpsisset: nõ tñ sequeret q essent duo supposita: vel due ypostases. nõ eñ materia quolibet mõ diuisa ꝯstituit diuersitatem suppositoꝝ: sz solũ qñ vtrobiq̃ inuenit esse discretũ ꝛ subsistens per se. vnde non põt dici q due manus sunt due ypostases: sed cõueniunt in eadez ypostasi hois. ita etiã ꝛ due humane nature: qꝛ nõ haberent eẽ discretũ: sed vnitũ in vna psona filij dei: nõ esset naturarũ illarũ diuisio ṡm duo supposita: sz solum p diuisionẽ materie. ¶ Ad scḋm dicendũ q stante ꝑdicta positione Petrus ꝛ Joãnes non sunt duo supposita: sz vnũ. ꝛ hec est vera. Petrus est ioãnes: ꝛ tñ Petrus ꝛ ioãnes nõ sunt vnus homo: sz duo hoies. singularitas enim ꝛ pluralitas termini substãtiui attenditur ṡm vnitatẽ vel pluralitatem nature signate p terminũ ꝛ nõ ṡm vnitatẽ vel pluralitatez

suppositorum. Quis enim pater et filius et spiritussanctus sint tria supposita: tamen propter vnitatem diuine nature quam significat hoc nomen deus dicuntur vnus deus: ita econtrario quamuis ioannes et petrus essent vnum suppositum: tamen propter pluralitatem naturarum assumptarum dicerentur duo homines: sed diuersitas naturarum manente vnitate suppositi non impediret quin de inuicem predicarentur: quia identitas suppositi sufficeret ad veritatem predicationis. ¶ Ad tertium dicendum quod humana natura assumpta habet quantum ad aliquid rationem accidentis: quamuis simpliciter loquendo vnio non sit accidentalis vt infra patebit. et ideo propter assumptionem illius nature dei filius non potest dici duo: sicut nec sortes potest dici duo propter humanitatem et albedinem: sed si filius dei assumeret duas humanas naturas: quamuis vtraque illarum haberet rationem accidentis in comparatione ad naturam diuinam: tamen neutra haberet rationem accidentis in comparatione ad alteram: et ita plures homines: et non vnus homo diceretur: sicut albus et musicus magis possunt dici duo quam homo et albus. ¶ Ad quartum dicendum quod sicut est in diuinis personis quod propter vnitatem essentie et pluralitatem personarum quicquid ibi predicatur ad essentiam pertinens: predicatur singulariter: vt cum dicitur. pater et filius sunt vnus deus. quod vero ad personam pertinet pluraliter predicatur. vt pater et filius sunt persone: ita econtrario esset hic: quia quicquid ad naturam pertinet: predicaretur pluraliter: quod vero ad personam singulariter: et quamuis summa sit vnitas trium personarum propter essentie simplicitatem: non est tamen inconueniens vt pater et filius adinuicem non habeant aliquam vnitatem que in creatura aliqua inuenitur. scilicet personalem: cum sint vere particulariter distincti. Tamen sciendum quod hoc verbum. Sum es est non solum pluraliter predicatur propter pluralitatem suppositorum realiter distinctorum: sed etiam propter pluralitatem suppositorum locutionis. Dicimus enim in diuinis quod persona et essentia sunt sic vel sic: quamuis persona et essentia ibi nullo modo realiter differant: multo ergo magis predicaretur hoc verbum. Sum es est: de iesu et petro pluraliter: cum differrent secundum rem propter diuersitatem naturarum: quamuis non sint diuersa supposita. ¶ Ad quintum dicendum quod terminus in predicato positus tenetur formaliter: quod non est necessario de termino ad quem terminatur actus alicuius verbi: et ideo cum dicitur. Dei filius est duo homines: importatur pluralitas formarum seu naturarum. Cum autem dicitur. Filius dei assumpsit hominem: ly hominem non tenentur formaliter. vnde magis stat pro supposito hominis quam pro natura suppositi: et ideo non est simile.

Unio in christo non est accidentalis.

¶ Expositio textus.



Plenitudo temporis.) Sciendum quod tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis multis de causis. Primo propter perfectionem vniuersi: quia tunc ad maximam completionem vniuersum venit: quando omnes creature in homine ad suum principium re-

Plenitudinis tempus quare dicatur.

dixerunt humana natura a deo assumpta. Sicut ponit ephe.i. In dispensatione plenitudinis Scdo pter abundantiã gre q̃ tũc ppalata est. Jo.i. De plenitudine eius oẽs accepim⁹. Tertio pter adimpletionẽ legis. Mat.v. Nõ veni soluere legẽ: sz adimplere. Quarto propter magnitudinẽ eius qđ in illo tẽpore accidit: qr in illo tpe nat⁹ est dñs tpis. & ita factũ ẽ aliqđ maius tpe qđ tẽpus impleuit Quinto qr in tpe illo impletũ est qđ deus ab eterno preuidit & qđ ante per suos pphetas pdixerat. Roma.i. (Factũ est de muliere). Cõtra. In simbolo dr Genitũ nõ factum. ¶ Preterea mulier corruptionẽ importat: sz christus de incorruptissima vgine natus est. ergo incõuenienter dr factuz de muliere. ¶ Sed dicendũ ad primũ q̃ filius dei ſm diuinam naturã nullo mõ factus est sed genitus: sed ſm humanã naturã aliquo mõ factus est: qr humana natura quaz assumpsit creatura quedam est: nõ tñ xp̃s põt dici pprie factus simplr loquendo: sed dicitur filius dei factus homo. ¶ Ad scđm dicendũ q̃ mulier ponit hic ad designationẽ sexus: & nõ ad designandũ corruptionez. sicut costa assumpta de adam dr formata in mulierẽ: q̃uis eua tunc virgo sit facta. (Factũ sub lege.) Sed cõtra prima Thimo.i. Justo lex non ẽ posita. Sed christus fuit iustissimus. ergo nõ est factus sub lege. Sed dicendũ q̃ aliqđ dr esse sub lege tripliciter. Uel quantũ ad motiuuz: & hoc mõ sunt sub lege quasi cõpressi & coacti illi q̃ timore pene: quaz lex infligit: precepta legis custodiũt. & hoc mõ iustus nõ est sub lege. qr amore iustitie operat: etiam si nulla sit lex. vt dr Ro.ii. Alio mõ dr quis sub lege esse quantũ ad causaz: & sic oẽs in peccato nati sub lege sunt: qr pter peccatũ tollendũ sacramẽta legis instituta sunt. Alio mõ dr aliquis esse sub lege quantũ ad obseruationẽ legis. & hoc mõ christus factus ẽ sub lege: qr sacramenta & precepta legis impleuit: non necessitate sicut alij: sed sola volũtate: (Ut eos qui sub lege erãt redimeret (· Contra. i. Thi. ij. Qui vult omes homines saluos fieri. & ita non solum ad redimenduz iudeos qui erant sub lege alios venit. Sed dicendum q̃ quãuis venerit ad redemptionem toti⁹ humani generis: tñ quodam speciali modo operatus est ad redemptionẽ filiorũ israel: quia eis personaliter pdicauit Uñ Math.xv. Non suz missus nisi ad oues que pierãt dom⁹ israel. Et p eos verbum vite diffusuz est inter gentes. Isa. xxvij. Qui egrediẽtur impetu a Jacob: & implebunt faciẽ orbis semine. (hec est mulier euãgelica de qua. Lu.xv.) Sciendũz q̃ diuina sapientia mulier dicitur: non propter fragilitatem: sed ppter fecunditatem. Ecclesiastici xxiiij. Aggenerationib⁹ meis ad implemini. (Nec eandẽ trinitatẽ in specie colũbe). Sed cõtra. in illa columba nihil fuit quod nõ toti trinitati esset cõmune: cum non sit assumpta in vnitatez alicuius persone: quia eam cõmuni operatione tota trinitas fecit et in ea tota trinitas fuit sicut in ceteris creaturis per essentiam: presentiam

Instãtie cõtra textuz dissoluũtur.

presentiā et potentiam. et ita videt quod ad totam trinitatē pertineat. Sed dōm quod illa colūba pōt considerari dupl͛r. Uel inquātū est res quedam siue fuerit aial: siue fuerit tm̄ similitudinem aialis habēs. et sic ad totam trinitatez pertinet vt cōis effectus. Uel ꝫm quod est signū: et hoc modo tm̄ ad spm̄ sanctum pertinet: cuius inuisibilis missio per aduētū colūbe designatur. et de hac missione visibili et alijs dcm̄ est in pͥmo li. dis. xvj.

¶ Quare totā humanā naturā accepit: et quid nomine humanitatis vel humane nature intelligendum sit.

¶ Distinctio. ij.



Et quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat: totā assumpsit idest aiaz et carnem vt totā curaret et sctificaret. Quod aūt humane nature siue humanitatis vocabulo aīa et caro intelligi debeāt: aperte docet Hiero. in expositiōe catholice fidei dicens. Sic cōfitemur in christo vnā esse personaz filij: vt dicamus duas perfectas et ītegras esse substātias. i. diuinitatis et humanitatꝫ: que ex anima cōtinet͛ et corpore. Ecce aperte ostēdit nomine humanitatis animā et corpus intelligi: que duo assumpsisse dei filius intelligitur: vbi hoīem siue humanitatē siue humanā naturam accepisse legit͛. Errāt ergo qui noīe humanitatis nō substātiam sed ꝓprietatē quādam a qua homo nominat͛ significari contēdunt vbicūque humanitas christi memoratur. Ait em̄ Joannes damasce. Sciendū quidez quod deitatis et humanitatis nomē substātiaruz. s. naturarū est representatiuuz. natura eni nō sic accipitur in christo: vt cū dicitur vna natura esse omniū hominū: quod euidēter idez Joānes ostēdit differentez rōnem dicti assignās: cū natura humana in christo nominat͛: et cum d͛r vna natura omniū hominū. Ait em̄. Cū vnam naturā hominū dicimus: sciendū est quod non cōsiderantes ad aīe et corporis rationē hoc dicimus vt dicamus in singulis hominibus eandē esse naturaz corporis et aīe: quia alia est natura anime: alia corporis. Impossibile enim est vniꝰ nature dicere domini corpus et aiam. sic et aliorum hominū cōparata adinuicem. Sed quia psone plurime hominū sunt: omnes autē eandē suscipiūt rationē nature. Omnes eni ex anima et corpe cōpositi sunt et omnes naturā aīe participant et corporis substātiam

possident: cōez speciē pluri-
marū differētium psonaruz
vnā naturā dicim⁹ vniuscu-
iusq̧ psone.s.duas naturas
habētis: ⁊ in duab⁹ perfecte
naturis existētis: aie.s. ⁊ cor-
poris. In dño aūt iesu xpo
nō est cōez speciē accipe: si
qd prius fuit. Neq̧ eñ fa- Dama-sceni v̄ba ob-scura.
ctus est: nec est: nec aliquā
do fiet al⁹: sed xps ex deita
te ⁊ humanitate in deitate
⁊ humanitate de⁹ pfect⁹ est
idē ⁊ hō perfectus. Totaz
igit humanā naturaz.i.car
nē ⁊ animā: ⁊ horū pprieta
tes siue accidentia assūpsit
deus: non carnem sine aīa:
nec animā sine rōne: vt he-
retici voluerūt: sed ⁊ carnē
⁊ animaz cum sensib⁹ suis.
Unde Joānes damasc. ait.
Oia que in natura plātauit
dei verbuz assumpsit.s. cor-
pus ⁊ animā intellectualē: ⁊
horū idiomata. Totuz enim
totus assumpsit me: vt toti
mihi gratificet salutem. Qđ
enim in assumptibile est in-
curabile est.

¶ De vnione verbi et car-
nis mediante anima.



Ssumpsit igitur
dei filius carnē ⁊
animā: sed carnē
mediāte aīa. Un
de Joā.damasce. Unitū est
carni per mediū intellectuz
dei verbū. Tante eñ subtili
tatis atq̧ simplicitatis est
diuina essentia: vt corpi de
limo terre formato vniri nō
cōgruerit nisi mediāte ra-
tionali essentia. Illa autez
vnio iexplicabilis est: adeo
vt etiam Joānes ab vtero
sanctificatus.i.ab originali
mūdatus: se nō esse dignuz
fateat soluere corrigiā cal-
ciamēti iesu: qz vnionis il-
li⁹ modūinuestigare aliisq̧
explicare nō erat sufficiēs.
Non igit audiendi sunt qui
nō verum hominē filiū dei
suscepisse dicūt: nec natum
de femina: sed falsaz carnē
⁊ imaginē corpis simulatā
ostēdisse vidētibus: in quē
errorē prumpūt: quia timēt
quod fieri nō potest.s.ne hu
mana carne ⁊ veritas ⁊ sub-
stātia dei inquinet. ⁊ tñ pre
dicāt istū visibilem solez ra-
dios suos p oēs feces spar-
gere: ⁊ oēs mundos ⁊ since-
ros seruare. Si ergo visibi-
lia mūda a visibilib⁹ immū-
dis cōtingi possunt: ⁊ nō co-
inquinari: qto magis incō- Silitudo icarnatōis
mutabilis ⁊ inuisibilis veri-
tas per spiritū.i.per intelle-
ctū animaz: ⁊ per aīam cor-
pus suscipiēs totuz hominē
sine sui cōtaminatiōe assum
psit: ⁊ ab oīb⁹ īfirmitatibus
liberauit. Ecce hic dicit dei
sapientiam per spm̄ assum-
psisse aīaz: ⁊ per animā cor-

pus. Spūs enim .s. pars anime superior maiori similitudine deo ꝓpinquat ꝙ aīa .s. ipsa eadē ſm inferiorē partem: ⁊ aīa magis ꝙ corpus: ⁊ ideo nō incongrue aīa dicitur assumpta per spiritū: ⁊ corpus per animam.

¶ Qđ vbū simul assumpsit carnē et aīā: nec caro pri⁹ est concepta ꝙ assumpta.



Si autē queritur vtrum verbū carnem: ⁊ animā assumpsit an pri⁹ naturam ꝙ carnē vel carnem ꝙ animā: ⁊ vtrum caro illa pri⁹ fuerit in vtero virginis cōcepta ⁊ postea assumpta verissime ⁊ absq; vlla ambiguitate dicit: qꝛ ex quo hominē deus assumpsit totum assumpsit: simulq; sibi vniuit animā ⁊ carnē: nec caro prius fuit ꝯcepta: ⁊ postmodum assnmpta: sed in conceptiōe assumpta et in assumptione cōcepta. Unde Aug. in lib. de fide ad petrū. Firmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites: non carnē christi sine diuinitate conceptā in vtero virginis priusꝙ susciperet a verbo: sed ipsum verbū domini sue carnis acceptōe cōceptū. ipsamq; carnē vbi incarnatiōe ꝯceptam. Idē in lib. de trini. ait. Nō esset dei hominūq; mediator nisi eēt idem deus ⁊ homo in vtroq; vnus ⁊ verus: quā seruilem formā a solo filio susceptam tota trinitas cui⁹ vna est voluntas ⁊ operatio fecit. Non autē in vtero virginis prius caro est suscepta: ⁊ postmodum diuinitas venit in carnem: sed mox vt venit verbū in vterū seruata veritate ꝓprie nature factū est caro et perfectus homo: ⁊ in veritate carnis ⁊ aīe natus est. De hoc etiam Grego. in moralibus ait. Angelo nūciante et spiritu adueniente mox verbum in vtero: mox intra vterum verbum caro.

¶ Diuisio textus.



Postquā determiauit de incarnatione ex pte assumentis. In ista pte determinat ex pte nature assumpte. Et diuidit i tres ptes. In pria ostēdit qđ sit assūptū. In secūda quale fuerit illō assumptū. dis. 3. (Querit etiā de carne). In tertia ostēdit q̄ agēte id qđ assumptū est formatū sit di. 4. (Cū vero incarnatio verbi.) Prima diuidit in duas partes. In pma ostēdit quid sit assumptū: qꝛ humana natura integra ex ptibus suis. s. corpe ⁊ aīa constās. In scđa determinat ordinē assumptionis ibi. (Assūpsit dei filius car.) Prima diuidit in duas partes. In pria ostēdit naturā humanā integrā assūptā

esse rõne suarũ partium. In secũda rõne naturaliũ ꝓprietatũ ibi.(Totã igitur hois naturã). Circa pri^m tria facit. Pri^o ostendit oẽs partes humane nature assumptas esse ꝑ hoc ꝙ hũana natura assumpta est. Secundo ostẽdit ꝙ per humanã naturaȝ significẽtur oẽs partes eius:scȝ aĩa ⁊ corpus.ibi. (Quod auteȝ humane nature). tertio excludit quorũdam errorẽ.ibi.(Errãt igiť qui noĩe humanitatis.) (Assumpsit dei fili^9car.) Hic ostẽdit q̃o partes humane nature assumpte sunt:⁊ diuidiť in duas ptes. In ꝑma inq̄rit ordineȝ nature. In secũda inq̄rit ordinem tp̃is.ibi. (Si autẽ queriť vtrum verbũ).Circa primuȝ tria facit. Primo ostẽdit ordinem nature ostẽdens carnẽ esse assumptam mediãte anima. Scd̃o ostendit modũ illius vniõis esse inexplicabilẽ ibi.(Illa aũt vnio inexplicabilis). Tertio excludit quorũdam errorẽ ibi.(Nõ sunt ergo). Hic est duplex q̃o. Prima de ipso assumpto. Secũda de ordine assumptiõis. Tertio quid in humana natura assumi debuit.

Questio. I.



Circa primũ queruntur tria. Primo vtrũ natura hũana pre aliis sit assumptibilis. Secundo in quo assumi debuit.

Utrum natura humana sit pre aliis assumptibilis.



Ad primuȝ sic ꝓcediť.vř ꝙ humana natura nõ sit magis assũptibilis q̃ creatura irrõnalis. Sicut eñi dicit Aug.ad volusianũ. In rebus mirabilib^9 tota rõ facti est potẽtia faciẽtis:sed oluȝ mirabiliũ mirabilius est creaturam assumi in vnitatẽ ꝑsone increate:ergo tota assumptibilitatis ratio est ex potẽtia eius:q̃ assumptionẽ fecit.sed cũ illa potentia sit infinita:ex parte ipsi^9 equalř est humanã naturã vel etiã irrationalẽ naturam assumere:ergo nõ magis dicẽda est hũana natura assumptibilis q̃ natura irrõnalis. Preterea.sicut in humana nã est silitudo dei ratiõe imaginis:ita in creatura irrõnali est silitudo dei rõne vestigii:sed silitudo ⁊ ꝯuenientia aliq̃ꝝ adinuicẽ est cã vnibilitatis ipsorũ.ergo sicut hũana natura vnibiř est deo:ita et creatura irrõnař. Preterea.illud vř esse simillimũ alteri:in q̃ maxie ꝓpetates alteri^9 repñtãtur.sȝ sicut dicit Dio. 15.ca.ce.hierar.in igne inter oĩa corꝑalia magis diuie ꝓpetates repñtãtur.⁊ ideȝ dicit de radio solari in.4.ca.de diui.no.ergo iste creature videntur deo simillime: ⁊ ita ẽt ei magis vnibiles q̃ humana nã. Sed ꝯ.Nobilioris doni nobilior creatura ẽ capax. ergo ad istud donũ q̃d est nobilissimũ inter dona nobilioris nãe inferior nã capacitateȝ nõ hȝ:sed humana nã est nobilior creatura irrõnali. Cũ ergo inter oĩa q̄ humane nãe sunt collata assũptio ipsius in vnitatẽ diuine persone sit nobilissimũ:vř ꝙ huius creatura irrõnalis capax nõ sit:⁊ ita non erit assumptibilis.

Utrum natura angelica sit magis assumptibilis q̃ humana.

Sñia gñalis diui au gustini

Prima qstiun cula.

Alterius vr q angelica nã non sit min⁹ assũptibilis q̃ nã humana. De⁹ em̃ pp suã mĩsicordiaz hũanã nãz assũpsit. vt humane miserie subueniret: sz sicut ẽ miseria i hũana nã: ita ẽt in angelica. cũ ꝗ sũma mĩsicordia sit oĩ miserie subueniẽ: vr q angelica sit nã assũptibilis sicut ⁊ hũana ¶ Preterea ea q̃ magis sũt silĩa facili⁹ vniũtur: sz angelica ẽ diuine siliou q̃ hũana: qꝛ vt dicit Greg. q̃to i angelo nã est subtilior: eo magꝫ imago dei i illo isinuar expssa. ꝗ angelica nã ẽ magis assũptibiĺ q̃ hũana. ¶ Sed ꝯ. Assũptio hũane nãe iõ facta est vt pctõ hois remediũ prebe ret: sed pctm̃ angeli est irremediabile. vt supra dcm̃ est. ꝗ angelica nã non est assumptibilis.

¶ Utrũ totũ vniuersum sit magis assumptibile q̃ hũana nã.

Scda qstiun cula.

Alterius vr q totum vniuersũ sit magis assũptibile q̃ hũana nã. effect⁹ em̃ vniuersaĺ maxie cãe vĺi assilar: sz vniuersũ est effect⁹ vĺis dei q̃ vĺis cã est. ꝗ vniuersũ deo magis assilar q̃ hũana nã: que est q̃dã pticularis effect⁹: et ita est magis assũptibiĺ. ¶ Preterea. per assumptõez ꝯsũmatio toti⁹ vniuersi est pfecta. Sz magis eẽt vniuersuz pfectũ si oẽs ptes eius essent assumpte. ꝗ vniuersum est magis assumptibile. ¶ Sed ꝯ. Ex hoc est aliq̃d assũptibile deo q ad imaginẽ dei ẽ: sed nõ põt dici q totũ vniuersuz sit ad imaginez nisi forte poneretur vniuersum aĩatum anima rationali. sicut platonici posuerunt: qd a fide alienuz est. ergo vniuersum nõ est assumptibile.

Respõdeo dĩm: q assumptibile dr qd põt assumi: cum aũt dr creatura põt assumi: non signar aliq̃ potẽtia actiua creature: qꝛ sola potẽtia ifinita hoc facer potuit. vt in ifinitũ distãtia ꝯiũgerẽtur i vnitatẽ psone. Silr nõ significar ẽt potẽtia passiua nãĺ creatur: qꝛ nulla potẽtia passiua nãlis est i nã: cui nõ rñdet potẽtia actiua alicui⁹ nãlis agentis. Uñ reliquir q dicat i creatura solã potẽtiã obediẽtie: scdm quã de creatura põt fieri q̃cq̃d de⁹ vult sicut de ligno põt fieri vitulus deo operãte. Hec autez potẽtia obediẽtie corrñdet diuine potẽtie fm q dr q ex creatura pt fieri qd ex ea de⁹ facere põt. Sz potentia dei dupĺr ꝯsiderar: vel vt absoluta: vĺ vt ordiata. Qd q̃lr itelligẽdũ sit ex dictꝫ. i. di. pz. Loquẽdo aũt de potẽtia dei absoluta de⁹ põt assumere quãcũq3 creaturã vult. Uñ fm hoc nõ est vna creatura magis assũptibilis q̃ altera. Loquẽdo aũt de potẽtia ordinata illã creaturã assumere põt: quã cõgruit eum assumere ex ordine sue sapie. Uñ illa creatura dr assumptibiĺ in q̃ hmõi cõgruitas inuenir. Inuenir aũt i humana nã cõgruitas pre aliis q̃tũ ad tria q̃ in assumptiõe req̃rũtur. ¶ Pmo q̃tuz ad silitudinẽ vnibiliuz: in humana em̃ natura inuenir expssior silitudo diuina q̃ i aliq̃ creatura irrõnali: qꝛ hõ fm q hz mentẽ ad imaginez dei factus dr: cum in creaturis irrõnalib⁹ non nisi silitudo vestigii inueniar: ⁊ ẽt q̃tuz ad quedã i ea est diuina silitudo magis q̃ in angelica nã vt post dicer. ¶ Scdo q̃tuz

Nã humana pp tria fuit assumptibilis.

ad terminū assumptiōis. terminaꝛ enim assumptio ad vnitatē ꝑsone: ꝑsonalitas aūt nō inuenitꝛ in irrōnalib⁹ naturis: cū ꝑsona sit rōnalis nāe īdiuidua substātia. vt Boe. dicit. In angelis ꝟo est quidē ꝑsona: sꝫ non ſm originē distincta: cū vn⁹ angelus ab alio nō trahat originē. in hūana ꝟo natura est ꝑsona distincta etiā ſm originē. ꝛ iō cōuenietissime humana natura ī vnitatē diuine ꝑsone assumitꝛ: que distinguuntꝛ ſm relationē origīs. ¶ Tertio ꝯtꝫ ad finē assumptōis. Si em̄ ꝑfectio vniuersi dicaꝛ assumptiōis finis ꝑcipu⁹ vt ꝗdā dicūt: nulla natura ꝑticularꝫ assumi potuisset: per quā ita vniuersum ꝑfici posset: sicut ꝑ assumptionē humane nāe. tū qꝛ hō est vltia creaturarū ꝗsi vltimo creat⁹: cui⁹ natura assumpta vltimū est cōiunctū p° ꝑncipio per modū circuli que est figura perfecta: ex eo ꝙ additamētū nō recipit: tum etiā qꝛ in hoīe quodāmodo oēs nature cōfluūt: qꝛ cū oibus creaturis aliqd cōe hꝫ. vt dicit Grego. vñ hoīe vnito quodāmodo oīs creatura vnita est. Si ꝟo finis assumptiōis ponaꝛ liberatio a peccato: sic etiā sola hūana natura ꝯgrue assumi potuit: qꝛ in irrōnali creatura pctm̄ nō erat. in angelica ꝟo erat quidē peccatū: sed irremediabile. vt pꝫ ex dictis in ꝑma di. in hoīe ꝟo erat remediabile. ꝛ iō solā humanaꝫ naturā cōgruum fuit assumere ꝛ sic ea repata creatura irrationalis que ꝑpter ipsius peccatū quodāmodo deteriora dicitur: scd̄m ꝙ in vsum hominis cedit: restaurata est.

Ad primū ẜ qōnē dicēdū ꝙ de⁹ de potētia absoluta creaturā irrōnalē assumere potuit: nec ipedit ꝙ creatura irrōnalꝛ ꝑsonalitatē nō hꝫ: qꝛ ꝑsonalitas nō debeꝛ ēt hūane nāe assūpte ratiōe sui. vt īfra patebit: sꝫ rōe assumētis. vñ nō est ibi nisi ꝑsonalitas īcreata: ꝛ ꝑterea ꝗuis in nā irrōnali nō inueniaꝛ ꝑsona: inuenitꝛ tñ in ea hypostasis ꝛ suppositū. vnio aūt nō tm̄ fcā est ī ꝑsona: sꝫ ēt ī hypostasi ꝛ supposito: sed ꝯgruū nō erat vt assumereꝛ: ꝛ ꝑcipue qꝛ nā assumpta maxie btificaꝛ. vt in psal. dꝛ. Btūs quē elegisti ꝛ assūpsisti. Btitudinis ꝟo q̄ in actu mētis cōsistit creatura irrōnalꝛ ꝑticeps esse nō ꝑt. Rñsio ad pri maꝫ q̄stiūculam.

Unde pꝫ rñsio ad ꝑmā obꝫ: q̄ ꝑcedit de potētia absoluta: ꝛ nō de potētia ordīata. ¶ Ad 2ᵐ dōm: qꝺ ad ꝯgruitatē assūptibilitatꝫ reqꝛitꝛ sīlitudo imagīs: qꝛ per hanc creatura rōnalꝛ ꝑticeps est diuine btitudinis. vñ ad hāc ꝯgruitatē nō sufficit sīlitudo vestigij q̄lis ī creaturis irrōnalib⁹ inuenitꝛ. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ duplex est sīlitudo creature ad deuꝫ. vna ſꝫ ꝑticipatōeꝫ alicui⁹ dīne bonitatꝫ: sic ab eo viuētē oīa vitā ꝑticipāt. ꝛ sic creatura rōnalꝛ in q̄ inuenitꝛ eē viuere ꝛ ītellige re: maxie deo assilaꝛ. ꝛ hec sīlitudo reqꝛitꝛ ad assūptibilitatē. Alia sīlitudo est ſꝫ ꝑportiōeꝫ. vt si dicaꝛ sīlitudo inter deū et ignē: qꝛ sicut ignis ꝯsumit corp⁹: ita de⁹ ꝯsumit neqꝛtiā: ꝛ hec sīlitudo reqꝛitꝛ ī figuratiuis locutōib⁹ ꝛ appropriatiōib⁹: quā Dio. in scd̄o ca. ce. hierar. vocat dissimilē sīlitudinē. ꝛ ꝺ hac

similitudine procedit obiectio.

Rñsio ad secundã q̄stiun culam **Ad secundã** q̄ōnez dōm ē q̄ de absoluta potētia loquēdo deus potuit angelicã naturam assumere: sz natura ãgelica nō habebat aliquã ꝯgruentiaz vt assumeret: p̄cipue pp duo. Primo q: ei• peccatū nō erat remediabile. Scdo q: nō decet vt aliquã pfectionez creature deus assumiendo auferat. psonalitas aūt quedã pfectio creature ē: sz si nã assumpta psonalitatē ꝓpriã hr̄et post assumptionē: nō posset eē vnio in psona: q: eēnt due psone. vn̄ oz q̄ id qd̄ assumptū ē personalitatē nō habeat: natuz tm̄ habere. In angelica aūt natura nō inueniť potētia ad personalitatē sine actu: cuz nō per generationē ꝓcedant in esse. Et ideo nō fuit congruū vt angelica natura assumeretur.

Ad primū ḡ cū opponitur q̄ angelica natura est deo similior q̄ȝ humana: dicendū q̄ verū ē si natura diuina in se absolute ꝯsideretur. si aūt cōsidereť s̄m q̄ ē in personis p relatiões originis distinctis: sic magis ꝯuenit cū hoīe vt dictū est. Silr̄ etiã si ꝯsidereť s̄m q̄ est exēplar totius creature. in hoīe eñ inuenitur silitudo cum qualibet creatura. vt dictū est: nō aūt in angelo. Silr̄ etiã si considereť inquantuz gubernat vniuersum. sicut eñ deus totus est in qualibet parte vniuersi p essentiã p̄ntiam ⁊ potentiã: sic ⁊ anima in qualibet pte corporis. ¶ Ad scd̄m dicendū: q̄ cū miserie angeloꝝ. i. peccatū remediū nō h̄z: ⁊ ideo nec eorum miserie congrue subueniri potest.

Ad tertiã q̄ōnez dōm: q̄ alicui toti pōt ꝯuenire aliq̄d dupl̄r. Uel rōne partis: sicut hō d̄r canus ꝓpter capillos. Uel rōne sui. q̄ s. ipsi toti primo cōuenit. ⁊ hoc est vt in. 6. physi. ꝓbatur. qd̄ kō uenit toti ⁊ omnibus eius partibus. Uniuersum ḡ pōt assumi dupliciter. Uel ratione partis: et sic assumptibile fuit ⁊ assumptum ē humana natura assumpta. Uel ratiōe sui: ⁊ sic assumi nō potuit: q: nō omnes partes eius assumptibiles erãt: vt ex dictis patet. Rñsio ad tertiaz q̄stiūculam.

Ad primū ergo circa hoc obz dicendū: q̄ q̄uis deus sit cā v̄lis: est tñ maxime simplex: ⁊ iō cum eo magis conuenit v̄lis effectus vnitus. s. humana natura: l qua oēs nature congregant quodãmodo: q̄ȝ effectus vniuersalis nō simpliciter vnitus: sicut est vniuersum: ex cuius partibus non efficitur vnum simpl̄r: cuz remaneant distincte in actu. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nō decet in oībus partibus vniuersi eandē pfectionē esse: ⁊ ideo magis congruuz fuit vt vna parte vniuersi assumpta in totum vniuersum perfectio redundaret.


D secūdū sic ꝓceditur. videť q̄ filius dei humanaz naturã assumere debuit in omnibus suppositis humane nature: q: vt Dama. dicit qd̄ est inassumptibile est incurabile: sed humana natura curabilis est in omnibus suis suppositis. ergo in omnibus assumi debuit. ¶ Preterea. bonū est diffu

siuũ ꝛ cõicatiuũ sui. vt ex Dion. pꝫ. 4. ca. de di. no. Cũ ergo deus sit summe bon⁹: ꝛ maxie in icar natiõe suaꝫ bonitatẽ ostẽderit: videt̃ ꝙ naturã q̃ assumptibilis erat cõiter in oĩbus suis suppositis assumere d̃buerit. ¶ Preterea. xp̄s venit ad satisfaciẽdũ p̄ci pue p pctõ nature: qd̓ p vnũ hominẽ in mundũ intrauit: sꝫ id qd̓ nature ꝓꝫ se debet̃: debet̃ cõiter ꝛ eq̃liter in oĩb⁹ suis suppositis. ergo fili⁹ dei naturã humanã in oĩbus suis suppositis assumere debuit. ¶ Sꝫ ꝯ. Fili⁹ dei ad hoc carnẽ assumpsit. vt p nobis satisfaciẽdo p̄n^m hũane salutꝭ eẽt. cũ ergo p̄n^m in quolꝫ gñe vnuꝫ inueniat̃: vr̃ ꝙ in vno tm̃ supposito hũanã nãꝫ assumere d̃buit.

Ulterius

vr̃ ꝙ non debuerit assumere naturã hũanã in aliquo ex stirpe ade gñato. sicut eñ dicit. Aplus ad heb. 7. talis decebat: vt nobis eẽt põtifex q̃ eẽt segregat⁹ a pctõrib⁹: sed magis esse segregat⁹ a pctõribus si de stirpe pctõrũ carnẽ nõ assumpsisset ergo nõ debuit carnẽ assumere de stirpe ade. ¶ Preterea. pctm̃ originale est pctm̃ nature: ꝛ nõ psone nisi p accidẽs. nõ ergo requirit̃ ad satisfactionẽ: nisi ꝙ aliquis sit de humana natura: sed si aliq̃s homo fieret nõ de stirpe ade cõstat ꝙ ad hũanã naturaꝫ ptineret. ergo cõgrue p natura hũana satisfacere posset. ¶ Sꝫ cõtra. Medicina in loco vulneris debet apponi: sꝫ hũana natura est vitiata tm̃ in his qui ex genere ade descendũt: in quo oẽs moriuntur. i. Corinth. 15. ergo in aliquo ad ei⁹ stirpẽ ptinẽte natura hũana assumi debuit.

pria q̃ stiun-cula.

Ulterius

vr̃ ꝙ naturã hũanã assumere debuit in ipso adã. Assumptio eñ carnis ad satisfactionẽ ordinat̃. sꝫ decet vt idẽ q̃ peccauit satisfaciat. ergo naturã hũanã in ip̄o adã assumere debuit. ¶ Preterea. talis debuit eẽ hũane nature reparatio. vt nihil hoĩ de sua dignitate periret: sꝫ adaꝫ in p̄mo statu hoc habuit. vt nullius hoĩs auxilio ad suã saluteꝫ indigeret. hoc aũt non sibi restituit̃ in alio hoĩe hũana natura assumpta: q: bñficio illi⁹ hoĩs indiget ad suã salutẽ. ergo nõ decuit hũanã naturã in alio q̃ꝫ in ipso adã assumi. ¶ Sꝫ cõtra cõtrarioꝝ nõ est eadẽ causa: sꝫ adã causa fuit perditiõis hũane nature. ergo nõ decuit vt ipse esset causa salutis humane nature. hoc aũt ꝯtingeret si hũana natura in ip̄o adã assumpta esset. ergo hoc decens nõ fuit.

scd̓a q̃ stiun-cula.

Respõdeo


ad p̄mã qõnẽꝫ d̓m. ꝙ nõ fuit decẽs fili⁹ dei ꝙ hũanaꝫ naturã in oĩbus suis suppositis assumeret: ꝛ hoc pp quattuor rõnes. Primo q: oĩa supposita hũane nature nõ reducerent̃ ad pl⁹ q̃ꝫ ad tria supposita. Cũ eñ assumens. ꝛ assumptũ vniant̃ in eodẽ supposito: nõ possent eẽ plura supposita nature assumpte q̃ꝫ nature assumẽtis. Scd̓o pp finẽ assumptiõis. est eñ ad reparationẽ hũani gñis ordinata p modũ cuiusdaꝫ mediationis inter deũ ꝛ hominẽ. mediator autẽ q̃ vnitatẽ pacis facere intẽdit vn⁹ ꝯgrue dꝫ esse. Tertio pp vnitatẽ ipsi⁹ assumẽtis: sicut eñ decuit vt diuina natura tm̃ in vno supposito incarnaret̃: ita decuit vt

vna natura indiuidua assumere tur: sic em̄ vni⁹ ad vnū decenter facta est cōiunctio. Quarto pp dignitatē ipsi⁹ filij incarnati: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hebre. 2. in spirituali gñatiōe. Sicut ēt primogenit⁹ creature in rerū emanatiōe ab vno pricipio. hec aūt priogenitura sibi nō ꝯpeteret si p̄les nūero hūane nāe assumpte essent.

Ad primū ergo dicendū: ꝙ p incarnationē assumit natura. vt infra patebit. ꝓprie etiā ꝛ primo curat pctm̄ nature. vñ si aliqua natura assumptibilis nō est curabilis nō est nō tñ opꝫ vt si hec natura indiuidua non assumit ꝙ suppositū hui⁹ nature nō curet. qꝛ p hoc ꝙ natura in aliquo indiuiduo assumpta ē preparat curatio omnib⁹ q̄ similez naturā habēt: sicut ecōtra per hoc ꝙ vna persona infecit naturā humanā q̄ in ipso erat: in oēs homines pctm̄ transmisit. ¶ Ad 2m dōm. ꝙ sicut bonitas diuina q̄ in creatione rer̄ se manifestat omnibus se cōmunicat: non tñ equaliter: ita etiā prout se in incarnatiōe manifestat: precipue quantū ad dilectionez humani generis: omnib⁹ se cōicat: non tñ eodē modo ꝛ equaliter: sed vni p gratiā vnionis: alijs per gratiā adoptionis: q̄ gratie non repugnant. ¶ Ad 3m dicendū. ꝙ aliquid debet hūane nature dupliciter. Uel vt sibi essentiale: ꝛ hoc inuenitur cōmuniter in omnib⁹ hominib⁹ naturā habentib⁹ humanam. Uel etiā superadditū essentialib⁹ principijs: siue sit p gratiā acceptū: siue operibus acquisitū: ꝛ hoc nō inuenit cōmuniter in omnib⁹ naturā habentibus. vnde ratio non procedit. ¶ Quartū concedimus.

Ad secundam questionē dicendū. ꝙ non fuit decens vt aliunde q̄ꝫ de stirpe ade filius dei humanā naturaꝫ assumeret precipue propter tria. Primo ad seruandū iustitiaꝫ satisfactionis. Si enim de genere ade non fuisset ad eum non pertineret pro peccato ade satisfacere. Secundo ad perfectā reintegrationē dignitatis ade: qui hoc habuit vt ipse ꝛ suū genus nulla alia creatura idigeret qua si sustentante ꝛ saluante: et hoc generi eius redditū non fuisset si redemptus fuisset per aliquē qui ad genus eius non pertineret. Tertio ad seruandū dignitatē specialiter ipsius ade: qui ia hoc quodā modo imaginem dei singulariter habuit. vt sicut deus cū sit ens primū omnium entiū principium est per creationem: ita etiam adam cū sit primus homo est principium omnium hominū per generationeꝫ qđ sibi deperiret si Christ⁹ non de ei⁹ genere homo fieret. Rñsio ad primaꝫ q̄stiūculam.

Ad primū ergo quod obijcit. ꝙ debet esse segregatus a peccatoribus dicendū. ꝙ verū est inquātum peccatores sunt: nō inquātum homines sunt. venit enim peccatū destruere: ꝛ naturā saluare. vnde conuenientiam habuit in his que ad naturam pertinent: sed contrarietateꝫ in his que ad peccatum spectant: quia neqꝫ contraxit neqꝫ cōmisit peccatum. ¶ Ad secundū dicendū. ꝙ natura humana non fuit infe



cta originali peccato nisi scd̄m q ab adam trahitur. vnde si deus vnum hominē de limo terre formaret: peccatū originale in eo non esset. et ideo satisfactio de originali nō pertinebat indifferenter ad quēlibet hominē: sed ad quēlibet de gñe ade. ¶ Tertium concedimus.

Rn̄sio ad 2ᵃ3 q̄stiun culaꝫ. **Ad tertiam** q̄onem dicēdū. q nullo modo fuit decens. vt filius dei in ipso adā humanā naturā assumeret pp duo. ¶ Primo q2 adaꝫ ppria psonalitate perfectus fuit. vn̄ in vnitatem psone assumi nō posset nisi illa psonalitas destrueretur: qd̄ nō decebat. vt supra de angelis dictū est. Scd̄o q2 cū per assumptionē fiat cōmunicatio ppuetatū. vt quicqd̄ de hoīe dicitur de deo dicat: sequeret vt diceret q de peccasset: q2 adā peccauit: qd̄ est absurdū.

Ad primū ergo dōm q p peccatū ade fuit infectio psonalis in ipso: et infectio nature create in ipso: et ppagande ab ipso: et pro infectione psonali ipe gr̄a adiutus satisfacere potuit scd̄ꝫ quosdā sed requirebat aliquis q̄ p pctō nature satisfaceret. et iō nō oportuit q eēt idē i psona cū adā: sꝫ idē in natura. ¶ Ad 2ᵐ dōm: q nō est inconueniens q de dignitate illius persone aliqd̄ periat ex culpa sua: sed inconueniens est. vt aliqd̄ nature deperiret: que cū bona esset homo male vtendo ipsuꝫ corrupit. ¶ Tertium concedimus.

¶ Utrum filius dei carnem humanaꝫ assumpsit.



Ad tertiuꝫ sic pcedit q videt. filius dei carnē nō assumpserit Gala. 5°. Caro cōcupiscit aduersus spiritū. sed in xp̄o talis pugna nō fuit. ergo ipse verā carnē nō habuit. ¶ Preterea in carne tm̄ est similitudo vestigij: sed similitudo vestigij tantū nō sufficit ad assumptibilitateꝫ vt supra dictū est. ergo caro assumptibilis non fuit. ¶ Preterea. maior est gratia vnionis q̄ꝫ gratia fruitionis: sed caro nullo modo pōt coniūgi deo per fruitionem. ergo non pōt coniungi per vnionē. ¶ Sed cōtra. ad Hebre. i. Semen abrahe apprehendit: et Ro. i. Factus est ei ex semine dauid scd̄m carnē: sed semē nō pertinet ad adā sed a d carnem. ergo fili9 dei in hūana natura nō solū animā: sed etiā carnē assumpsit. ¶ Preterea homo nō nascit ex hoīe nisi per traductionē carnis: sed xp̄s nō solū dicit homo imo etiā fili9 hominis: nō nisi q2 de virgine natus est ergo assumpsit carnē in hūana natura.

¶ Utrū carnē tm̄ et nō humanā animā assumpserit.

Ulterius videt q carnē assumpsit et nō animā Job. primo. Uerbū caro factū est: nō aūt per cōuersionē in carnē: sꝫ per assumptionē carnis. ergo solā carnē assumpsisse videt. ¶ Preterea: corpus nō indiget vt vniat sibi anima: nisi ad hoc vt per ipsaꝫ viuificetur: sed ad hoc q corp9 viuificet sufficit q corpi viuificabili pncipiū: vite vniat: cū ergo de9 q̄ est principiū vite corp9 sibi vnierit

vt q vnio corpis ad animā sup flua fuisset. ¶ Preterea a habito aliquo qđ est sufficiens operationis principiū nō requirit ad eandē operationē aliud principiū. sicut ad illuminationē aeris qui illuminat lumine solis non requirit lumen candele: sed xp̄s per intellectū diuinū sibi vnitū sufficiēter omnia cognoscere poterat. ergo nō requirebat anima cognoscitiua ꝛ intellectiua ad vnionē illam. ¶ Sed contra. Christus curauit naturā nostrā per hoc q eam assumpsit: sed principaliter venit ad curandū animas ergo animā assumpsit. ¶ Preterea mors corporalis nō est nisi per separationē corporis a principio vite. si ergo in christo non fuisset aliud principiū vite q ipsa deitas: cum caro a diuinitate nunq̄ fuit separata: nū q̄ christus fuisset mortuus: qđ expresse contradicit scripture. ¶ Preterea. sequeretur q deus esset immediatus motor corporis christi si anima caruisset: et sic nunq̄ xp̄s fuisset fatigat⁹ ex itinere. vt dicit. Jo. 4. cū fatigatio non accidat nisi ex debilitate virtutis mouentis.

¶ Utrū assumpserit formā toti⁹ ex ꝯpōne ptiū resultantē.

Sc̄da q̄stiūcula. **Alterius** videt q non assumpserit formā totius ex cōpositione partiū resultantem. forma enim totius est illa in qua sicut in natura cōmuni particularia ꝯueniūt Sed Dama. dicit: ꝛ habetur in littera: q in domino nostro iesu xp̄o nō est cōmunē speciē accipere: ergo in eo forma totius non fuit. ¶ Preterea. vt dicit Boeti. species est totū esse indiuiduorum. sed nihil in christo fuit ex parte carnis ꝛ anime quod totū eē ipsius christi concluderet: q2 habuit esse diuinū: non per animā neq̄ per corpus. ergo cum forma totius sit species in potentia: videtur q in christo forma totius non fuerit. ¶ Preterea in littera dicitur q nomine humane nature corpus ꝛ anima intelligitur: cū dicitur christus hūanam naturā assumpsisse: sed cōstat q neq̄ corpus neq̄ anima ē forma totius ad minus ſm opinionē cōmuniorē: ergo in christo forma totius nō fuit. ¶ Sed contra forma totius in reb⁹ animatis resultat ex vnione vel cōiunctione anime ad corpus: sed in christo anima fuit coniuncta corpori alias corp⁹ illud viuū non fuisset: ergo in christo fuit forma totius. ¶ Preterea homines conueniunt specie adinuicē ſm conuenientiā in forma toti⁹ sed xp̄s fuit eiusdem speciei cū aliis hominibus: alias ꝑ hominib⁹ nō satisfecisset: ergo in xp̄o fuit forma totius.

Respondeo dicēdū q ſm philosophū. viii. metha. diffinitio in hoc conuenit cum numero: q sicut in numeris cōtingit q semp subtracta vel addita vnitate fit alius numerus: ita etiā in diffinitiōibus si addatur vel subtrahatur aliqua differētia: semper fit alia species. cum ergo oēs differentie sumantur ex essentialibus principiis: oportet q si homini subtrahatur aliquid de eēntialibus eius non remaneat eadem species: cū ergo xp̄s fuerit eiusdē speciei cū aliis hominib⁹ alias em̄ verus homo non fuis- Similitudo diffinitionis et nūeri.

set: sꝫ equiuoce hō diceret: necꝫ pro oibus satisfaceret cōgruenter: opꝫ ꝙ oia essentialia hoi in xp̄o fuerint ⁊ corpus ⁊ aia vegetabilis sensibilis ⁊ rōnalis: ⁊ vlterius forma totius resultās ex cōiunctione corporis ⁊ aie q̄ humanitas dr: ⁊ qꝛ ꝓprietates naturales ex principijs eētialibus causantur: opꝫ ꝙ in ipso fuerint oēs naturales ꝓprietates speciem humanā cōsequentes De alijs aūt que ꝑ accidēs humanā naturā consequūtur siue sint defectus siue ꝑfectiones infra suo loco dicetur.

Ad primā ꝙ questionez sciēdū ꝙ circa hoc fuerūt duo errores. Unus fuit manicheoꝝ qui dicebant ꝙ xp̄s verū corpus non habuit: sꝫ tm̄ fentasticū: ⁊ rō huius positionis vr̄ fuisse: qꝛ omniū visibiliū auctorē posuerūt diabolum. ⁊ iō nihil huius fm veritatem in xp̄o fuit: in quo princeps mūdi huius nihil habuit. Joā. xiiij. Patet aūt ꝙ positio ista est falsa. ⁊ quantū ad radicem positionis: qꝛ deū creatorē omniū visibilium ⁊ inuisibiliū ⁊ fides tenet ⁊ rō demōstrat: cuꝫ a primo ente oporteat oia entia eē: vt pꝫ ex scdo meta. ⁊ etiā in se positio falsa est: qꝛ veritatē hūanitatis tollit. vt ex dictis pꝫ: esset eñi inuenire aliquā falsitatē vel simulationez in eo q̄ de se dicit. Ego sum via veritas ⁊ vita. Jo. xiiij. Alius error fuit martianoꝝ qui dicebāt christū corpus de ꝟgine nō assumpsisse: sꝫ de celo apportasse: qd̄ forte ortum habuit ex opinione platonicorū: q̄ dicebāt anime corpus terrestre omnino fugiendū esse vt beatitudinē cō sequatur. Nō eñi credebāt posse fieri vt anima corpori terrestri vnita beata fieret: ponebant tñ animas corporib⁹ celestib⁹ vnitas: vt soli et stellis ⁊ lune btās fore. vt Augu. recitat in lib. x. de ciui. dei. ⁊ iō animā xp̄i que summe beata fuit nō terrestri: sꝫ celesti corpori vnitā putauerunt. Sꝫ hec etiā positio veritatē humanitatis tollit: qꝛ q̄libet forma naturalis determinatā materiā requirit. ⁊ iō anima humana nō ex qualibet materia quā perficit hoiem facit: sꝫ inq̄tū est forma talis corporis: elemētati. s. ⁊ debita ꝓportione ꝯplexionati. vñ si xp̄s corpus terrestre non habuit: verus hō nō fuit. his autē idē defectus ꝯtingit: q̄ ⁊ antiq̄s ph̄is. vt in p̄mo de anima ꝟr. de anima dicentes nihil de corpore dixerunt: opinātes q̄ālibet animā cuilibet corpori adaptari: qd̄ esse non pōt: cū ꝓprie forme respondeat ꝓpria materia: ⁊ vnicuiqꝫ agenti determinata instrumenta: ⁊ ideo fides catholica q̄ christū verꝫ hoiem confitet̃ eū habuisse corpus ex quatuor elemētis ꝯpositū sicut nos habemus firmiter tenet.

Ad primū ꝙ dicēdū ꝙ cōcupiscentia carnis ꝯ spiritū nō causat̃ ex ipsa carnis natura: sꝫ ex vitiosa corruptiōe eius q̄ ex pctō primi parentis ꝓuenit: sine qua filius dei verā carnis naturā assumpsit

¶ Ad scdm dicendū: ꝙ silitudo attendit̃ fm formā. Corporis autem humani forma ē anima rōnalis: in qua imago dei cōsistit: ⁊ iō in corpore humano nō tm̄ ē silitudo vestigij: sꝫ etiā similitudo imaginis inquantū aiam hꝫ

Imago quō ē etiaꝫ in corpore.

Non enim corpus humanum hz esse qo̍dam distinctuz ab esse qd̄ dat sibi anima quasi ab alia forma: per quam sit in eo similitudo vestigij tantū: sicut est in corporibus inanimatis qz sic anima esset ens in subiecto s̄m q subiectum nominat ens subsistens in actu: qd̄ ad rationem accidentis pertinet vt in secundo de anima. dicit cōmen. ¶ Ad 3m dicendum. q cōiunctio anime ad deū per fruitionez cōsistit in operatione intellectus ꝛ voluntatis: in qua corpus nullo modo cōicat: qz exercetur talis operatio sine organo corporali vt ꝓbatur in. 3. de anima. ꝛ ideo ꝑ fruitionem nullo modo corpus deo vniri potest: sed coniunctio vnionis est ad esse in ꝑsona vna. corpus autez ꝛ anima in vno esse communicant: qz anima est quod quid erat esse huiusmodi corpori. vt in. 2. de anima dicitur. ꝛ ideo ꝑ modum vnionis in ꝑsona vna corpus deo cōiungi pōt. ¶ Quartum ꝛ quintum concedimus.

Rn̄sio ad primā q̄stiūculam.

Ad secundam qd̄ nez est sciendum q circa hoc etiā fuerunt duo errores. Un⁹ fuit Arrij ꝛ Eunomij: qui dicebant filium dei carnē sine anima assumpsisse quia opinabantur diuinitatez sine anima corpus eius viuificare Alius fuit error Apollinaris qui dicebat in christo corpus animatum fuisse cum anima carēte sensu ꝛ intellectu. vterq autem error ꝛ veritati humanitatis derogat: ꝛ dignitati corporis xp̄i. Nō eniz potest esse vt materia in aliquo esse ꝑficiatur nisi per aliquid qd̄ sit forma eius. vn̄ cuz deus nullo mō forma corporis eē possit: qz oporteret eū esse partē: ꝛ non immaterialissimū: sequeretur q corpus xp̄i si olno careret anima esset sicut corpus nō viuū: ꝛ si careret anima sensibili ꝛ rōnali eēt sicut corpus plāte. vn̄ esset multominus nobile q̄ corpus nr̄m. Silr̄ etiaz cum de rōne hōis sit rōnalez animā habere: si ea xp̄s caruisset: verus hō non fuisset. Hoc aūt vr̄ eis cōtigisse ex hoc q credebant animā corpori nō vniri sicut formā: sz magis sicut indumēto. vt plato dicit s̄m q Grego. nis̄. narrat. per quē modum si deus corpori vniret: hō non diceret: precipue si ponat: vt quidā posuerunt: animā de substantia dei esse: que oia manifestam falsitatē ꝯtinent. Et ideo horum ꝛ aliorꝫ predictorꝫ errorꝫ excluditur in libro de ecclesiasticis dogmatibus sic. Natus ē dei filius ex hoīe: nō per hōiez idest viri coitum. sicut Ebeon dicit: sed carnē de virgine trahens: nō de celo afferens. sicut Martian⁹ affirmat: neq in fantasia sine carne: vt Ualentinus dicebat: sed verū corpus nō tn̄ carnez ex carne. vt Martianus dicit: sz verus deus ꝛ verus hō in deitate verbuz p̄ris ꝛ deus: in hoīe ala ꝛ caro: nō sine sensu ꝛ rōne: vt Apollinaris posuit: neq caro sine anima. vt Eunomius dixit. Neq sic natus de virgine: vt anteq̄ de virgine nasceretur deus nō fuerit: sicut Antemon ꝛ Marcellus dixerunt. Dogma ecclesiasticum

Ad primū ergo circa hoc obiectum dicendū q cum dr̄. Uerbū caro factū est: sumit pars ꝑ toto id est caro ꝑ toto hoīe: sicut anima ponitur aliqñ ꝑ toto homine. Gen. 46. Omnes anime q̄

ingresse sunt in egyptũ ⁊c. Ideo aũt carnem q̃ inferior pars est di cere voluit. vt ostenderet per lo cum a minori nihil in hoīs natu ra esse: qđ filius dei nõ assumpse rit. ¶ Ad scđz dicendũ: ꝙ ad hoc ꝙ corpus viuificeť requiritur ꝙ sibi cõiungať principiũ vite per modũ forme. vt ex eis efficiatur vna natura cõis: diuinitas autẽ forma corporis esse non põt. nõ eñ ex deitate ⁊ corpore vna cõis natura resultat. ⁊ ideo ad hoc vt corpus xp̄i vnum esse possit: re= quiritur anima q̃ sit eius forma. ¶ Ad tertiũ dicendũ: ꝙ sicut in scđo de anima đr. Illud quo ali= quid operať primo est forma rei vnde cũz intellectus diuinus nõ possit esse forma in humanitate christi: opꝫ ꝙ illud quo hõ sen= tit ⁊ intelligit sit anima sensitiua et intellectiua. ¶ Alia duo con= cedimus.

Rñsio ad se= cundã q̃stiun culam

Ad tertiã q̃õnez scien dum ẽ ꝙ q̃= dam posuerunt deũ assumpsisse animã ⁊ corpus: nõ ita ꝙ ex eoꝶ coniunctiõe aliqua humanitas resultaret: ⁊ hec opinio silr veri tatez humanitatis tollit: ⁊ digni tatez corporis christi. nõ eñ xp̄s verus hõ esse potuit: nec corpus eius vere viuũ: nisi anima corpo ri vnita fuisset vt forma eius: ita ꝙ ex eis vnũ quid efficeretur: sꝫ de hac opinione infra diceť. dis. 5. vñ dicendũ ꝙ sicut in xp̄o veꝝ corpus ⁊ vera anima fuit: ita et vera hũanitas. i. natura huma= no ex ꝯiũctiõe vtriusꝗ resultãs.

Ad primũ circa hoc obiectũ di cendũ ꝙ Dam. dicere intẽdit ꝙ nõ est facta vnio in vna natura vt Euticiani posuerũt: ⁊ iõ vult ꝙ ex cõiunctione diuinitatis ad humanitatez nõ resultet aliqua natura cõis tertia: qꝛ illa nec eẽt diuinitas nec humanitas: sicut humanitas nec est anima: neqꝫ corpus. vñ xp̄s neqꝫ esset deus: neqꝫ hõ: sꝫ tm̃ xp̄s. nõ aũt inten= dit ꝙ ex ꝯiunctiõe anime ad cor pus non resultet forma totius: p quã in specie cum alijs hoībus cõicet. ¶ Ad scđm dicendũ: ꝙ v= bum Boetij veritatẽ hꝫ in quoli bet indiuiduo. qđ subsistit i vna natura tm̃: qꝛ spẽs cõprehẽdit oĩa essentialia principia subsistẽ tis indiuidui in natura speciei: et sic etiã humanitas cõprehen dit omnia essentialia xp̄i ſm ꝙ i humanitate subsistit: sꝫ illa per= sona hoc singulariter habꝫ: vt in duabus naturis subsistat: ⁊ ideo spẽs humana nõ colligit omnia que illi persone essentialiter cõ= ueniũt. ¶ Ad tertiũ dicenduz: ꝙ cum đr noĩe humanitatis corp⁹ ⁊ animã intelligi. intelligendũ ẽ materialiter: sicut noĩe toti⁹ in= telliguntur partes: nõ ꝙ totũ pro= prie loquẽdo sit sue partes: sed aliq̃d ex partibus constitutum. ¶ Alia duo concedimus.

¶ Questio. ii.



Deinde q̃rit de ordine assum= ptiõis. Et circa hoc querũtur tria. Prio vtrum vnã partem humane na ture assumpserit mediante alia. Secundo vtrum humanam na turam assumpsit mediante ali= quo alio. Tertio vtrum oẽs par tes humane nature simul tem= pore assumpserit.

¶ Utrum assumpserit carnẽ me diante anima.



Ad primum sic proceditur: videtur quod carnem non assumpserit mediante anima. remoto enim medio quo aliqua coniunguntur: extrema separantur. sicut patet in tabulis que per clavum coniunguntur: sed in morte christi separata est anima a carne: nec tamen separata est deitas a carne. ergo anima non est medium quo deitas unitur carni. ¶ Preterea. unum extremorum que coniunguntur per medium: magis coniunguntur medio quam alteri extremo: sed caro non magis coniungitur anime quam deitati. est enim caro ab anima separata in morte: non tamen a deitate. ergo divinitas non est unita carni mediante anima. ¶ Preterea. deus in qualibet creatura est immediate per essentiam presentiam et potentiam: Similiter etiam anime sancte coniungitur immediate per gratiam: cum ergo maior sit coniunctio unionis quam aliqua predictarum: videtur quod quicquid assumitur ad unitatem persone immediate divinitati coniungatur. ¶ Sed contra. Aug. ad Volusianum dicit. Filius dei assumpsit animam rationalem: et per eam sibi corpus aptavit: et ita videtur quod mediante anima filius dei carnem assumpserit. ¶ Preterea. multum distantia non coniunguntur nisi per medium: quod minus distat ab extremis quam extrema adinvicem: sed corpus plus distat a deitate quam anima. ergo corpus unitur deitati mediante anima.

¶ Utrum animam assumpserit mediante spiritu.

Alterius videtur quod non assumpserit animam mediante spiritu: impossibile enim est ut per idem medium uniatur aliquid superiori et inferiori quia illud quo unitur inferiori est infra ipsum. illud autem quo unitur superiori est supra ipsum: sed anima mediante spiritu unitur corpori quod est infra ipsum. ut quidam dicunt. ergo non unitur deo qui est supra eam mediante spiritu. ¶ Preterea. medium oportet differre ab extremis: sed mens que spiritus dicitur ab Augu. 12. super Gen. non est extra essentiam anime immo est id quod in anima nostra est sublimius: in qua imago dei invenitur. ut idem Aug. 14. de trini. dicit. ergo non assumpsit animam mediante spiritu. ¶ Preterea. spiritus humanus differt in hoc ab angelico: quod est anime unitus et carni: quod angelo non convenit: sed spiritus angelicus non est assumptibilis. ut supra dictum est. ergo quod spiritus humanus sit assumptibilis: est ex ratione anime vel ex ratione carnis. ergo magis assumpsit spiritum mediante carne vel anima quam econverso. ¶ Sed contra Ea que sunt distantia per aliquid utrique proximum coniunguntur: sed spiritus proximus est deo per similitudinem imaginis. quia et ipse deus spiritus est. ut dicitur Jo. 4. Similiter etiam cum anima convenit in hoc quod pars quedam anime est. ergo deus animam mediante spiritu assumpsit. ¶ Preterea. sicut anima corpore: ita aliis partibus anime spiritus superior est sed deus assumpsit corpus mediante anima. ergo eadem ratione assumpsit animam mediante spiritu. prima questiuncula.

¶ Utrum assumpserit totum mediantibus partibus.

Secta q̃stiun cula.

Alterius vr̃ q̄ non assumpserit totum mediātibus partibus: illud enī qđ cōuenit toti rōne partiū: nō solū ꝯuenit toti: sꝫ etiā partibus: sꝫ deitas nō predicaꝭ de ptibus hūane nature. non enī dicimus q̄ aīa sit deus: vel q̄ corp9 sit deus: predicaꝭ aūt de toto cū dicimus deū hoīem eē. ꝑ cum p assumptionē hūane nature p̄dicetur deus de hoīe. ꝛ ecōuerso: vr̃ q̄ partes nō assumpserit nisi mediāte toto. ¶ Preterea. alia ē singularitas vniuscuiusq̄ ptis hoīs: ꝛ singularitas diuine psone: vel incōicabilitas. qꝛ partes sunt plures: sꝫ persona assumēs vna est: est aūt eadem singularitas persone assumētis et totius hominis: qꝛ eadē est hypostasis vtriusq̄. vt dicit Damas. ergo vi detur q̄ partes nō assumpserit nisi mediante toto. ¶ Preterea. creature cui est vnita diuinitas debetur honor latrie: vt infra dicetur dist. 9. sed aliquibus partibus corporis christi: si essent separate: nō deberetur honor latrie. ꝑ partibus separatis a toto non est vnita diuinitas. ꝑ nō est vnita partibus nisi mediāte toto. ¶ Sed ꝯtra. In morte christi diuinitas partibus hominis. s. corpori ꝛ anime vnita mā̄sit: sed tunc ex partibus: cum cōiuncte nō essent totū non ꝯstabat. ergo nō assumpsit partes mediāte toto. ¶ Preterea. quicq̄d conuenit parti et toti per prius conuenit parti q̄ toti: sed dicimus humanam naturā assumptā esse: ꝛ similr̄ partes eius. s. animā ꝛ carneꝫ. ꝑ per prius assumpsit partes q̄ totum: ꝛ ita nō partes mediāte toto assumpsit.

Respōdeo dicendū: q̄ est duplex mediū. s. ꝯgruentie ꝛ necessitatis. Mediū cōgruētie ē qđ facit ad decentē ꝯiunctionē extremoꝝ: que tñ nihilominus sine illo eē posset: sicut pulchritudo facit ad decentē ꝯiunctionē mr̃imonij: qua tñ amissa matrimoniū nō soluiꝭ. Mediū aūt necessitatis ē sine quo ꝯiunctio extremorum esse nō pōt. sicut lumē ꝯiūgitur aeri mediāte diaphano. hoc tñ cōtingit duplr̄: qꝛ vel est cā cōiunctionis: vel est ad ꝯiunctionem ꝯñs. Cōiunctionis cā est mediū. sicut aqua ꝛ aer in visu: qꝛ per aerē redditur spēs visibilis ipsi visui. Consequens aūt cōiunctionē est qđ ex cōiunctoꝝ dispositione causaꝭ. sicut aer vel aqua ē mediuꝫ in tactu: ꝑpter hoc opꝫ extremitates corporū se tangentiū humidas esse ꝛ ita opꝫ humiditatē aliquā intermediā esse. Mediū aūt quod est causa cōiunctionis ē duplex: quia vel cōtingit effectiue: sicut homo reconciliās inimicos diciꝭ medius inter eos: vel coniungit formaliter. sicut amor coniungit amicos vt mediū quoddā inter eos: sꝫ vtrūq̄ hoꝝ adhuc dupliciter contingit: qꝛ mediū necessitatis vel causa coniunctionis est in actu: vt patet in vinculo quo aliqua colligantur: vel est causa coniungibilitatis: sicut siccitas in lignis causat coniungibilitatem ad ignem.

medij duplicis distinctio

His igitur visis ad primam q̄ōnem dicendū: q̄ anima ē quodāmodo mediū quo corpus diuinitati vnitur. Sꝫ sciendū q̄ si aīa comparet ad vnionē in actu

est mediū

Ala e medium congruentie. est mediu congruentie tn̄. non enim decet vt diuinitas corpori vniat nisi habeat animā. Tum quia est deo propinquior. Tum quia pluribus modis est deo vnibilis q̄ corpus: quia etiā per gratiam et gloriam. Tum etiam quia corpori vniat propter reparationē anime. si vero cōparetur ad vnibilitatem: sic est mediu necessitatis sicut causans formaliter vnibilitatē in corpore. nō enim corpus est vnibile seruato ordine ad finē vnionis: secundum quod creatura rationalis pre aliis assumptibilis dicta est. nisi per hoc q̄ particeps est imaginis dei mediante anima. vnde corpa inanimata vnibilia nō sunt.

Ad primum dicendum quod si tollatur mediu. quod est causa cōiunctionis in actu. necesse est vnita dissolui. sicut subtracto amore. hominū corda vlterius vnū non erūt. semper enim ablata causa aufertur effectus subtracto tn̄ medio cōgruētie: quod ad decentiam vnionis faciebat. nō est necessariū vnita dissolui: similiter autem nō est necessariū. vt si tollatur mediu: quod est causa cōiungibilitatis. quod vnio dissoluatur pōt enim esse vt causet cōiungibilitatem etiam postq̄ abscesserit: dūmodo remaneat ordo et possibilitas ad ipsum. quia forte cōiunctio actualis medii nō est causa cōiungibilitatis ad extremū. sed potius coniungibilitas medii sicut actualis cōsideratio principiorū est mediu quo habitus cōclusionū acquiritur. nō tn̄ trāseunte actuali cōsideratione principiorū trāsit habitus cōclusionis. eo q̄ adhuc manet habilitas ad considerandum principia. vnde cum anima sit mediu cōgruētie, et cāns vnibilitatē in corpore. non oportet quod abscendente anima cōiunctio diuinitatis ad carnē dirimatur. quia adhuc remanet in corpore habilitas et ordo ad animam. ratione cuius remanet in carne cōueniētia vnionis. et vnibilitas ad diuinitatē. ¶ Ad secundum dicendum: q̄ aliqua duo possunt esse magis cōiuncta q̄ alia dupliciter. Uel quia pluribus modis cōiunguntur: et sic anima magis vniatur carni q̄ deitas. quia anima est forma eius. et hoc modo est mediu formaliter vnibilitatē in ipso causans. Uel quia fortiori vinculo cōiunguntur: et sic deitas magis vniatur carni q̄ anima que vniatur ei naturali vnione: propter quod separabilis est. diuinitas autem vniatur carni per gratiā increatā. que immutabilis est: et ideo illa vnio nunq̄ separatur. ¶ Ad tertium dicendum q̄ creatura ex seipsa receptibilis est diuini influxus in ipsam. et ideo nō indiget medio quod faciat eam possibilē ad hoc q̄ deus in ea sit per essentiā presentiam et potētiam neq̄ etiā indiget medio cōgruentie: quia decētissimū est vt creatura a creatore nō deseratur similiter etiā anima secundum sui naturā capax est dei. corpus autem nō est assumptibile per naturam corporis. sed inquātū est perfectum anima rationali. et ideo nō est simile.

Cōiunctio maior q̄ sit.

Ad secundā questionem dicendum q̄ secundum Augu. 12. super Gen. spiritus multipliciter dicitur. Uno modo ipsum corpus subtile. vt aer. Alio modo corpus anime omnino subiectum. sicut corpora sanctorum in resurrectione prima Corin. 15. Tertio modo quelibet anima brutorum. Eccle. 3. Quis nouit si spiritus iumentorum etc. Quarto virtus imaginaria prima

Responsio ad primā questiunculam.

Corin.14°. psallã spũ psallã et mẽte. Quinto ipa mẽs hoĩs vl' angeli. Ephesi.4. Renouamini spũ mẽtis vestre. Sexto ipa diuina substãtia. Jo.4. Spũs ẽ deus. Nũc aũt loqmur de spũ fm q p mẽte ponit. Vñ dõm q diuinitas mediãte spũ animaz assũpsit. sicut aĩa mediãte corp⁹ sic ei corp⁹ nõ ẽ assũptibile nisi p hoc q hz aĩaz: ita aĩa non est assumptibilis nisi p hoc q mẽs in ea est: p quã imaginẽ dei hz.

Ad primum ergo circa hoc obiectũ dõm: q rõ illa pcedit ex equocatiõe spũs. vt ex dictis pz. ¶ Ad 2ᵐ dõm. q quãuis spũs i. mens nõ differat ab aĩa p eẽntiã nisi mẽs dicat potẽtia aĩe: q quodãmodo ab aĩa p essentiam differt. sicut pprietas a subiecto tñ aĩa nõ ex hoc q est aĩa assumptibilis est modo pdicto: sed ex hoc q mẽtẽ habet. ⁊ ideo mẽs ẽ medium in anima assumptibilitatẽ causans. ¶ Ad tertiũ dicendũ. q quãuis forma materialis nõ possit esse sine materia. tamẽ materia non dat esse forme: sed econuerso. ita etiam quãuis spiritus carni nõ vnitus assumptibilis nõ sit: magis tamẽ spiritus causat assumptibilitatẽ in corpore quã ecõuerso. ¶ Alia duo concedimus.

Respõsio ad scđam q̃stiũculaz.

Ad tertiã questionem dicendũ. qđ partes originaliter sunt priores toto quasi constituentes ipsuz: totũ autẽ cõpletiue est prius partibus: quia ratio nature complete inuenitur prius in ipso toto: et ad partes eius peruenit mediãte toto inquantuz eius partes sunt. vnde etiam sunt in genere per reductionem. ¶ Et ideo dicendũ est quod quodãmodo mediantibus partibus assumpsit totũ inquãtũ scilicet partes originaliter humanã naturam constituebant. cui per se assumptio debebatur: quodãmodo autẽ partes mediante toto inquantuz ratio humane nature que p se assumptibilis est p prius inuenitur in toto: et per hoc in partibus.

Ad primum ergo dicẽdnz q quãuis de partibus humane nature deus non predicetur: tamen partes ille causant originaliter assumptibilitatẽ in toto: sicut homo dicitur animal: nõ autẽ corpus vel anima dicitur animal. quãuis ex corpore ⁊ anima causetur in homine qđ animal sit. ¶ Ad secundũ dicendũ qđ est duplex singularitas. s. singularitas nature: vt hec humanitas: et singularitas subsistentis in natura. vt hic homo. nõ autez est facta vnio in singularitate nature: quia nature inalterabiliter vnite sunt. sed est facta vnio in singularitate persone subsistentis in natura: quia idem christ⁹ in vtraq natura subsistit. singularitas autẽ partiũ inquantum partes sunt ad naturaz pertinet et ideo non est eadem singularitas partium hominis et dei: sed est eadem persona hominis et dei. nec tamen sequitur quod partes non causent assumptibilitatem in toto. ¶ Ad tertium dicendũ. quod in omnibus partibus que sunt de veritate humane nature etiam separatis manet ordo ad totam naturam et ideo remanet in eis assumpti-

bilitas: et per consequens vnio. sicut in corpore christi remansit anima separata. vnde et eis latria deberetur. si autem separentur alique partes que nõ essent de veritate humane nature: nõ remaneret in eis ordo ad naturam humanã: cui principalr assũptio deberetur: et ideo non remaneret vnio nec debitum latrie. ¶ Ad quartũ dicendum. qd sicut corp9 remanet vnitum post animam quãuis mediante anima vniatur propter hoc quod remanet in corpore ordo ad animã. ita etiam remanet ordo in partibus ad totum: et propter hoc dissoluto toto adhuc remanent partes vnite. ¶ Ad quintum dicendum. qd quãuis partes sint priores toto: et causent totum: tñ aliquid est quod non conuenit partibus nisi in ordine ad totum sicut quod ordinentur in predicamento. vñ rõ ex falsis procedit.

¶ Utrũ natura humana sit assumpta mediãte gratia.



AD secundum sic proceditur. videtur q natura humana assumpta sit mediante gratia. Sicut enim dicit Aug. in. 14. de trini. In reb9 p tẽp9 exortis summa gratia est q de9 in vnitate psone homini nullis meritis precedentib9 copulat. sed in his que fiunt p gratiã. gratia mediũ cadit. ergo natura humana vnitur diuinitati mediante gratia. ¶ Preterea maior est vnio in psona quã vnio anime beate ad deum per fruitionẽ: sz anima non põt vniri deo p modũ fruitiõis nisi mediãte gra. ergo nec natura hũana põt assumi in vnitate diuine psone nisi mediãte gra. ¶ Preterea in illud quod facultatem nature excedit natura nõ potest peruenire nisi mediãte gra: sed assumi in vnitatẽ diuine psone est maxime excedens facultatẽ nature. ergo in hoc natura nõ potest peruenire nisi per grãm eleuetur. et sic idem quod prius.

¶ Sed contra. Corpus humanũ nõ est susceptibile gre. et tñ assumptũ est sicut et anima. ergo assumptio humane nãe nõ ẽ facta mediante gratia. ¶ Preterea in his que miraculose fiũt nõ requirit aliqd mediũ disponẽs: sed assumptio hũane nature miraculose est facta. ergo nõ oportuit q esset ibi gra aliqua qsi dispones hũanã nãm ad vnionem.

¶ Utrum assumpsit carnem mediante spũsancto.

ULterius videt q fili9 dei carnẽ assumpsit mediãte spũsancto. verbũ enim creatũ nõ vnitur voci nisi mediante spũ. sed sicut verbum mẽtis hũane vnit voci: ita verbum diuinũ vnit carni. vt dicit Aug. ergo illa vnio facta ẽ mediãte spũsctõ. ¶ Preterea in oi piũctione que fit per gratuitã volũtatem amor mediũ cadit: sed vnio filij dei ad hũanã naturã est hmõi. ergo in ea spũsctũs q est amor medium est. ¶ Preterea sm Aug. et Hyl. Inter tres psonas spiritussctũs est nobis propinquior: sed id qd alicui magis propinqt est medium quo magis distant vnit ergo spũssctũs est mediũ qvnitur hũana natura diuine.

¶ Sed cõtra. mediũ magis vnitur vtrique extremorum quam

Que sit causa prima

extrema adinuicem. sed spiritus sanctus non vnitur humanitati persona. ergo non est medium vnionis.

Questiuncula 2ª. ℂ Utrum vnio cadit media inter naturam humanam et diuinam.

Alterius videt quod nec vnio cadat medium inter humanā naturā et diuinā. nullum enim accidens cadit mediū in aliqua substantiali vnione. sed vnio cum sit relatio: accidens quodam est. ergo cum vnio diuinitatis ad humanitatē nō sit accidētalis. sed in substātia que hypostasis dr. videt quod in illa vnione mediū cadere nō possit. ℂ Preterea. Si vnio illa res aliqua est aut est eterna aut tēporalis si eterna. cū cōpositionē non sit intelligere sine cōpositis. vt dicit phs. oporteret quod hō ab eterno deo vnitus fuisset: si tēporalis: cū vnio sit in vtroque extremorū. videt quod aliquod tēporale in deo sit: quod est impole. ergo vnio non est aliqua res cadens mediū inter humanā naturam et diuinam. ℂ Preterea si sit tēporalis. cū oia temporalia precesserint in operibus sex dierum oportet quod et vnio ista operibus illis precesserit. quod nō vr. ergo vnio nō ē aliqua res tēporalis que mediū inter diuinitatem et humanitatem cadere possit.

ℂ Sed cōtra relatio cadit mediū inter extrema. sed vnio relatio quedā ē. qua hūanitas et diuinitas vniri dr. ergo mediāte vnione hūana natura diuine vnita est.

Respondeo Supposita distinctione in pdicto articulo pmissa. sciendum est quod in vnione humane nature ad diuinā nihil pōt cadere mediū formaliter vnionē causans. cui pter pus humana natura coniūgatur quam diuine persone. sicut enim inter materiā et formā nihil cadit mediū in esse. quod prius sit in materia quam forma substantialis: alias esse accidentale eēt pus substātiali. quod ē impossibile. ita etiam inter naturam et suppositum nō potest aliquid dicto modo medium cadere: cū vtraque piūctio sit ad esse substātiale. sed sicut aduētum forme in materiam pcedunt ordine fiēdi disponentia formaliter et materialiter quibus materia reddit idonea ad susceptionē forme. ita etiā in humana natura inueniūtur quedam supaddita quibus redditur dicens. vt assumatur a diuina psona. vt sciētie et virtutes et hmōi. vn̄ ista possunt quodam mo dici mediū cōgruētie.

Medium quod tinus cadit in vnione hui.

Ad primam ergo quōnē dōm quod sicut in. 2. sen. 26. distin. Magister dicit. gratia dupliciter dicitur. Uno modo ipē deus gratis dans vel gratuita voluntas eius. alio modo donum aliquod gratis datum. primo ergo modo accipiendo gratiam: gratia est medium vnionis quasi vnionem efficaciter causans. quia gratuita sua voluntate sine meritis pcedentibus carnē assumpsit. Secundo modo accipiēdo gratiam nō cadit ibi aliqued medium habituale donum. sicut vnionem vel vnibilitatem formaliter causans. sed solum est sicut medium congruitatis. sicut etiam scientia et perfectio corporis et huiusmodi: que decuit nature assumpte non dees-

Rō ad qōnes

se. Nisi forte gratia ipsa vnio dicatur que est quoddam donum gratie gratis datum que quomodo sit mediū posset dicer.

Ad primum ergo dicendū qđ sicut ipsemet se exponit. Assumptio illa ad maximam gratiam ptinet: quia tam maximū donum collatum est homini. vt esset filius dei nullis pcedentibus meritis. Unde gratia diuina ibi signat voluntatem diuinā vnionem. gratis facientem ꝛ nō habitum aliquem quo interueniente vnio completa sit. ¶ Ad scđm dđm. ꝙ fruitio opationem quandam dicit. vnde p fruitionem anima vnitur deo. sicut operans operationis ;abiecto : hoc autem ad ratione perfecte operationis ptinet. vt a potētia mediante habitu eliciat: ꝛ ideo oꝫ quod vnio fruitionis mediante habitu gratuito fiat. vnio autē in psona est ad vnum esse psonale: habitus autem non potest esse principium psone subsistentis: sed est ad esse consequēs: et ideo gratia non est medium in vnione psonali: sicut vnionē formaliter causans. ¶ Ad tertium dicēdū ꝙ ꝗuis assumi in vnitatem diuine psone sit supra facultatem humane nature: nō tamē exigitur aliquid formaliter humanā naturā eleuās ad talem assumptionē. tum quia quocūꝗ addito talis natura a psona diuina in infinitum distaret. tum quia cum assumi p se nature cōueniat: omnia autem accñtia pter rōnē nature sunt: ꝛ ideo non poterit humana natura fm id quod assumptibilis est eleuari p aliquod accidens additū ad hoc. vt assumptibilior fiat. sed ad hoc qđ assumatur. exigitur benignitas diuina humanā naturam. ad tantam dignitatē gratis eleuans.

Rō ad pmam q̄stiuncula 3

Ad scđam q̄stionem. dicendū ꝙ spiritussanctus non potest dici in illa vnione medium: nisi sicut vnionem effectiue causans: que ꝗuis effectus totius trinitatis sit: tamē spūsancto appropatur. vt infra dicet. dist. 4.

Ad primū ergo dđm ꝙ etiā verbum creatū voci nō vnitur mediāte spū: nisi sicut per medium effectiuum vnionis: quia sicut dicit phs in scđo de anima. percussio respirati aeris ad arteriā est causa vocis: ꝛ per hunc etiā modum spirituisancto appropatur efficientia carnis: cui verbū increatum vnitur. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ ea que per voluntatem fiunt: etiam mediante amore fiunt. sicut efficiente causa: ꝛ sic etiam est in predicta vnione. ¶ Ad tertium dđm. qđ spiritussanctus etiam dicitur ppinquior nobis inquantum per ipm omnia dona nobis donantur. vt in pmo libro distin. 18. dictum est. ꝛ sic in idem redit cum predictis

Rō ad 3ᵐ qđnum.

Ad tertiam questionē dđm est ꝙ inter humanam naturam et diuinā necesse est cadere vnionem mediam: non sicut causam sed sicut effectum coniūctionē naturarum consequentem. Est enim natura relationis. vt i aliis rerum generibus causa habeat qꝛ minimum habet de natura entis. vt Cōmētator in. 11. meta

phy.dic vñ cõuis relatio p se nõ terminet motum: quia in ad aliquid non est motus. vt pbatur in.5°.physi.& tñ ex hoc q mot⁹ p se terminat ad aliqd ens:d necessitate cõsequit relatio aliqua sicut ex hoc q mot⁹ alterationis terminat ad albedinẽ cõsequit relatio silitudinis ad oia alba. similiter etiã ex hoc q mot⁹ generationis terminat ad formaz cõsequit hec relatio sm quã materia sub forma esse dr. ita etiaz ex hoc qd motus assumptionis humane nature terminat ad psonã: cõsequit hec relatio q dicitur vnio. vñ vnio est mediũ non sicut assumptionem causans. sz poti⁹ sicut eã ɔñs. sicut etiã dictum est supra. quod aqua ẽ medium in tactu ex hoc q tãgẽtia humecta sunt.

Ad primuz ꝗ dñs. q nihil pbibet accñs esse mediũ in coniũctione substãtiali. sicut ɔiũctionẽ sequẽs: impoĩe ẽ tñ. vt sit mediũ cõiũctionẽ cãns. ¶ Ad 2^m dñm. q vnio relatio quedã tẽporalis est: q quidẽ realiter ẽ in ipa natura assumpta: sz est in psona assumẽte sm rõnẽ tantũ: sicut & de alijs relationib⁹ ex tpe de deo dictis. vt domin⁹ & hmõi vt in pmo lib. di. 3°. dictũ ẽ. Et tñ sicut dñs realiter dr deus: nõ pter relationẽ dominij realiter in ipo existentẽ: sed pter potestatẽ coercẽdi creaturaz: ex qua talis relatio causat. ita etiã dicitur realiter vnitus q: in eo realiter est psonalitas ad quã vnio terminat. ¶ Ad 3^m dñm: q vnio illa precessit in operibus sex dierũ: non in ratione seminali: sz in potentia obedientie tantum: sicut i costa ade fuit: vt ex ea eua formari posset.

¶ Utrum caro pus fuerit cõcepta q assumpta.



Ad tertiuz si proceditur. videt q caro pus fuerit cõcepta quã assumeretur. qd eñ nõ est nõ põt assumi sed caro p ɔceptionẽ efficit ens caro ergo pus fuit cõcepta q assumeret. ¶ Preterea mot⁹ semp pcedit tpe terminũ mot⁹: sz cõceptio carnis terminata est ad vnionẽ: sicut mot⁹ ad terminuz ergo cõceptio vnionem pcessit. ¶ Sed cõtra. sola vnione ɔmunicatio pprietatum efficitur: vt qd de homine dicit de filio dei dicatur. sed concipi proprie carnis est. sic ergo cõceptio carnis vnionem pcederet: filius dei de virgine conceptus nõ esset: qd ẽ contra symbolum. ergo conceptio carnis vnionem nõ pcessit.

¶ Utrum caro pus fuerit assumpta q animata.

Alterius videtur qd caro pri⁹ fuerit assumpta q animata. qd eñ est pmũ in resolutiõe est vltimũ in compositione: sed anima separata est a carne adhuc manẽte vnione carnis ad diuinitatez ergo caro pus est assumpta a diuinitate q animaretur. ¶ Preterea anima cũ sit forma requirit ppriã materiã scz corpus organicũ in quo sit: hoc autẽ fit p conceptionem carnis. q cõceptio pcedit animationẽ: sz conceptio carnis silr ẽ cũ ipi⁹ assumptione vt pbatũ ẽ. q caro pus fuit assũpta q alata ala rationali: Prima qstiũcula.

¶ Sz ɔ. caro vnit diuinitati me

diante anima. vt supra habitum est: sed extremū non prius extremo cōiūgitur q̄ medio. ergo caro non prius est diuinitati vnita q̄ animata.

¶ Utrum anima sit prius assumpta q̄ corpori vnita.

2ª questiuncula.

Ulterius videt q̄ anima sit prius assumpta q̄ corpori coniuncta: extremū enim prius ꝯiungit medio q̄ alteri extremorū: sed diuinitas vnitur carni mediāte anima. ergo prius vnit aie q̄ carni sed simul diuinitas ꝛ anima carni vniūtur. ergo diuinitas prius vnitur anime q̄ carni. ¶ Preterea ꝑsona christi ex tribus substātijs cōponi dicitur. s. ex diuinitate anima ꝛ carne: quorum supremum est deitas: et infimū est caro: anima autem est mediū: sed prius diuinitas fuit q̄ anime et carni vniret. ergo si medium cū extremis cōmunicat. videtur q̄ aia sit posterior deitate et prior carne: sed simul aia creata est et assumpta. ergo aia prius est asūpta q̄ carni vniatur.

Sed cōtra anima nō est prius assumpta q̄ creata: nec creata q̄ corpori infusa: q: creando corpori infundit: et infundēdo creat. ergo aia nō est prius assumpta q̄ carni vnita.

nullus habet grām anteꝙ nasca tur: sed sanctificatio est effectus gratie: ergo beata virgo in vtero matris sanctificata nō fuit. ¶ Si dicat̄ ꝙ est duplex natiuitas scꝫ natiuitas in vtero que conceptio dicitur: ꝛ natiuitas ex vtero que communiter natiuitas nominat̄ ꝛ beate virginis regenerationem sanctificationis precessit natiui-tas in vtero: sed non natiuitas ex vtero. ¶ Cōtra. dominus Joannis. 3. generationem spiritualem que est ex aqua ꝛ spiritu: vocat secundam dicens. oportet vos nasci denuo: sed si due natiuitates carnales precessissent: spiritualis non diceretur secunda: sed tertia ergo non est duplex natiuitas vt dictum est. ¶ Preterea. beatus Hieronymus dicit. Nō mihi credas si tibi aliquid dixero qđ ex veteri vel nouo testamento habe ri nō possit: sed de sanctificatiōe beate virginis in vtero nihil dicit̄ in veteri vel nouo testamento: ergo non est credenduꝫ eam in vtero sanctificatam fuisse. ¶ Sed cō tra. ecclesia nō solennizat nisi ꝓ aliquo sancto: solennizat autem natiuitatem beate virginis: ergo beata virgo sancta nata fuit. ergo anteꝙ ex vtero nasceretur sanctificata fuit. ¶ Preterea. Luce primo de Joanne baptista dicitur. Spiritu sancto replebitur ad huc ex vtero matris sue: sed plus gratie collatum est beate virgini ꝙ alicui sanctorum: vt in littera ex verbis Augusti. dicit̄. ergo beata virgo adhuc in vtero matris spiritusancto repleta fuit. ergo ꝛ sanctificata.

Respondeo dicēdum: ꝙ sicut dicit Dionysius. 12. ca. de diui. no. sanctitas est ab omni immundicia libera ꝛ perfecta ꝛ immaculata mundicia. vnde cum sanctificari sit sanctum fieri: oportet ꝙ sanctificatio emundationem ab immūditia spūali ponat: prout nūc de sanctificatiōe loquimur. emūdatio autē a spirituali macula. s. culpa sine gratia esse non potest sicut ꝛ tenebra nō nisi per lucem fugatur. vnde sanctificatio tantū ad eos pertinet: qui grē capaces sunt: ꝛ qꝛ ꝓpriū subiectum gratie est rōnalis natura: iō ante īfusionem anime rationalis beata virgo sanctificari non potuit ꝛc.

Ad primā q̄stionem ergo dicēdum qđ nullo mō in parentibus sanctificari potuit: neꝙ etiā in ipso actu cōceptiōis eius. Cōditio eñ spiritualis ꝑsonalis a parētibus in prolē nō trāsit: nisi sit ad naturā corporalē ꝑtinens: vt grāmatica patris in filiū nō trāsit qꝛ ꝑfectio ꝑsonalis est. vñ ꝛ sanctificatio parentū in beatā virgineꝫ trāsfundi nō potuit nisi curati essent in eis nō soluꝫ id qđ ꝑsone est: sed etiā id quod est nature: inquantum huiusmodi: quod quidē deus facere potuit: sed non decuit. perfecta eñ nature curatio ad ꝑfectionem glorie ꝑtinet: ꝛ ideo sic in statu vie parentes eius curati non fuerunt. vt prolem suam sine originali peccato cōcipere possent: ꝛ ideo beata virgo in peccato originali fuit cōcepta: ꝓpter quod beatus Bernardꝰ. ad Lugđ. scribit cōceptionē illiꝰ celebrādā nō esse: ꝙuis in quibusdaꝫ ecclesijs ex deuotiōe celebret̄: nō cōsiderādo cōceptiōem: sed potius sanctificatiōem: que quādo determinate fuerit incertum est.

Ad primũ ġ dōm ꝙ si radix est sancta ẜm id qđ est radix: ⁊ rami sūt sancti. q: nō pōt arbor bona fructus malos facere. Matth. 7. vnde apłs vult ibi ꝓbare ꝙ si antiqui patres sancti fuerūt ꝑ fidem ⁊ spem: populus ex eis ẜm carnē descendēs: sanct⁹ erit quādo corda filioꝝ cōuertentur ad patres parentes autez beate virginis radix eius fuerūt per actuz nature propagatiōi deseruientem. vnde nisi natura in eis sctificata fuissz nō potuit ex eis sancta ꝓles cōcipi: sed vitiata ꝓpter viciū nature in eis remanēs: nō aūt fuit in eis natura sanctificata. ¶ Ad secūdū dōm ꝙ gr̄a sanctificās non oīno directe opponit pctō originali: sz solum prout peccatum originale personā inficit. Est eñ gratia ꝑfectio personalis: pctm̄ vero originale direcute est viciū nature: ⁊ iō nō opz ꝙ gratia sanctificās a parētibus traducat: si pctm̄ originale traducat: sicut ⁊ originalis iustitia cui directe opponitur traducta fuisset. ¶ Ad tertiuz dicendum ꝙ cōcubitus quo beata virgo cōcepta fuit: meritori⁹ credītur nō ꝑ gr̄am oīno purgātem naturā: sed per gr̄am perficiētem personas parentum: ⁊ ideo non oportuit ꝙ in ꝓle cōcepta statim sanctitas esset nō ꝓpter repugnātiā actus matrimonij ad sanctitatem: sed propter repugnantiaz vicij nature nōdum curati.

Gr̄a. ē ꝑfectō ꝑsone.

Respōsio ad p̄mam q̄stiunculaz.

Ad scđam q̄ōnē dōm: ꝙ sanctificatio beate virginis nō potuit esse decēter ante infusionē anime: q: gratie capax nōduz erat: sed nec etiā in ipso instāti infusionis: vt s. per gratiam tūc sibi infusam cōseruaretur ne culpā originalem incurreret. Christus eñ hoc singulariter in humano genere habet: vt redemptiōe non egeat: q: caput nostrū est: sed oībus cōuenit redimi per ipsum. hoc autem esse nō posset si alia aīa inueniretur que nunq̄ originali macula fuisset infecta: ⁊ ideo nec beate virgini: nec alicui preter christū hoc concessum est.

Ad primū ergo dōz ꝙ hec ṽba de Joāne baptista dicūtur pro tempore illo quādo ad ingressuz matris dei exultauit in vtero: ꝙ fuit in sexto mēse a cōceptione eius: vt verba angeli ostendūt. Luce. 1. vnde cōstat ꝙ tunc aīam rōnalez habebat: ⁊ ideo vel per spūm vite nō intelligitur anima rationalis sed respiratio exterioris aeris vel dicitur spiritus vite: si de anima intelligatur: nondum inesse: quia nōdum manifestabatur per modum quo dicūtur res fieri qñ innotescunt. ¶ Ad secundum dicēdum ꝙ loquitur de notitia approbationis: que quamuis sit tātum habētium gratiā: non tamē est eorum solum quādo gratiam habent: sed ab eterno. vnde talis notitia potuit esse. Jere. ante ei⁹ formatiōem: nō tamen satisfactio que tamē esse potuit ante egressionem ex vtero: ⁊ ideo tempus noticie ⁊ sanctificatiōis distiguit dominus dicēs: priusq̄ te formarem in vtero noui te: ⁊ anteq̄ exires de ven. san. te. ¶ Ad tertium dicēdum ꝙ hec puritas soli homini deo debebatur: vt ipe quasi vnicus redemptor humani generis nulla peccati seruitute teneretur: cui competebat omnes a peccato redimere. vñ nō hāc pu-

ritatem: sed sub hac maximã virgo mater eius habere debuit.

Rñsio ad secundã q̃stiunculam

Ad tertiã q̃stionẽ dicendum: q̃ btã virgo ante natiuitatẽ ex vtero sanctificata fuit: qđ colligi potest ex hoc q̃ ipsa sup oẽs alios sanctos a pctõ purior fuit: vt ex hac lr̃a habet: veluti diuine sapientie mater electa in quã nihil coinq̃natũ incurrit: vt dicit Sap. 7. vnde cũ hec puritas in quibusdam fuisse inueniat vt ante natiuitatẽ ex vtero a pctõ mũdarẽtur: sicut de Joãne baptista: de q̃ legit Luce. 1. Spiritusancto replebit adhuc ex vtero matris sue. & de hieremia de quo dicit hiere. 1. Priusq̃ exi. de ven. sancti. te. non est dubitãdũ hoc multo excellentius matri dei collatum fuisse.

Ad primũ ergo dđz q̃ verbuz Augu. intelligendum est de regeneratione que fit per legem cõem: qđ notat in hoc qđ dicit. q̃ singuli efficimur templũ dei. hec enim sanctificatio fit p sacramẽta que p ministros ecclesie dispensantur: quorum operationi q̃ in maternis vteris sunt subiacere nõ possunt: sed de⁹ sacramentis gratiaz non alligauit. vnde p̃ter hũc modum in maternis vteris aliquos quodã p̃uilegio sanctificat. ¶ Ad scđm dđm: q̃ si regeneratio que est per legẽ cõmunẽ sumatur. oportet verbum dñi qđ dicitur Joãnis. 3. Nisi q̃s renat⁹ fuerit &c. intelligi de natiuitate ex vtero q̃ simpl'r natiuitas dicit et hoc ipse textus sonare videt. cum dicit: ex aq̃ et spũ: si autẽ sumatur pro quacũq̃ regeneratione gratie; sic oportet intelligi de natiuitate in vtero: non tñ oportet q̃ regñatio spiritualis q̃ est per sacramenta secũda dici non possit: q2 ille due in vno ꝯueniũt ſm q̃ contra tertiam diuidũtur. vtraq̃ enim illarum naturalis & hec vero spiritualis. ¶ Ad tertium dicendum: q̃ quãuis sanctificatio beate virginis in vtero expressa in scriptura veteris et noui testamenti non legatur: tñ pro certo haberi põt ex his que ibi legũtur. si eñ Joãnes et hieremias qui christũ pronunciauerunt sanctificati sunt: multo magis virgo que christum genuit.

¶ Utrum beatissima virgo per sanctificationem in vtero fuerit totaliter ab originali mandata.



D secũdũ sic pcedit. videtur q̃ per sanctificationez in vtero dei genitrix a pctõ originali totaliter mũdata nõ sit. remota eñ macula: reatus remanere non põt: sed post sanctificationẽ originalis peccati adhuc reatus mansit in ea: q2 si ante mortem christi defuncta fuisset diuina visione caruisset: ergo per sanctificationẽ a macula originali liberata non fuit. ¶ Preterea. Nihil qđ ad virtutẽ promouet ei subtrahenduz fuit: cui virtutis perfectio debebatur: sz fomes ad virtutẽ promouet: vñ et paulo potentia a se carnis stimulum amoueri dictum est: virtus in infirmitate perficitur: pri me Cor. xij. ergo cũ matrem dei summa virtutis perfectio deceret: fomes ab ea p sanctificationem remoueri nõ debuit. ¶ Preterea. In littera Magister dicit q̃ caro christi anteq̃ conciperet

obnoxia

obnoxia fuit peccato: sicut et reliqua caro virginis: sed caro nõ est peccato obnoxia nisi ratione fomitis: ergo per sanctificationem in vtero fomes ab ea remotus non fuit. ¶ Sed contra beate virgini: aliquid vltra legẽ cõmunez conferendum fuit: sed sanctificatio que fit per legem cõmunẽ aufert culpe maculã fomite remanente. ergo in beata virgine fomitez ex toto remouit ¶ Preterea corruptio fomitis ẽ causa quare dicere non possumus: peccatum non habemus. hoc eniz adam in primo statu dicere potuit: sed vt ex littera habetur beata virgo hoc dicere potuit. ergo i ipsa fomes nõ fuit.

¶ Utrum per sanctificationem in vtero fuerit immunis a peccato actuali.

Prima qstiuncula. **Alterius** videtur q̃d per sanctificationem in vtero immunitatẽ a peccato actuali consecuta non sit. sicut eniz dicit. August. in libro d̃ q. vete. et no. testamen. Maria per quam gestuz est mysteriũ incarnationis saluatoris: in morte domini dubitauit. non tamen in dubitatione permãsit: sed dubitatio de fide peccatum est. ergo non fuit a peccato omnino immunis. ¶ Preterea Ambros. dicit super illud Luce primo. Spiritussanctus superueniet in te: Spiritussanctus in virginez superueniens mentez ipsius ab omni sorde vitiorũz castigauit: sed sordes viciorũz ex peccato consequuntur. ergo beata virgo post primã sanctificationez peccauit. ¶ Preterea Augustinus dicit in libro de perfectione iustitie. Esse sine peccato de solo vnigenito in hac vita dici potest. ergo de beata virgine dici non potest. ¶ Sed contra Ber. in epistola ad Lud. dicit. Puto quod copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit: q̃ non solum ortum eius sanctificauit: sed eam ab omni peccato deinceps custodiuit immunem: ergo per primam sanctificationem immunitatez ab omni peccato consecuta est. ¶ Preterea Sapientie primo dicitur. In maliuolaz animaz non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. sed dei sapientia non solum animam virginis intrauit: sicut et de ceteris dicitur Sap. vij. In animas sanctas se transfert. sz et corpus eius inhabitauit carnem de ea assumens: ergo in ea nulluz peccatũ fuit. quod colligi potest ex eo quod dicitur Cant. 4°. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te.

¶ Utrum per sanctificationem illam fuerit cõfirmata in bono.

2a questiuncula. **Alterius** videtur q̃ per secundã sanctificationez que in conceptione saluatoris fuit: confirmationez in bono consecuta non fuit: q̃d enim quis iaz habet adipisci vlterius non potest: sed si beata virgo ex prima sanctificatione immunitatez a peccato habuit: ex tunc confirmata fuit: nõ eñ certitudo impeccabilitatis habetur nisi per iustitiam confirmatam. ergo per secundam sanctificationem. confirmationem gratie adepta non est. ¶ Preterea in nullo qui purus viator fuerit liberum arbitrium confirmatum ad iustitiam comprobari

potest potētiā enim peccādi et potentia moriendi ex eodem passu currere videntur. et nō prius tollatur potētia peccādi quam potētia moriēdi: sed btā virgo etiam postquam salvatorē cōcepit ante mortē suam pura viatrix fuit. ergo in ea confirmatio iustitie nō fuit. ¶ Item videtur quod nec tūc penitus a fomite liberata fuerit. est enim vnus effectus fomitis vt infecti fomite originalem culpā in prolē generādo transfundāt: sed si per impossibile ponatur beatā virginē aliū post xpm ex carnali copula generasse. pecca catū originale in illū trāsfudisset. ergo in ea aliquo mō post scdam sctificationē fomes remāsit. sed cōfirmatio vnius oppositorum non pōt contingere quamdiu aliqd de opposito remanet: ergo btā virgo cōfirmata nō fuit per secūdā sanctificationē. ¶ Sed contra Amb. dicit in lib. de virg. beate virginis. Impossibile fuit vterū virginis quē dei filius inhabitādo consecrauit: aliene copule coitu incestari: sed eadē rōne. nec aliud peccatū in ea esse potuit. ergo cōfirmata fuit. ¶ Preterea, vbi est plenitudo lucis. habilitas ad tenebras nō remanet. sed in cōceptione xpi beata virgo tota lumine plena fuit, cōcipiens illū qui est splēdor glorie pris. Heb. vñ dicitur Eccl. xliiij. Ingressa est gloria domini tēplum: et resplenduit: ergo post illam sanctificationē confirmata fuit.

Respondeo ad primā qōnē dōm quod duplex sctificatio btē virginis eē dignoscitur. pma qua in vtero sanctificata fuit. scda in cōceptione salvatoris. et quia sanctificatio emundationē a culpa dicit. q sine gra esse nō pōt. gre autē ē firmitatē quandā facere: iō effectus sactificationis in generali est duplex. s. emūdare et cōfirmare: et quātū ad vtrūque scdam sanctificatio pfecit pmā. in pma enim sm quod ab oibus cōiter tenetur a pctō originali quātū ad maculā et reatū purgata fuit: sed de emūdatione eius a fomite diuersimode opinantur. qdā enim dicūt quod per pmā sctificationē fomes ex toto sublatus est. Cui contradicit qd in lra ex verbis Damasce. dr: quod in scda sctificatiōe supuenit in eā spūs sctūs eā purgās.: qd nō pōt intelligi nisi de purgatione a fomite. quia pctm actuale nō cōmiserat: vt dicit Aug. ¶ Et iō alij dicūt quod quātū ad aliqd purgata fuit a fomite in pma sctificatione et quātū ad aliqd fomes remāsit. qd etiam diuersimode distinguitur. qdā enim dicūt quod subtractus fuit inquātū est inclinās ad malū: remāsit autē inquātū difficultatē ē pbens ad bonū. quos duos fomitis effectus apls notat Roma. vij. dicēs nō enim qd volo bonū hoc ago: sed qd odi malū hoc facio. ¶ Hoc aūt nō vr posse stare. quia scdm idē ex quo est pnitas ad vnū cōtrariorū est difficultas ad alterū siue sit habitus aut forma aliqua. sicut grauitas trahit deorsum et causat difficultatem in ascensu: siue etiā sit priuatio siue defectus: sicut debilitas virtutis motiue facit pnitatem ad casum et difficultatē in pgressu vñ nō pōt esse vt fomes tollatur sm quod inclinat ad malū: et remaneat sm quod causat difficultatem ad bonum. ¶ Et ideo alij dicūt quod fomes est corruptio psone: in quantum impellit ad malum: et

Sctificatio duplex distinguitur.

Caute leege.

inquantum facit difficultatē ad bonū. & sic penitus in pⁱma sctifi catione subtract⁹ est a beata vir gine. Est etiā corruptio nature: rōne cui⁹ in fectio originalis p actū nature in plē trāsit: & sic re māsit post pⁱmā sctificationē. sic tñ ab eo purgata est i scḋa. vt p lē sine oi originali pctō ꝯciperet ¶ Hoc ēt nō videt ēē cōueniēs q: sicut dictū ē in scḋo lib. corru ptio originalis quātū ad id qḋ culpe est trāsit in plē a pře: qᷓtū vero ad id qḋ tm̄ pene est sicut sunt corporis passibilitates trā sit in plem a matre. q̄ mām mi nistrat. vñ nō videt esse cā quare xp̄s ꝯcept⁹ sit sine originali pur gationē mřis a fomite fm qḋ in ficit nām ei⁹: sʒ magis q: sine vi rili copula nat⁹ est. quā causam. Ansel. assignat in lib. de ꝯceptu virginali. defect⁹ aūt penales nō necessitate. sʒ voluntate assum psit. ¶ Et Preterea cum idē fo mes sit p essentiam q̄ est nāe & p sone corruptio si remanet iquā tum est corruptio nature. nō po test essentialiter tolli fomes p sonam corrumpens. Unde relin quitur vt alij dicunt ꝙ fomes p essentiam post primam sanctifi cationem remanserit. sed impe ditus est p gratiam sanctifican tē ne in peccatum inclinaret aut a bono retraheret: contingit ei habitum aliqñ ligari ne i actum exire possit. sicut scientia p ebrie tatem: vt dicit phs. in. vij. Ethi. in secunda vero sanctificatione essentialiter fomes ille subtra ctus est.

Ad primum ergo di cendū qḋ: si btā virgo añ passionē xp̄i defuncta fuisset ad dei visionez nō admitteret: sicut nec alij an tiqui pře s. q̄uis ei in eis remo tus eēt reat⁹ ad psonā ptinens remanebat tñ reat⁹ nāe: q̄ p pas sionē xp̄i sublat⁹ est. ¶ Ad 2ᵐ dōm ꝙ fomes nō p se pmouet i bonū sʒ p accñs iqᷓtū ē i nā cor rupta: ex hoc ei ꝙ iclinat ad ma lū: qdē iclinatio psone puū ma lū & occasionē pbet vitādi maxi mū malū. s. supbiā: si tñ hoc ma lū aliter vitaret simpliciter me lius esset fomitē nō esse: sicut co mestio serpentis p accñs inuat inquātū aliquē a lepra liberat: cuius tñ cōmestio hoi sano sim pliciter vitanda est: & iō btē vir gini q̄ simpliciter sanata fuit a peccato. fomes ad pfectionē vir tutis nō cōtulisset si ad malū eā inclinasset. ¶ Ad tertium dicen dum ꝙ caro virginis ante cōce ptionem dicit fuisse pctō obno xia propter fomitez qui essentia liter remanebat. quāuis impedi tus esset vt dictum est. ¶ Ad qr tum dicendum ꝙ illa sanctifica tio beate virginis excellētior fuit sanctificationibus aliorum: quod sic patet. in sanctificatio ne enim que fit per legem cōmu nem in sacramentis tollitur cul pa: sed remanet fomes inclināe ad peccatum mortale et venia le. sed in sanctificatis ex vtero non manet fomes secūdū quod inclinans est ad mortale: sed ta men remanet inclinatio fomi tis ad venialia: vt patet in Je re. et Joanne baptista. qui pec catum actuale habuerunt. non mortale sed veniale. sed in bea ta virgine inclinatio fomitis omnino sublata fuit: et quantū ad veniale. et quantum ad mor tale. et quod plus est: vt dr. gra

Cōme stio ser pētis curat a le pra.

sctificationis nõ tm̃ repressit in ipsa motus illicitos: sed etiaȝ in alijs efficatiã habuit. ita vt quã uis esset pulchra corpore a nullo vnq̃ cõcupisci potuit. ¶ Ad quintũ dõm q necessitas peccãdi saltẽ venialiter ꝓuenit in nobis ex inclinatione fomitis q̃ in beata virgine non fuit fomite ligato. vt dictum est.

Rñ ad pmam qstiunculam

Ad secũdam

qõnẽ dõȝ ẽ q sicut in pma sctificatione fuit qdã inchoatio emũdatiõis. remoto pctõ originali quantũ ad culpã: ⁊ ligato fomite: ita ẽt fuit quedã inchoatio ꝯfirmationis qꝛ p grãm sctificantẽ imunitatẽ a pctõ deinceps cõsecuta est: q̃ qdẽ imunitas a trib⁹ causabat. s. ex ligatione fomitis q̃ ad malũ non incitabat ex inclinatione grẽ que in bonũ ordinabat quã uis nõdũ p eã liberũ arbitrium esset in fine vltimo stabilitum: sicut est in btis q̃ ad finẽ vie ꝑuenerũt: ⁊ iterũ ex cõseruatione diuine ꝓuidẽtie que eã intactam custodiuit ab oi pctõ: sicut et in pmo statu hominẽ ab oi nociuo protexisset.

Ad primum

ḡ ꝯtra hoc obiectũ dõm q dubitatio q̃ sonat i infirmitatẽ fidei sine pctõ eẽ nõ potest: nec talis dubitatio i btã virgine fuit in tpe passionis. sed in ea remansit fides firmissima etiam apostolis dubitãtib⁹: sed fuit in ea quedã dubitatio admirationis: dũ considerabat euȝ quẽ itã digne genuerat: sic ignominiose tractari. ¶ Ad 2m dõm q sordes vitioꝝ a qb⁹ i ꝯceptõe saluatoris btã virgo castificata ẽ: nõ fuerũt aliqua pctã venialia: sȝ reliquie quedã originalis pcti: sicut recedente habitu adhuc aliqua dispositiões manẽt. ¶ Uel dõȝ q castificatio a sordibus vitioꝝ nõ intelligit remotio existẽtiũ. sed impedimentuȝ futurarũ sordiũ. ¶ Ad 3m dõm q esse sine pctõ dr esse ꝓprium xpo: qꝛ ipe nũq̃ nec actuali nec originali macula infect⁹ ẽ: sȝ virgo mater eius fuit quideȝ pctõ originali isfecta. a quo emũdata fuit añq̃ ex vtero nasceret: sȝ a pctõ actuali oĩno imunis fuit. ¶ Alia duo cõcedimus.

Rñ ad 2am qstiunculam

Ad tertiam

qõnem dõȝ. q i scda. sctificatione ⁊ emũdatio ⁊ ꝯfirmatio in bono quodã modo cõsummata est ꝑȝ ꝑfectionẽ vie: sed in assũptione ei⁹ gloria cõsũmata est ꝑm ꝑfectionẽ patrie qd sic pȝ. In pria eñ sctificatione abiata fuit inclinatio fomitis remanẽte essentia ei⁹. In secũda vero fuit extinctus ipe fomes p essentiã remanẽtib⁹ adhuc penalitatib⁹ ex pctõ causatis a quib⁹ plene liberata fuit p gloriã assumptionis. silr etiã est ex parte altera. in pria sctificatione grã collata fuit ad bonũ efficaciter liberũ arbi. inclinãs. cuius nõ esset sufficiẽs ad tollẽdũ flexibilitatẽ lib. arbi. in malũ q̃ ẽt hõ i primo statu habuit. in scda vero sctificatione grã supaddita fuit: q̃ ita potẽtiã lib. arb. impelleret: vt in ꝯtrariũ flecti nõ posset: nõ quidẽ tollẽdo nãm libero arbi. sed defectũ sicut mã celi ex eo q subsistit forme que oẽȝ ꝑuationẽ ab ea excludit nõ est in potentia ad corruptionẽ: sed in tertia exaltatione eius per gratiam ꝑfectaȝ in glo

riã trãseūtē: fini ꝯiuncta est: ex q̃ ꝑfecta imobilitas cãtur.

Ad primū q̃ ꝯtra hoc obiectum dõm ꝙ in ꝓma sanctificatiõe cõsecuta est imunitatē a pctõ: non ꝑ grãm cõfirmantem. sꝫ ꝑ ligationē fomitis ad malū inclinantis: ꝛ ꝑ custodiã diuine ꝓuidentie: sine qua ēt fomite oīno extincto peccare potuisset: sicˀ ꝛ adaꝫ peccauit. nisi eēt in ea gr̃a cõsūmata. ¶ Ad 2m dõm ꝙ potentia peccãdi auferꝭ dupl'r.: vel ꝑ hoc ꝙ li. ar. vltimo fini cõiungitur. q̃ ipꝫ supimplet vt null⁹ defect⁹ in eo remaneat: ꝛ hoc fit ꝑ gloriã. vñ in nullo puro viatore: sic peccãdi potētia soluitur vt cū absolutione potētie peccãdi tollaꝭ potētia moriēdi nisi in xp̃o: in quo dispēsatiue remansit ad op⁹ redēptionis cõplēdū alio modo auferꝭ ꝑ hoc ꝙ gr̃a tãta infundiꝭ que oēm defectū tollat: et sic in beata virgine qñ cõcepit dei filiū ablata est peccãdi potētia. Quis instatu vie ipa virgo remaneret. ¶ Ad tertiū dõm ꝙ si ꝑ impossibile ponatur beatã virginē post secundã sanctificationē aliuꝫ filiū ex carnali copula cõcepisse. ille filius pctm̃ originale habuisset: nõ ex ꝑte mr̃is sed ex ꝑte pr̃is: si ꝫo ponaꝭ illū patrē parimõ sanctificatum fuisse sicut beata virgo in sanctificatione secunda. ille filius peccatum originale nõ habuisset. ¶ Uel dicendum ſm aliam opinionem q̃ꝺ neq̧ in secunda sanctificatione fomes remotus fuit a btã virgine ſm q̃ꝺ est infectio nature: neq̧ hoc ꝓhibet confirmationem ei⁹ in bono: ꝛ. fomes enim confirmationi


Impotētia peccãdi declaraꝭ

opponitur ſm quod est vitium persone ad cõcupiscentiã actiualem inclinans.

¶ Questio. II.



Deinde q̃ritur de potētia generatiua beate virginis. Et circa hoc querūtur duo. Primo vtrū aliquid ad christi conceptionem actiue operata sit. Secūdo vtꝝ generatio filij ex ea sit naturalis vel miraculosa.



Ad primū ꝓcediꝭ. Uidetur q̃ꝺ btã virgo aliqd actiue i cõceptione xp̃i cooperata sit: potētia em̃ pure passiua est receptiua tãtū: sꝫ Damas. dicit vt in litera habeꝭ. ꝙ nõ tm̃ dedit spūssanctus virgini potentiam receptiuam verbi: sed simul etiam generatiuam. ergo oportet ꝙ ꝑ potentiam generatiuam intelligatur virtus actiua ipsius: ꝛ ita in conceptione christi aliquid actiue operata est. ¶ Preterea hoc quod dicitur Luce. i. Uirt⁹ altissimi obumbrabit tibi. intelligitur quãtum ad collationem alicuius virtutis supra eaꝫ quã naturaliter habebat: sed btã virgo naturaliter habuit sicut et alie virgines potentiam generãdi per modum passionis seu receptionis. ergo potentia quam sibi Damasce. per spiritumsanctum dicit preparatam: est potētia actiua: ꝛ sic idem quod prius. ¶ Preterea dicit August. Christus ſm hoc est filius matris q̃ꝺ

accepit a matre:sed dicit filius matris ſm humanã naturã ergo humanam naturam accepit a matre: ⁊ ſic beata virgo aliquid in coceptione operata eſt. ¶ Preterea virgo fuit vera mater chriſti:ſed nõ eſſet vera mat eius:ſi tãtũ materiã miniſtraſſet:nõ eñ dicit terra ꝓprie mater hois quãuis lim⁹vñ format homo de terra ſumpt⁹ ſit: nec ſimiliter dici põt lignũ mater ſcãni.eo ꝙ de eo ſit.ḡ btã virgo nõ tãtũ miniſtrauit materiã ad cõceptionẽ xpi:ſed aliq̃d actiue fecit. ¶ Preterea cõmen. in .2.de aia ponit hãc diſtinctionẽ potẽtiarũ anime:ꝙ potẽtie nutritiue partis oẽs ſunt actiue: potentie ſenſitiue oẽs ſunt paſſiue. In intellectu aũt eſt aliquid actiuum vt intellect⁹ agẽs.et aliquid paſſiuũ vt intellectus poſſibilis:ſed potentia generatiua ad vegetabilem animã pertinet. vñ etiam plãtis ineſt.ergo eſt potẽtia actiua.cũ ḡ ꝑ potẽtiã generatiuam mater filiũ cõcipiat videt ꝙ aliquid actiue in cõceptione agat et ſic idẽ qđ ꝑus. ¶ Preterea motus naturalis eſt. cui⁹ ꝑncipiuꝫ eſt intra.ſ3 generatio filij ex matre eſt naturalis. ḡ in ipa maťia quã mater miniſtrauit ad formationẽ cõceptus eſt principiũ aliquod actiue cooperãs ad cõceptionẽ:et ſic idẽ quod ꝑus.

¶ Sed contra beata virgo non fuit ſi mater xpi:ſed ad matrem nõ pertinet niſi miniſtrare materiã:nõ aũt aliq̃d actiue operari:qđ eſt patris.ergo beata virgo nihil actiue ad cõceptionem xpi operata eſt. Media ꝓbatur per hoc quod phus dicit. 15. de animalibus.vir dat animã formã et ꝑncipium motus. femina dat corpus ⁊ materiã: ſicut accidit in lacte coagulato:ꝙ corp⁹ exit ex lacte.et coagulatio ex coagulo.⁊ poſt pauca ſubdit.Manifeſtũ eſt ꝙ mas eſt opans: ⁊ femina patiens.ſicut erit ſcamnũ ex carpentario ⁊ ligno. ¶ Preterea Auguſt.dicit.10.ſup Geñ. ad lit.chriſt⁹ viſibilẽ carnis ſubſtantiam de carne virginis aſſũpſit:ratio vero conceptionis nõ a virili ſemine: ſed longe aliter ac de ſup venit·ſed virtus actiua in cõceptiõe dicitur ratio cõceptionis:ergo agens in conceptione xpi fuit tm̃ deſuꝑ: ⁊ non in beata virgine. ¶ Preterea. Anſe.dicit in li.de cõcep. virgi. illud ſubiectum non creata natura.nõ volũtas creature:nõ vlli data poteſtas ꝓducit aut ſeminat.ergo in beata virgine nõ fuit naturaliter neq3 diuino dono potẽtia actiue corpus chriſti ꝓducens. ¶ Preterea nulla virtus creata ſubito operat. ſed in cõceptiõe xpi ſimul ⁊ ſubito fcm̃ ẽ q̃cq̃d ibi fcm̃ ẽ đ organizatiõe aiatiõe et ꝓmõi.ḡ nõ fuit actiue niſi ꝑ virtutem increatã.

Reſpõdeo dđ3 ꝙ circa hoc diuerſimode opinatũ ẽ q̃dã eñ dicũt in conceptione xpi matrem aliquid actiue opatã eẽ : quoꝝ q̃dã hoc ponũt fuiſſe ꝑ naturalẽ modũ:quidã ꝟo ꝑ ſupnaturale donũ cum eñ beata virgo vera mater xpi credat:oportet ſibi attribuere totũ illđ qđ mr̃is ẽ : ad officiũ aũt mr̃is ꝑtinere eſtimãt vt aliqđ ꝑn^m actiuũ ad ꝯceptionẽ miniſtret:⁊ nõ mãle tm̃ : hoc tñ ponit diuerſimode. q̃dã eĩ una mã quã mater miniſtrat ponũt

esse virtutem actiuam pncipalr: tum qr ex cõmixtione seminum conceptionē fieri ponūt. vñ sicut semē viri est actiuū in gñatione ita vt semē mulieris: quāuis nō sit in eo tanto efficacia ad agendū tum etiā qr ponūt conceptū plē sensificari ⁊ vegetari p aīam matris vt sic etiā pncipalior inueniat in gñatiōe mr ꝙ pater. hoc aūt phs reprobat in.15. de aīalibus. in his em̄ que hñt vitā perfectā distinguūtur agēs ⁊ patiēs i generatiōe pp perfectā gñationez in eis. in plātis aūt q̄ impfectaz vitā hñt: est in eodē vtraqꝫ virtus actiua. s. ⁊ passiua: quāuis forte in vna plāta dominet virt⁹ actiua: ⁊ in alia virt⁹ passiua: pp qđ dr ēt vna plāta masculina: ⁊ alia femina: cū igit ipossibile sit illud qđ ē determinatū vt patiens habere virtutē actiuā respectu eiusdem opz ꝙ femina nō sit agens in cōceptione sed tm̄ patiēs. ¶ Et iđ aliḡ dicūt ꝙ id qđ mater ministrat se hz i gñatiōe sicut materia naturalis. in materia aūt naturali nō est potētia passiua tm̄: alias gñatio eēt violēta: ⁊ nō naturalr sed opz inesse materie ipsam formā: q̄ per gñationē adducenda est in potētia: ⁊ ꝰm esse incōpletum: et iđ non hz pfectā virtutē ad agendū: sed impfectā: et iđ p se non pōt agere: nisi quodāmodo exciteē ab agente exteriori: et sic ei coopereē. hoc aūt non pōt stare: qr impossibile est idē eē alterans: ⁊ alteratū. vñ nō pōt esse ꝙ forma q̄ est in aliqua materia agat in ipsaz siue sit pfecta, siue impfecta: forma enim que per se non existit: nō agit: nec materia pprie patitur: sed ꝯpositum agit ratione forme: et patitur ratiōe materie: et ideo non est possibile ꝙ illa forma impfecta in agēdo cooperetur agenti exteriori. ¶ Preterea. Agere sequiē ad eē pfectū cū vnūqđqꝫ agat ꝰm ꝙ ē in actu: vñ oz ꝙ forma impfecte existēs in materia prius pficiaē in esse p agēs exterius ꝙ detur sibi agere. vñ nō pōt in agendo cooperari ad gñationē p quā forma in esse pfectuz adduciē. ¶ Et preterea si eēt de necessitate matris vt actiue ad gñationē operaretur: btā virgo nō possz dici mr cū em̄ conceptio illa tota sit sibi facta: nō potuit p aliquā creatā actiuā virtutē fieri. vñ btā virgo nō potuit actiue opari ad conce tionē: et sic nō habuisset illđ qđ ad matrē pertinet. vñ nec mr eēt Nec pōt dici ꝙ cooperata sit ad introductionē forme tm̄: q̄ etiaz ꝰm naturā in istāti induciē. Inducens enim formā est nobilius quā preparās materiā p alterationem: et sic spiritulsancto attribueretur id qđ minus est: ⁊ virgini id qđ dignius est. ¶ Et preterea forma substātialis ad quā terminatur conceptio est anima que est actus totius ⁊ oīm partiū: vnde remota ea: nec os nec caro diciē nisi equiuoce. ad animam autem christi constat nihil actiue beatam virginem cooperatam esse. ¶ Et ideo aliḡ dicūt ꝙ beata virgo habuit aliqđ plus ex supernaturali virtute quam alie matres. materia enim que ab aliis ministraē non potest seipsam complete in actum educere nisi sit agens exterius: sed materia corporis christi quam beata virgo ministrauit hoc habuit ex dono diuino vt posset seipsam formare per virtutē su

peradditam nature: sed nō poterat in instāti hoc fieri: et ideo quia decebat cōceptionē in instāti esse: ꝯuenit spūssanctus subito formationē corporis xp̄i cōplēs: q̄ tn̄ aliter licet successiue cōpleta fuisset. ¶ Istud autē non vr̄ ꝯueniens. Primo quia si illa virtus nō cooperata est ad formationem corporis xp̄i frustra collata est: qđ non cōtingit in operibus nature: et multo minus in operibus miraculosis. Scđo quia btā virgo nō eligebatur vt eēt simul pr̄ et mr̄ xp̄i: sed vt eēt mater tm̄. vn̄ nō oportebat vt in mā quā virgo ministrauit cōiūgeret hoc qđ in aliis est ex parte pr̄is et mr̄is. Tertio quia ꝯm actiuā vel passiuā potētiam generandi: nullus dr̄ pater vel mater: sed ꝯm q potentia in actū procedit. vnde si in materia quā virgo ministrauit fuit potētia actiua que exigitur ad prēm et matrē sine hoc q virtus illa operata sit: non diceret neq; pr̄ neq; mater: aut eadē ratione pater et et mater qđ absurdū est: nisi forte sufficiat ad esse matrē hoc solum q materiam ministrauit: qđ nō sufficit ad eē patrē: pp qđ mr̄ dr̄: et non pater: et hoc quidē vr̄ esse ꝯm intentionē ph̄i: ꝯm quam pfectissime saluat virginitas matris et vera maternitas. vnde et fidei maxime cōsona est. ¶ Hāc igitur viam tenēdo dōm videt q in cōceptione prolis inuenit triplex actio. vna q̄ est principalis. scz formatio: et organizatio corporis: et respectu huius actionis agens est tm̄ pater: mater vero solūmodo ministrat materiā: alia actio est p̄cedēs hāc actionē: et p̄paratiora ad ipsam cū enim gn̄atio naturalis sit ex

Actio triplex in conceptione prolis.

determinata materia: eo q vnus quisq; actus in ppria materia fit: sicut in scđo de aīa dicit ph̄s. oz vt formatio plis fiat ex materia cōuenienti: et nō ex quacūq;. vnde opz esse aliquā virtutē agentem per quā prepare materia ad cōceptū. sicut aūt dicit ph̄s in scđo physicoꝝ. ars que operatur formam pncipatur et iperat ei q̄ preparat materiā: sicut ars cōpaginans nauim: ei que cōplanat ligna: et ideo virtus q̄ p̄parat materiā ad cōceptū est impfecta respectu eius: q̄ ex materia p̄parata plem format. hec autē virtus p̄parans est matris: que imperfecta est respectu virtutis actiue q̄ est i patre. vn̄ dicit ph̄s. in. 15. de aīalib⁹ q mulier ē sicut puer qui nondum pōt generare. Tertia actio est concomitans vel sequens actionē principalē. sicut eñ locus facit ad bonitatē gn̄ationis ita et bona dispotio matricis operatur ad bonam dispositionē plis quasi prebēs fomentum: et hoc est qđ dicit Auicē. in cap. de diluuiis: matrix nō facit nisi ad meliorationem concepti. Scđm hoc ergo dico q in principali actione formationis corporis christi: nihil fuit ex parte beate virgis qđ esset actiuum sz id qđ btā v̄go mīstrauit se habuit materialiter tantū ad hāc actionem: virtus autez diuina fecit totum quod fit in aliis cōceptionibus per virtutem seminis qđ est a patre: et ideo Damasce. diuinam virtutem dicit quasi diuinū semē: vt in littera habetur. In secunda vero et tertia actione beata virgo actiue operata est sicut et alie matres vnde et vere mater fuit.

Miraculum duplex, in christi conceptione

Ad primū ergo. dōm: ꝙ in conceptione xp̄i fuit duplex miraculū vnū ꝙ femina cōcepit deū: aliud ꝙ virgo peperit filiū. quantū ꝗ ad primū beata virgo se habebat ad conceptionē ꝓm potentiā obediētie tm̄: ⁊ adhuc multo remotius ꝙ costa viri vt ex ea mulier formaret. In talibus aūt simul dantur actus ⁊ potētia ad actum: ꝓm quā dici posset ꝙ hoc ē possibile. Sed quātum ad scdm habebat virgo potentiā passiuā naturalē tamen que per agēs naturale in actū reduci posset. vnde quantū ad primū dicit. (Potentiā receptiuam verbi dei.) quātū vero ad scdm dicit. (Simul aūt et generatiuam.) vtrāqꝫ em̄ potētiam in actum reduxit spiritussancti virtus. ¶ Ad scdm dōm ꝙ potentia passiua potest accipi dupliciter. vel ꝓm substantiā potentie: ⁊ sic potentia fuerat ante in beata virgine: vel ꝓm ꝙ potētia passiua sue operationi coniungitur: ⁊ tale posse nō habet patiēs nisi ab agente: sicut dicimus ꝙ visibile mouendo visum dat sibi posse videre in actu: et p hūc modum potentiā generādi spiritus sanctus virgini dedit. ¶ Ad tertium dōm ꝙ christus accepit humanā naturā a matre: nō tamē sicut a principio agēte: sed sicut a materia ministrāte. ¶ Ad 4m dōm: ꝙ prebere materiā simplr ad gnationem alicuius nō facit matrē: sed pbere talē materiam sic preparatā est id qd matrē facit. i ligno em̄ nō ē potētia naturalis vt ex eo fiat scamnuꝫ: cum per agens naturale in actū non ꝯpleat: silr nec in limo terre vt ex ea fiat hō. vn̄ qd inducit non est simile. ¶ Ad quintuꝫ dōm ꝙ potētia generatiua actiua est: ⁊ hec potētia est pfecte in viro. vn̄ ei' actio se extēdit vsqꝫ ad formationē gnati: in femina aūt est imperfecta. vnde nō extēdit se eius actio nisi ad pparationē materie. ¶ Ad sextū dōꝫ ꝙ cuiuslibet motus naturalis pncipiū est in eo qd mouet: nō tn̄ eodeꝫ mō: vt in scdo physicoꝝ dicit Cōmētator In quibusdā em̄ est pncipiū actiuum vt in motu grauiū ⁊ leuiū. In quibusdā vero principiū passiuum vt in gnatiōe simplicium corpoꝝ. vn̄ et phs naturam quā principiū motus in eo qd mouetur diffinit: statim subdiuidit in materiā et formā. vn̄ nō opꝫ vt ꝗuis gnatio pfecti aialis sit naturalis ꝙ in materia quā femia ministrat sit principium actiuū: sed passiuum tantum.

¶ Utrū generatio xp̄i ex virgie sit naturalis vel miraculosa.



D scdm sic pcedit. Uꝫ ꝙ gnatio xp̄i ex virgine sit natural. Filiatio em̄ natiuitateꝫ cōsequit: sed xp̄s dicit naturalis fili' matris: sicut ⁊ naturalis filius pris vt dicit Augu. in lib. de fi. ad pe. ergo gnatione naturali nascitur ex matre. ¶ Preterea virt' naturalis passiua cōpleta ab agēte naturaliter exit in suā operationē sicut visus mot' a colore naturaliter videt: sed in btā virgie fuit naturalis potētia ad generādū: ꝗuis incōpleta. vt ex dictis ptꝫ. ergo postqꝫ fuit pfecta ꝟtute spiritussancti naturaliter gnauit.

¶ Preterea in illuminatione ceci gñuis potẽtia visiua miraculo se detur: tñ post acceptã potẽtiã naturalr̃ videt: sed spũssanctus virgini potẽtiã gñatiuã dedit. g̃ postea naturalr̃ gñauit. ¶ Preterea si gñatio xp̃i ex ṽgine esset miraculosa: sicut formatio hoĩs de limo terre: tũc ita se haberet materia: quã virgo ministrauit ad xp̃m: sicut lim⁹ de terra sumptus ad Adam. sed talis materia nõ sufficit ad rõnẽ matris: vt prius dictũ est. ergo btã virgo nõ esset vera mr̃ xp̃i: qđ dicere est hereticum. ¶ Preterea opatio miraculosa nõ est ab aliqua creatura: sꝫ vere dr̃ ꝙ virgo genuit xp̃m: ergo gñatio talis nõ ẽ miraculosa ¶ Sed cõtra Dio. dicit in ep̃la 4. ad Gaiũ. De iesu loqũs. Super hoĩes inquit operaẽ ea que sunt hoĩs: et hoc mõstrat virgo supnaturalr̃ cõcipiẽs: ⁊ aq̃ istabilis mãliũ et terrenoꝝ pedũ sustinẽs grauitatẽ: sꝫ hoc qđ fit supernaturalr̃ dicim⁹ eẽ miraculosum. g̃ cõceptio xp̃i ex ṽgine miraculosa fuit. ¶ Peterea Ansel. dicit in li. de cõcep. vir. Spũssanctus virt⁹ altissimi de muliere virgine virũ virginẽ mirabiliter ꝓpagauit. g̃ gñatio xp̃i ex virgĩe miraculosa est. ¶ Preterea sicut est ꝯtra nature ordinẽ: vt cecus videat ita ⁊ vt virgo manẽs virgo pariat: sed illuminationẽ cecorũ dicimus miraculosam esse: ergo et cõceptio christi ex virgine miraculosa est.

Cõceptio xp̃i est oĩꝫ miraculorũ maximuꝫ

Respondeo dicẽduꝫ ꝙ pter vnionẽ duarũ naturarũ in vnam hypostasim q̃ cõpleta est in conceptione xp̃i que est miraculum oĩꝫ miraculoꝝ: est ẽt aliud miraculum vt virgo manẽs: virgo cõcipiat hoĩem deuꝫ. ad hoc eñ ꝙ gñatio aliq̃ naturalis dicaẽ: oꝫ ꝙ fiat ab agẽte nãlr̃ ⁊ ex mã naturali ad hoc ꝓportionata. qđcũqꝫ aũt hoꝝ defuerit non põt dici gñatio nãlis: sed miraculosa: si virtute fiat supernaturali: agẽs aũt nãle cũ sit finite virtutis nõ põt ex mã nõ nãlr̃ ꝓportionata effectũ ꝓducere agens ṽo supernaturale cum sit infinite virtutis: põt ex vtraqꝫ mã opari: nãli. s. et nõ nãli: ⁊ iõ duobus modis cõtingit eẽ miraculum. vno modo qñ neqꝫ agens est nãle: neqꝫ mã nãlr̃ ꝓportionata ad talẽ formã: vt ptꝫ ĩ formatiõe hoĩs de limo terre. alio mõ qñ mã est nãlis: sꝫ agẽs ẽ supernaturale: vt qñ aliq̃s miraculose a febre sanaẽ. corp⁹ eñ hoĩs est naturalis mã sanitatꝭ: q̃ per supnaturale agens cõferẽ ei: et silr̃ fuit in cõcepciõe hoĩs xp̃i. mã eñ quã virgo ministrauit: fuit mã ex q̃ naturalr̃ corp⁹ hoĩs formari potuit: sꝫ virt⁹ formãs fuit diuia. vñ simplr̃ dĩm est conceptionem illam miraculosam esse: naturalẽ vero ẽm q̃d et propter hoc xp̃s dr̃ naturalis filius virginis: q: naturalem materiam ad ei⁹ conceptũ p̃parauit

Unde patet responsio ad primum. ¶ Ad secundum dĩm ꝙ quando potentia passiua completur per operationem agẽtis nãlis. tũc opatio sequẽs est naturalis. hoc aũt nõ fuit in ꝓposito et iõ rõ nõ sequitur. ¶ Ad tertiũ dĩm ꝙ ceco nato illuminato datur potẽtia visiua sine oĩ dispositiõe ꝯtraria visioni: et iõ opatio seu visio sequens est naturalis.

sz potētia generādi data ē virgini manēte virginitateq̄ ē dispositio cōtraria ad cōceptum: & ideo sicut potētia miraculose data ē: ita et actus sequens miraculosus fuit vel dōm q̄ ceco illuminato dat potētia passiua: cui⁹ opatio est p hoc q̄ mouet ab agēte naturali s. colore: & iōvisio ipa naturalis ē sz virgini dr̄ data potētia generatiua p hoc q̄ mota est ei⁹ potētia passiua ad generādū ab agēte supnaturali: & ideo opatio sequēs est miraculosa. ¶ Ad 4m dōz: q̄ formatio homis de limo terre fuit miraculosa quātū ad agēs et quātū ad mām: sed cōceptio est miraculosa quantum ad agēs & nō q̄tū ad mām. & iō nō est sil'r de vtroq;. ¶ Ad 5m dōm q̄ btā virgo dr genuisse xp̄m: nō sicut pncipiū actiuuz ad gñationem pbens: sed sicut ministrans materiā naturalē: vñ non ē incōueniēs q̄ gñatio illa miraculosa fuerit: opatio vo miraculosa nō est alicuius creature: sicut agentis: est tñ alicuius creature sicut materie: vt ptz ex eo: q: miraculose ex aliq̄ creata mā de⁹ q̄nq; aliqd facit. ¶ Questio. III.



Deinde q̄ritur de annūciatione facta p angelum ad beatā virginem. Et circa hoc q̄rūtur duo. Primo de cōueniētia annūciatiōis. Secundo de conuenientia nuncij. ¶ Utrum conueniebat virgini saluatoris conceptionē nūciari.



Ad primuz sic pcedit. Uidetur q̄ nō oportebat virgini verbi annūciari cōceptionē: ipa eñ fidem habebat: sed semp ad fidē ptinuit credere incarnationez futurā. ergo nō oportebat vlterius q̄ per modū annūciatiōis sibi patefieret. ¶ Preterea sicut dicit Greg. fides non hz meritū cui hūana rō pbet expimentū: sed in collocutione angeli ad virginē quedam psuasiua rōcinatio facta est. ergo meritū fidei l ipsa vel euacuauit vel diminuit: qđ vr inconueniēs. ¶ Preterea hīs q̄ sine hois arbitrio deus in hoie cōplet: nō req̄riuur aliq̄s cōsensus ex parte hois: sed pphetia predestinationis ē de his q̄ sine nostro cōplētur arbitrio. vt habet ex Hiero. in glo. Mat. 1. sup illud. Ecce virgo in vtero habebit. cuiusmodi dicit eē hanc pphetiā. Ecce virgo cōcipiet. Isaie. 7. ergo nō requirebatur aliquis cōsensus ex parte virginis. ratione cui⁹ oporteret annunciationē fieri. ¶ Sz contra maioris sapientie ostensiuum est miraculum factum in conceptione christi ex virgine q̄s in conceptione Joannis ex sterili. sed conceptio Joānis p angelum prenunciata fuit. ne fortuito. sed ex dei puidentia accidere putaret. ergo multo amplius cōceptionē xp̄i annūciatio pcedere debuit. ¶ Preterea in cōceptione christi est factū quoddam matrimoniū per indiuisibilē coniūctionē diuie & hūane nāe. sed in matrimonio requiritur consensus qui per verba nunciorum requiritur et reconciliatur. ergo & decuit vt deus per angelum suū cōsensuz exq̄reret virgis de qua humanam naturam assumeret. ¶ Utrū annūciatio fuerit p modum visitationis corporalis.

Questiuncula.

Alterius vr q annunciatio nō fuerit p modū corpalis visiōis vt em dicit Aug.12.sup Geñ.inter tria visiōis genera q̄ sunt corpale: spirituale: et itellectuale: intellectualis visio est prestātior: sed qd dignius est mrem dei magis decet ergo p itellectualē visiōez: et nō p corporalē facta est annunciatio. ¶ Preterea. Apparitiones corpales angelorum eo q isolite sunt: et pter cōe z cursuz nature iter signa et mirabilia cōputari pñt. signa āt data sunt nō fidelib9 sz ifidelib9 vt dicit apls.1.Corin.14.cū igr beata vgo fidelissima fuerit: nō vr ad eā apparitionē corpalem angeli fuisse factā. ¶ Sz contra. Luc.j. sup illō. Que cū audisset. &c. dicit glo. Trepidare virginū est et oēm viri ingressum pauere: oēsq viri affatus vereri. nō aūt hoc virginibus efficit ex intellectuali cōsideratiōe viri vel ex ymaginatiōe: sz ex corpali aspectu. ergo angelus in corpali visiōe virgini apparuit et eam collocutus est.

Respōdeo dōm ad primā q̄stionē q cōgruū fuit vgini suā cōceptionē annūciari multis de causis: pmo qr cū mēs deo sit vicinior q̄z corpus: nō decebat vt dei sapientia ei9 vterū ihabitaret sine hoc q mēs ei9 cognitiōe summe sapiētie replēderet: et iō nō decuit eā ignorare qd in ea fiebat: sed oportuit hoc sibi annūciari. 2°. qr ipa futura erat certissima testis inusitate cōceptiōis vñ oportuit q d tā magno misterio p annūciatiōem erudiret. 3° qr deus nō diligit coacta: sz voluntaria servitia vt q̄ obsequunt ex ipso ministerio mereant. vñ cū beata vgo singulariter et excellēter in dei mysteriuz eligeret: quē in vtero portauit lacte aluit: et brachijs baiulauit: decuit vt cōsensus ei9 angelo nunciāte requiret: quez humiliter prebēs ad obsequiū se sedulā et promptā obtulit dicens. Ecce ancilla domini.

Ad primū ergo dōz q nō erat determiate sub fide cadēs tempus incarnatiōis: et p quā virginē hoc esset implēdū. vñ de hoc instruēda erat p annūciatiōem. incarnatiōem em̄ futurā esse qd antiquorum fidei subiacebat: firmissima fide tenebat. ¶ Ad scdm dicēduz q allocutio angeli non ex humana rōne psuasit: sed ex oipotētia diuina: cui fides marie innitit. dixit em̄ non erit impossibile apud deū omne vbū. ¶ Ad tertiū dōz q ea de q̄bus est pphetia pdestinatiōis cōplent sine nostro arbitrio causante. non tñ opz q sine nostro arbitrio consentiente.

Ad secundā questionem dicendū q cōuenientissime p corpalem visionem annūciatio facta est. pmo vt annunciatio esset certior. In his enim que visibiliter cernim9: minus decipimur. Secūdo qr vt dicit Dio. in epistola ad Titum: hec est causa quare nobis diuina per corporales figuras pponunt: vt. vtraq vita hominis sm suā pprietatē diuina cognitione illuminet: sensitiua. s. imaginatione figuraruz intellectiua vo cōtemplatiōe spiritualis vitatis. similr ēt decuit vt virginis aspectus vterq suo modo nobilitaret: interior. s. per reuelatiōem tanti mysterij. et exterior p corporalem angeli visio

Respōsio ad q̄stiuncula z.

nem. Tertio quia annūciatio debebat pportiōdari ei qd annūciabatur: annunciabatur aūt visibilis missio filij dei in mundum. vnde decenter angelus nunciās corporali visione apparuit.

Ad primū ergo contra hoc obiectū dicēdū: quod quāuis intellectualis visio sit melior corporali: tn vtraque simul efficacior inuenitur quam altera ppter cōnaturalitatē humane cognitiōis ad sensum. ¶ Ad scd'm dicendum quod corporalis apparitio ad virginē facta est: nō ppter confirmationē fidei sed ppter signationē misterij. vel ppter dignitatem ipsius vt sibi singulari modo diuina panderentur.

¶ Utrum annūciatio debuit fieri per angelum.



Ad secūdū sic pceditur. videtur qd annunciatio p angelum fieri nō debuit. Missio enim qua filius mittitur vt sit hō: est excellētior ea qua mittitur vt sit cū hoie ex pte effectus. Sz missio qua mittitur in mētē vt sit cū hoie nō cōpletur mediāte angelo quia mēti nō illabitur: vt in. ij. li. di. xj. dictū est. ergo nec qn missus est vt esset hō: oportuit p annunciationē angeli fieri. ¶ Preterea superior nō instruitur p inferiorē. sz btā virgo fuit angelis superior. quia deo acceptior: ergo nō debuit sibi p angelum xpi cōceptio nunciari. ¶ Preterea. ordo reparatiōis debet respondere ordini prime conditionis. sed in prima conditione preceptū diuinum ad mulierē p virū venit: ergo et p aliquem virum prophetam annūciari debuit virgini conceptio filij. ¶ Sed cōtra est quod dr in Isa. Missus est gabriel angelus. ¶ Preterea. vt pbat Dio. 4. ca. ce. ierar. Angeli sunt medij inter deum et nos. sed ab vno extremo in aliō deuenitur p mediū: ergo ea q btē virgini diuinitus nūciāda erāt p angelum nunciari decuit.

¶ Utrum angelus annuncians fuerit de summis ordinibus.

Ulterius vr quod angelus nunciās fuerit de supremis ordinibus. Dicit enim Greg. in omel. de. c. ouibus. Summū nūcium mitti decuit qui summū oim nūciaret. sed illi qui sunt in ordine seraphin sunt summi inter angelos: iō p aliquē eorum annūciatio facta est. ¶ Preterea. Hiero. dicit quod ista est qstio inferiorum angelorum mysteriū incarnatiōis nō plene cognoscētium quam ponitur Isa. lxiij. Quis est iste q venit de edom etc. sed nō potuit nūciari misteriū incarnatiōis nisi p illos qbus plene reuelatū est: ergo annūciatio p aliquē de supremis angelis facta est. ¶ Sed cōtra est qd ecclesia cātat Gabrielē archāgelū scimus diuinitus te esse affatū. Ordo aūt archāgelorum est penultimus ce. ierar. vt pz ex Gre. et Dio. ergo angelus nūciās non fuit de supremis ordinibus. 1a questiuncula.

Respōdeo dicendum ad primū qsitū quod annunciatio p angelū facta est: cuius rō multipliciter accipi potest. Primo quia vt dicit Hiero. angelis est cognata virginitas. vnde decuit vt ad virginē nunciandā angelus mitteretur. Secundo quia perditio humana initiū sumpsit ex hoc quod diabolus mulierem allocutus est vnde dicit Beda. Cōgruum apparet ad humane nature reparationis exordium: vt Angelus greme missus ad virginem.

angelus virginez alloqueretur. Tertio quia ille annunciabatur qui est rex hominum et angelorum. et eius natiuitas sicut in salutē hoim fuit: ita et in reparationem ruine angelice. et ideo decuit vt tam homines q̄ angeli huic misterio ministerium exhiberent.

Ad primū ergo dicendū q̄ q̄uis qn̄ filius in mentē mittit angelus in mentem non illabat: tn̄ filio venienti obsequit preparās mentez purgādo illuminādo et pficiēdo ad diuine sapiētie susceptionē ita etiā et qn̄ filius in carnem missus est: angelus nō venit; vt carnē assumeret: sed vt virginem instrueret: de qua caro assumenda erat. ¶ Ad 2^m dōm q̄ q̄uis beata virgo superior angelis fuerit ſm acceptionē diuine predestinatiōis: tn̄ eis inferior erat q̄tum ad statum: q: ipsa in statu vie erat: angeli autem in statu patrie: vn̄ nō est inconueniens q̄ angelus virginem instrueret. ¶ Ad tertium dicenduz q̄ in prima conditione mulier prima non accepit diuinū preceptum nisi per illū qui viruz erat pn^m totius carnalis generationis vn̄ hoc solum debet homini xp̄o qui est spūalis regn̄atiōis pn^m: vt matrē doceat ex qua vita spūalis in omnes quodammodo processit.

Respōsio ad q̄stiun culaz.

Ad scd̄am questionez ergo dicendū est q̄ angelus nuncians non fuit de suprema nec de media ierar. sed de infima. nec de primo ordine eiusdem ierar. sed de medio: qui est ordo archangelorū. Cuius ratio multiplex patet. Primo quia cum xp̄s nasceretur vt inordinationem que in angelis acciderat repararet: decuit vt in sua conceptione ordo ille ce. ierar. maxime seruaretur. vt scz supremi angeli mediantibus infimis homines illuminarēt. Secundo vt misterium incarnationis tn̄ congruentius esset. cum enim inferiores angeli agāt ſm id quod a superioribus recipiunt et nō ecōuerso: dū inferiores angeli nunciāt annūciatio p superiores ad inferiores explet: qd̄ nō esset si superiores immediate annunciarēt. Tertio quia sic saluatur pprietas ordinū sicut in. 2. dist. 9. dictum est. Infima ierar. officium habet dirigendi homines ſm quandā limitationem: vel vnius puincie: sicut ordo pncipatiuū: vel vnius hois sicut ordines angelorum et archāgelorum: sed differunt: q: ad angelos pertinet dirigere in actibus alicuius hois: qui ad ipsuz tm̄ pertinēt. vnde dicunt ministra nūciare. Ad archāgelos vero pertinet dirigere in actibus alicuius hominis: qui tn̄ in totā multitudinē redundāt. vnde et medij sunt inter principatus et angelos: qd̄ et eorum nomen ostēdit. dicunt em̄ archangeli quasi principes angeli: q: ergo cōsensus beate virginis qui per annūciationē requirebat: actus singularis persone erat in multitudinis salutē redundās: imo totius humani generis: angelus nūciās de ordine archangelorū esse debuit: et inter eos summus.

Ad primum ergo cōtra hoc obiectū dicēdum q̄ Grego. nō intelligit summū simpliciter sz summum inter angelos ſm q̄ q̄libet

archangelus summus nuncius dici potest: qđ patet ex hoc quod premittit. Archãgeli dicunt quasi summi nũcij. ¶ Ad secũduz dicendũ q angeli inferiores nõ penitus misteriũ incarnatiõis ignorauerũt. sed qr nõ totã profunditatem cõsilij diuini sup salutẽ hũani generis capere poterãt inquirebant plenius edoceri. & de hoc in. ij. lib. dist. xj. plenius dictũ est.

¶ Expositio textus.



Ali enī dicunt in ipsa verbi incarnatiōe hominē quēdam ex aīa rationali & hūana carne cōstitutū: ex quibus duobus ois verus homo constituitur. & ille homo cepit esse deus: non quidē natura dei: sed persona verbi: & de⁹ cepit esse hō ille. Concedunt etiam hominē illum assumptū a verbo: & vnitū verbo: & tamē esse verbū. Et ea ratione tradūt dictum eē deū factum hominē vel esse hominē: q: deus factus est. i. cepit esse quedam substātia ex anima rōnali & humana carne subsistēs. et illa substātia facta est. i. cepit esse de⁹ non tamē de migratione nature in naturā: sed vtriusq; nature seruata ꝓprietate factum est vt deus esset illa substantia: & illa substātia esset de⁹. vnde vere dicit̄ deus factus est homo: & homo factus est deus: & deus eē homo: & homo deus: & filius dei fili⁹ hominis: & ecōuerso. Cūq; dicant illū hominē ex aīa rationali & humana carne subsistere: non tamē fatentur ex duabus naturis esse cōpositum: diuina. s. & humana nec illius partes esse duas naturas: sed animā tm̄ & carnē.

¶ Auctoritates ponit qbus suam muniunt sententiam.



Et ne de suo sensu tantū loqui putētur hanc sentētiā pluribus muniūt testimoniis. Ait enī Aug. in lib. iii. de tri. Cum legit̄ verbum caro factū est: in verbo intelligo dei filium verū: in carne agnosco verū filiū hominis: & vtrūq; simul vnam personā deū & hominē ineffabilis gratie largitate coniunctū. Idē in enche. Christus iesus de⁹ de deo est: homo aūt natus est de spū sancto ex maria virgine: vtraq; substātia: diuina. s. & humana fili⁹ est vnicus dei patris oipotētis: de quo ꝓcedit spiritussctūs vtrūq; vnus: sz aliud ꝓpter verbū: & aliud propter hominem. nec duo filii deus & hō: sed vn⁹ dei filius: deus sine initio: hō a certo initio. Itē in eodem. Quid

natura humana in xp̃o hoie meruit vt in vnitatem p̃sone vnici filij dei singulariter assumpta eẽt: Que bona volũtas: que bona opera p̃cessẽrũt: quibus mereret iste hõ fieri vna p̃sona cũ deo: nunquid antea fuit hõ: et hoc ei singulare beneficiũ p̃stitũ est: vt singul'r promereretur deum: Nẽpe ex quo hõ esse cepit nõ aliud cepit esse hõ ꝙ̃ dei filius: ⁊ hic vnicus. et ꝓpterea dei verbũ: q2 est ab illo suscepta caro: fcã ẽ vtiq3 deus: vt queadmodum vna p̃sona est q̃libet hõ: anima: sc3 rõnalis ⁊ caro: ita sit xp̃s vna p̃sona verbũ ⁊ hõ. Idez super Jo. Agnoscam⁹ geminã substantiã xp̃i: diuinã sc3 que eq̃lis est patri: ⁊ humanã qua minor est patre. Utrũq3 aũt simul nõ duo: s3 vnus est xp̃s: ne sit q̃ternitas: non trinitas deus. ac p̃ hoc xp̃s est de⁹ aĩa rõnalis ⁊ caro. Idẽ quoq3 in lib. de p̃destinatiõe sanctoꝝ. Ille hõ vt a verbo p̃ri coeterno in vnitate p̃sone assumpt⁹ filius dei vnigenit⁹ eẽt: vnde3 hoc meruit: q̃d eius bonu3 p̃cessit: vt ad hãc ineffabilẽ excellentiã perueniret: Faciẽte ac suscipiente deo verbo: ipse homo ex quo eẽ cepit filius dei vnicus esse cepit. Itẽ homo quicũq3 ita gratia fit christianus: sicut gratia hõ ille ab initio fact⁹ est xp̃s. Idem in lib. xiij. de tri. Gratia dei nobis in homine xp̃o cõmẽdatur: quia nec ipse vt tãta vnitate deo vo coniũctus vna cũ illo p̃sona fili⁹ dei fieret: vllis est p̃cedẽtibus meritis assecut⁹ sed ex quo hõ esse cepit ex illo est ⁊ de⁹: vnde dcm̃ ẽ. verbũ caro factũ est. Hyla. quoq3 in li. de tri. ait. Christum nõ ambigimus esse deũ verbũ: neq3 rursum filiũ hoĩs ex aĩa ⁊ corpore ꝯstitisse ignoramus. His alijsq3 auctoritatib⁹ vtũtur qui hominem quẽdam ex aĩa rõnali ⁊ carne compositũ deũ factum dicũt: s3 gratia nõ natura. Sola em̃ gratia habuit ille hõ: non meritis vel natura vt esset deus siue fili⁹ dei: vt haberet omnẽ scientiã ⁊ potestatẽ: quã habet verbũ cum quo est vna p̃sona. Nec tantum in superiorib⁹ legitur ꝙ homo ille sit vna p̃sona cum verbo: ⁊ sit ipsum verbũ: sed etiam ꝙ anima rationalis ⁊ caro eadem persona sit: et christus sit ⁊ deus.

¶ Aliorum sententia.



Sunt autem et alij qui istis in parte consentiũt: sed dicunt hominẽ illu3 non ex aĩa rationali ⁊ carne

tm: sz ex humana et diuina natura. i. ex tribus subsistentiis diuinitate carne et aia constare: et hunc iesum xpm fatent et vnam psonam tm ee ante incarnationem solummodo simplicem: sz in incarnatione factam compositam ex diuinitate et humanitate: nec est io alia persona q prius: sed prius cuz eet dei tm psona in incarnatione facta est etiam hois psona: no aut vt essent due persone: sz vt vna et eadem esset psona dei et hominis. Persona ergo q prius erat simplex et in vna tm natura exns: in duabus et ex duabus subsistit naturis. et persona que tm erat deus facta est etiam verus homo subsistens no tm ex anima et carne: sed etiam ex diuinitate: nec tm persona illa dz dici persona: quis dicat facta persona hois. Facta est igitur illa persona vt quibusdam placet quiddam subsistens ex anima et carne: sed non est facta persona vel substantia vel natura: et inquantum est illud subsistens composita e inquantum aute verbum est simplex est.

¶ Auctoritates etiaz ponit que hanc pbant sententiaz.



DE hoc Aug. in li. sententiaru Prosperi ait. Modis oibus approbare contedimus sacrificiu ecclesie duobus constare duobus confici. visibili elementorum specie: et inuisibili domini nostri iesu christi carne et sanguine: sacramento et re sacramenti idest corpore christi sicut christi persona constat et conficitur ex deo et homine: cuz ipse christ9 verus sit deus et verus homo: q: omnis res illaru rerum naturam et veritatem in se continet: ex quibus conficit. De hoc eodem Jo. Damas. ait. In domino nostro iesu christo duas quide naturas cognoscimus: vnam aute hypostasim ex vtrisq compositam. Incarnatus est igitur christus ex virgine assumens primitias nostre masse: vt ipsa extiterit in carne hypostasis: que dei verbi hypostasis facta et composita fuerit: que pri9 simplex erat verbi hypostasis: composita vero ex duabus perfectis naturis diuinitate et humanitate: et ferat ipsa diuine dei verbi filiationis caracteristicum et determinatum ydioma sm q diuisa est a patre et spiritu sancto: et carnis caracteristica et determinatiua ydiomata sm que differat a matre et reliqs hoibus. Ite vna hypostasiz filij dei confitemur in duabus na-

Misteriu declarat

turis perfecte se habētibus deitatis et humanitatis: et incarnatā eādē hypostasim et has duas naturas custodiri et manere in xp̄o post vnionē non seorsum et ſm partes ponētes singulā sed vnitas inuicē in vnam cōpositam hypostasim. Substantialē em̄ inquimus vnionē.s.veram: et non ſm fantasiam. Substātialem autē non duabus naturis perficiētibus alterā.s. vnam compositā naturā: sed vnitas inuicē in vnam hypostasim cōpositam filij dei et manere eandē substātialem differentiā determinamus. Quod creabile māsit creabile. et qd̄ increabile increabile: et mortale mortale: et imortale imortale: et circūscriptibile circūscriptibile et incircūscriptibile incircūscriptibile. et hoc quidem refulget miraculis. De hoc etiā Augu. in lib. de tri. ait. Quēadmodum ſm deitatē vna est patris filijq̄ natura: ita etiā iuxta humanitatem eadem est matris et filij natura. ex vtraq̄ autē substantia et diuinitatis et humanitatis vnus atq̄ idem est deus dei et hoīs fili9 iesus christus vt deus verus: ita etiā homo verus. Item in lib. xiij. de trini. Sic deo coniūgi potuit humanana natura vt ex duabus substātijs fieret vna persona: ac ꝑ hoc iam ex tribus deo aīa et carne. His alijsq̄ plurib9 se muniunt auctoritatibus qui dicunt personā christi esse cōpositam vel factā siue ꝯstantem ex duabus naturis siue ex tribus substantijs.

Persona xp̄i cōstat tribus sūbstātijs

¶ Tertia aliorum sententia.



Sunt etiam alij q̄ incarnatiōe verbi nō solum personā ex naturis cōpositam negāt: verum etiā hoīem aliquem siue etiam aliquā substantiam ibi ex aīa et carne compositā vel factam diffitētur: sed sic illa duo.s. aīam et carnē verbi ꝑsone vel nature vnita eē aiunt: vt nō ex illis duobus vel ex his trib9 aliqua substātia vl persona fieret siue cōponeretur: sed illis duobus velut idumēto verbū dei vestiret vt mortaliū ocul' ꝯgruēter appareret. qui ideo dicit factus verus homo: q: veritatem carnis et aīe accepit. que duo etiā in singularitatē vel vnitatē sue persone accepisse legitur: nō q: illa duo vel aliqua res ex illis cōposita sit vna persona cū verbo vel sit verbum: sed q: illis duobus accidētibus verbo non est personarū numerus au-

ctus vt fieret quaternitas in trinitate. Et q2 ipa persona verbi: que prius erat sine indumēto assumptione indumenti nō est diuisa vel mutata: sed vna eadēq3 imutata permansit. qui scdm habitum deū hominem factū dicūt. Accipiendo enim hominē dictus est deus factus homo: ꝛ ꝑpter acceptū hominē dicitur deus verus eē homo. ꝛ propter assumentē deum dicit̄ homo esse deus. Nā si essentialiter inquiunt illi deus esse homo vl' homo esse deus intelligeret̄: tunc si deus hominē assumpsisset in sexu muliebri: ꝛ mulier essentialiter deus esset: ꝛ econuerso. At potuit de⁹ assumpsisse hominē in sexu muliebri: potuit igitur mulier esse deus ꝛ econuerso.

¶ Auctoritates inducit quibus hec sententia roborat̄.



Hec autem ꝛ isti de suo influere videātur: testimoniis in medium productis quod dicūt confirmant. Ait enim Augu. in lib. de grā noui testamēti. Sicut nō augetur numerus personarū cum caro accedit aie: vt sit vnus homo: sic nō augetur numerus personarū cum hō accedit verbo vt sit vnus xp̄s. Legitur itaq3 deus hō vt intelligamus eius psone singularitatē: nō vt suspicemur in carnē mutatā diuinitatē. Idē quoq3 tractās illud verbum apostoli. Habitu inuētus vt homo: manifeste ondit deū dici factū esse hominē vel esse hominē ꝑm habitum in libro. lxxxiij. qōnum. ita inquiens. Multis modis habitū dicimus. vel habitū animi: sicut discipline perceptionē vsu firmatā: vel habitū corporis: sicut dicim⁹ aliū alio validiorē. vel habitū eorum que mēbris accōmodātur extrinsecus. vt cū dicimus aliquē vestitum: calciatū: ꝛ huiusmodi: vt in oībus generibus manifestū est. In ea re dici habitū que accidit alicui ita vt eam possit etiā non habere. Hoc autē nomen ductū est ab illo verbo. qd' est habere. Habitus ergo in ea re dicit̄ que nobis vt habeat̄ accidit vl' accedit. Uerūtamen hoc interest q2 quedā eorum que accedūt vel accidunt: vt habitum faciāt non mutātur: sed ipsa mutāt in se integra ꝛ incōcussa manentia: sicut sapientia accedēs homini nō ipsa mutatur: sed hoīem mutat: quē de stulto sapientē facit. Quedā vero sic accedunt vel accidūt vt mutēt

apostoli vba exponūtur.

& mutent: vt cibus qui amittens speciem suaz in corpus vertit: & nos cibo refecti ab exilitate atq; lāguore in robur atq; valentiā mutamur. Tertiū genus est cū ea que accidūt nec mutant ea q̄bus accidunt: nec ab eis ipsa mutātur. sicut annulus positus in digito: qd genus rarissime reperit. Quartū genus est cū ea que accedunt mutātur: nō a sua natura: sed aliā speciem & formā accipiunt: vt est vestis que deiecta atq; deposita nō habet eā formam quā sumit induta. Induta enim membris accipit formā quam nō habet exuta. Quod genus cōgruit cōparatiōi huic. Deus enim filius semetipsum exinaniuit non formā suam mutās: sed formā serui accipiens: neq; cōuersus aut trāsmutatus in homine amissa incōmutabili stabilitate: sed in similitudinē hominū fact⁹ est ipse susceptor: verū hoīem suscipiendo. & habitu inuētus est vt homo. idest habendo hominē inuentus est vt homo: non sibi sed eis quibus ī homine apparuit. Qd autem dicit vt homo veritatē exprimit. Noīe ergo habitus sane significauit ap̄lus qual'r dixerit in similitudinem hominū factus: q: non transfiguratiōe in hominē: sed habitu factus est cuz indutus est hoīem: quem sibi vniens quodāmodo atq; cōformans imortalitati eternitatiq; sociaret. Nō ergo oz intelligi mutatū esse verbuz susceptōe hominis: sicut nec mēbra veste induta mutantur: q̄uis illa susceptio ineffabiliter susceptū suscipienti copularet. His verbis apte īnuere videt Augu. deū dici factū hoīem scd̄m habitū: qui etiā ipsius incarnatiōis modū volēs exprimere que rētibus in quarto lib. de trinitate ait. Si querit ipsa incarnatio qūo facta est: ipsuz verbū dei dico carnē factuz idest hominē factum. Nō tamē in hoc q̄ factū est cōuersum atq; mutatū: sed carnez vt carnalib⁹ cōgruenter appareret indutū. Ita sane factū vt ibi sit non tm̄ verbum dei & hoīs caro: sed etiā rationalis hoīs aīa: atq; hoc totū & deus dicat pp deuz: & hō ꝓpter hoīez. Quod si difficile intelligit mēs fide purget a peccatis abstinēdo & bona operādo. Difficilia eñ sunt hec. Idem in libro de fide ad petrū. Deus fili⁹ cū sit deus etern⁹ & verus ꝓ nobis fact⁹ est homo verus & plen⁹. In co verus q: verā hʒ ille humanaz na

Exemplū sacrosctē icarnationis.

Remediū salutare

turaz. In eo vero plenus q: et carnē humanaz suscepit: et animā rationalē. Item non aliud fuit illa dei sūmi exinanitio nisi forme seruilis. i. nature hūane susceptio. vtraq3 igit est in christo forma: q: vtraq3 vera et plena est in christo substātia: diuina sc3 et humana. Idē in libro ɔtra maximinū. Cum esset per seipsum inuisibilis: visibilis in homine apparuit: quē de femina suscipe dignatus est. Itē in eodem. Nos christū deuz verum hoīez suscepisse credim9 et in xpo visibiliter inuisibilē hominibus apparuisse: in ipso inter hoīes cōuersatū fuisse: in ipso ab hoībus humana ptulisse: in ipso homines docuisse Hylari9 quoq3 in decimo lib. de tri. ait. Quō dei fili9 ex maria ē nisi q verbū caro fcm̄ est. s. q3 fili9 dei cū in forma dei eēt formā s'ui accepit. Unuz tm̄ eūdēq3 nō dei defectiōe: s3 hoīs assūptiōe ɔfitemur: et in forma dei p naturā diuinā: et in forma s'ui ex cōceptiōe spūsscī s'm hoīs habituz reptū fuisse: nō fuit habit9 ille tm̄ hoīs: sed vt hominis: neq3 caro illa caro pcti: s3 in silitudine carnis pcti. Audistis tres s'm diuersos positas snias: et pro singulis īducta testimonia.

catholica assertio.

Diuisio textus.

Postq̄ magr determinauit de incarnatōe dei. hic determinare icipit cōditiōes dei icarnati. Diuiditur aūt hec ps in duas. In pa determinat de his ɔueniūt deo icarnato rōne vniōis. In scda de his q̄ ptinēt ad nām assūptā absolute di. 13. ibi. (Preterea. sciēdū ē.) De his. n. q̄ absolute ptinēt ad diuinā nāz determinatū ē in po li. Pria aūt ps diuidit in duas. Prio determinat de his q̄ dicuntur de deo icarnato expmētia ipsaz vnionē sicut q dr de9 est hō: vel fact9 est hō. In scda determinat de his q̄ ɔueniūt ei ɔnr ad vnionē. di. 8. ibi. (Post pdicta). Pria diuidit i tres ptes. In pma monet qōnē de locutiōib9 expmētibus vnionē. In scda ponit diuersas opiniones de mō vnionis. ibi. (Aliū em̄ dicūt). In tertia ostēdit quo intelligunt diuersimode pdicte locutōes s'm diuersas opiniōes di. 7. ibi. (Scdm primaz nō dr.) (Aliū em̄ dicunt). Hic ponit opiniōes: et diuidit in tres ptes s'm tres opiniōes q̄s ponit. Scda icipit ibi. (Sūt aūt aliū). Tertia ibi. (Sunt et aliū). Quelz autez triū partiū diuidit in duas partes. in opinionē et cōfirmationē. Cōfirmatio pme opinionis incipit ibi. (S3 ne de suo sensu.) Secūda aūt ibi. (De hoc aug.) Cōfirmatio aūt tertiū ibi. (Ne aūt et illi). Ad euidentiā aūt eoꝝ q̄ dicunt opz primo tria videre. Primo in quo iste tres opiniōes cōueniant. Secundo in quo vna harum opinionū ab alia differat. Tertio quid vnaq3 ponat.

¶In quo tres ille opiniones communicant.



Quantū ad primū sciendū q̄ iste opiniōes ꝯueniūt in quattuor. Primo q̄ quelibet harū ponit vnā psonā in xp̄o.s.diuinā:p qđ recedūt ab heresi Nestorij. Scđo ponūt in xp̄o duas naturas ꝛ tres substā tias.s.diuinā:aīam ꝛ corpus: in quibus duob⁹ dicūt ꝯstare natu rā humanā.ꝛ p hoc recedūt ab errore Euticis q̄ posuit vnā na turam in xp̄o. Tertio has duas substātias in quib⁹ hūana natu ra cōsistit dicūt assumptas a ꝟbo.p qđ recedūt ab errore Ma nichei q̄ negabat carnis assum ptionē. Quarto q̄ hoc qđ assum ptū ē nō p̄existit añ vnionē tpe: sꝫ natura solū.p qđ euadunt er rorē quē tāgit Dam.dicentiū q̄ primo assumpserit intellm̄:ꝛ ex tūc fuisse hoiem:postea aūt assū psisse carnē in vtero ꝟginis:qđ vr̄ esse error Orige.qui ponebat animas creatas ante corpora.

¶In quo vna harum opinionū ab alia differat.

Quantū ꝟo ad scđꝫ.s. dr̄iam harū opinionū sciendū ē:q̄ cū in xp̄o sint tres substātie inuenitur tri plex ꝯparatio harū substātiarū. Una aīe ꝛ corporis adinuicē ſm q̄ in eis ꝯsistit hūana natura. Al tera ꝟo harū duarū ad psonā di uinam ſm q̄ illa assumpsit has duas.ꝛ q̄libet harū opinionum differt ab altera q̄tuꝫ ad vtrāq; cōparationē. ¶Differt aūt ter tia opinio a p̄mis duabus q̄tuꝫ ad cōparationē aīe ꝛ corporis; q̄ p̄me due opiniōes ponūt ali quid ꝯpositū ex aīa ꝛ corpore:qđ ē assumptū. Tertia ꝟo ponit has duas substātias eē diuisas ab inuicē:ꝛ sine aliqua cōpositione a psona ꝟbi assumptas eē:vñ cū dr̄ natura hūana assumpta a ꝟ bo sumit naturā humanā mate rialr̄.i. ptes humane nāe: sicut partes domus dicūtur domus. Differt aūt a primis duab⁹ quā tuꝫ ad cōparationē harū duarū substātiarum ad tertiā:q̄ ponit has duas substātias cōiunctas ꝟbo accidentalr̄:sicut vestis cō iungit hoi:ꝛ sicut angelus assu mit corpus.vt in eo videat. Pri me ꝟo due opiniōes dicunt non accidentalr̄:sꝫ substātialr̄ q̄tum ad eē personale ꝟbo coniunctas esse. Silr̄ etiā scđa opinio differt a prima ſm has duas cōparatio nes. quantū eñ ad cōparationē anime ꝛ corporis differūt in hoc q̄ cum vtraq; ponit animā ꝛ cor pus precxistere ſm intellectū ad vnionē:ꝛ ex eis coniunctis effici aliqđ vnum nō vnius modi vnū ex his coniunctis constitui dicit vtraq;.ex ꝯiunctione eñ anime ad corpus resultat ꝛ hic homo ꝛ humanitas. ꝛ hec duo qualiter differant patere pōt ex p̄dictis in precedēti dist. q̄ hic hō dicit quid subsistēs in natura hūana humanitas aūt colligit tm̄ ea in sua significatiōe; ex q̄bus hō hꝫ q̄ sit hō. Prima ḡ opinio dicit q̄ illud vnū constitutū ex anima ꝛ corpore qđ preintelligit vnioni ꝛ assumitur ē hic hō. Scđa vero dicit q̄ sit hūanitas.ꝛ hoc q̄ sit hic hō:nō hꝫ ex ꝯiunctione ani me ad corpus:sed ex ꝯiunctione vtriusq; ad diuinā personaꝫ que sub sistit in eis. Differunt etiam quantū ad secundā cōparationē

Collisio errorum doctissima.

vtriusq; substantie ad diuinam personā. nam scda opinio dicit: q iste due substantie assumpte: ita cōiungūtur diuine psone: q pertinēt ad personalitatē ipsi⁹: adeo q sicut psona vbi ante incarnationē subsistebat in natura diuina: ita post incarnationē subsistit in humana & diuina: et ideo ante icarnationē erat simplex: sed post est ɔposita. Prima vero opinio dicit q illa substantia cōposita ex ala & corpore nō pertinet ad personalitatez vbi: ita q in ea psona vbi subsistat: sed per assumptionē factum est vt psona verbi esset illa substantia cōposita ex ala & corpore. et econuerso. vnde psona verbi sicut fuit simplex ante incarnationem: ita est et simplex post incarnationem.

¶ Quid vnaqueq; harum opinionum ponat.

Quātum ad tertiū autē. s. ad positiōes quas quelz opinio ponit. Sciendū est q prima opinio ex hoc q ponit duas substātias. s. animā & corpus fm q preintelligūtur vnioni esse ɔiunctas ad constituēdū hominē. opz q primo ponat hominē assumptū. secūdo q homo nō significet nisi compositū ex duabus substantijs. s. ala & corpore: non autem deitate: & qr hic homo est suppositum vel hypostasis: ideo ponit tertio i christo esse duo supposita. vnū creatū quod est homo: & alteruz increatū: quod est filius dei: et simil'r duas hypostases. Et qr suppositū predicatur in recto: nō in obliquo, sicut natura. sortes enim est suppositū humane nature. Ideo quarto dicit q christus est neutraliter duo. vnus tamen masculine ppter vnitatē persone. Et quia dicit hominē assumptum: & filius dei est homo: ideo dicit quinto q assumēs est assumptuz. Et qr in christo dicit duo supposita: ideo dicit sexto q supposito filio dei non supponitur hic homo: quāuis hic homo sit filius dei. sicut supposita essentia nō supponitur pater: quāuis essentia sit pater. Et quia hic homo non supponit suppositū eternū ideo dicit septimo q sicut deus fact⁹ est homo: ita homo fact⁹ est deus. quod nō posset dici si supponeret suppositū eternum: qr suppositum eternū non incipit esse deus. Et qr proprietates eterne nō determinant suppositū temporale nec ecōuerso: ideo dicit octauo q omnia nomina adiectiua que significant aliqd eternum nō possunt dici de filio virginis nisi cū implicatione: vt si dicatur filius virginis est eternus. i. est ille qui est eternus. et similiter adiectiua que significant aliquod tēporale non possunt dici ppe de filio dei. Substantiua autē hincinde predicantur propter vnionē: sicut & adiectiua personalia non dicuntur de essentia: quāuis substantiua dicātur de ea. ¶ Secunda vero opinio quia ponit qd humana natura que est assumptum non significat quid subsistēs sed potius in ea subsistit diuina persona per vnionē: ideo primo dicit hominē: quod significat per modum subsistētis non esse assumptum: sed humanā naturaz. Et quia hypostasis vel suppositū dicit aliquid per se subsistens:

ideo scdo nō ponit in christo nisi vnū suppositū vel hypostasim. Et per ɔns ponit tertio ꝙ xp̄s est vnū tm̄ ⁊ solū vnus. Et quia humana natura nō substantificatur vt subsistat nisi p vnionem ad diuinam personam: ideo hō ꝗ significat per modū subsistētis nō solū dicit naturā ⁊ corpus. sz etiā diuinitatē. Et hec est quarta positio. Et quia diuina persona ꝗ ante incarnationē subsistebat in vna natura: post quā subsistit in duabus naturis ⁊ tribus substātijs. ideo quinto dicit ꝙ persona xpi ante incarnationē fuit simplex: sz post incarnationē est cōposita. Et quia est vnū suppositū qd subsistit in duabus naturis: ideo sexto ponit ꝙ de illo supposito proprie dici pñt adiectiua significātia ꝓprietates vtriusqꝫ nature siue denominetur p vnam naturā siue per aliā. vñ fz eos ꝓprie dr̄ iste puer est eternus: ⁊ deus est passus.

¶ Tertia vero opinio quia negat vnionē anime ad carnē in xp̄o: ideo primo ponit ꝙ hō non p̄dicat de xp̄o aliqd cōpositū ex anima ⁊ corpore: sz partes humane nature vt sit sensus hō est. i. hz animā ⁊ corpus sibi vnita accidētaliter. et ideo ponit secūdo ꝙ hō predicat de xp̄o accidētaliter: nō in qd: sed in quo modo se hz: vt cū dicit hō indutꝰ. ⁊ ideo tertio ponit ꝙ due substātie nō ptinēt ad psonalitatē filij dei: sed extrinsecus se hñt ad ipsam. Et multa alia ex his opinionibꝰ sequunt si quis radicē opinionū cōsideret.

Epilogus opinionū. Ex predictis autē pz ꝙ quelibet harū duarū opinionū ɔuenit cū alia i aliquo in quo differt a tertia. Prime eñ opiniones due cōueniunt i hoc ꝙ vtraqꝫ ponit ꝙ homo de xp̄o predicat in qd: in quo differūt a tertia que hoc negat. silr tertia cōuenit cū scda in hoc ꝙ in xp̄o nō sunt duo supposita: q̄uis differēter: quia scda ponit ꝙ supponit vtriqꝫ nature substantialiter. tertia vero ꝙ diuine substātialiter: ⁊ humane accidētalr: sicut albū ⁊ hō nō est aliud et aliud suppositū: sz idē qd supponit hō copulat album: in quo differūt a p̄ma q̄ ponit i xp̄o duo supposita. silr etiā p̄ma ⁊ tertia cōueniūt i hoc ꝙ humana natura nō ptinet ad psonalitatē diuine persone: q̄uis differēter: quia p̄ma ponit ꝙ substantificat p se. Tertia aūt ꝙ nullo modo. vñ vtraqꝫ ponit ꝙ diuina psona sicut fuit simplex ante icarnationē: ita est simplex post icarnationē: in quo differūt a scda. ¶ His visis circa veritatē harū opinionum est triplex questio. Prima de his q̄ dicit prima opinio. Scda de his q̄ dicit secūda. Tertia de his que dicit tertia. ¶ Questio .i.



Circa p̄mā opinionem querunt tria. Primo vtrū in xp̄o sint due hypostases. Secūdo vtrum hō sit assumptus. Tertio vtrum hō significet substātiam cōpositā ex duabꝰ substātijs tm̄.

¶ Utrū i xp̄o sint due hipostases

Ad primū sic proceditur. videt ꝙ i xp̄o sint due hypostases sicut eñ dicit Boe. i lib. de dua. na. oīs substantia pticularis fm ꝓprietatē vocabuli potest dici hypostasis: q̄uis fm vsum dicat tātum de substātijs nobilioribus. sed in christo

sunt plures substantie: sicut ab omnibus cōcedit: et nō sunt vniuersales: sʒ particulares. ergo i christo sunt plures hypostases. ¶ Prima. xp̄s ſm q̄ est homo est hypostasis q̄dam in genere substantie: q: de quocunq̄ predicat species & genus: sed hypostasis verbi nō est in genere substātie: ergo in xp̄o est alia hypostasis preter hypostasim verbi: et ita i xp̄o sunt due hypostases. ¶ Preterea. sic se hʒ spēs ad genꝰ: ita se hʒ hypostasis ad speciem. sed vna species non potest esse in diuersis generibꝰ nō subalternatꝭ ergo vna hypostasis non potest esse i duabꝰ speciebꝰ: ergo multo minus i natura humana & diuina: que plus q̄ specie differunt. ¶ Sed cōtra. ē q̄ dicit Damas. duas naturas vnitas esse in vnā hypostasim. ¶ Preterea. ſm Boe. persona est rationalis nature indiuidua substantia: hypostasis aūt ſm eundē est indiuidua substantia: ergo ꝑsona non addit supra hipostasim nisi hoc qđ est rationalis nature: ergo hypostasis rationalis nature est ꝑsona. humana aūt natura & diuina vtraq̄ est rōnalis. si ḡ sint due hypostases harū duarū naturaꝝ: opʒ diuersas personas ponere: & sic esset error Nestorij.

¶ Utrū i xp̄o sint duo supposita

Prima q̄stiūcula. **Alterius** querit vtrū i christo sint duo supposita: vr̄ q̄ sic: suppositū eñ dicit respectū ad naturā cōem: sed in xp̄o sunt due nature. ḡ duo supposita. ¶ Preterea suppositū dr̄. quasi sub alio positum: sed inconueniēs est dicere q̄ diuina persona ponat sub humana. ḡ opʒ aliud esse humane nature suppositū q̄ persona diuina: sed persona diuina est suppositum nature diuine. ergo in xp̄o sunt duo supposita. ¶ Preterea. vnio ad alterū nō tollit alicui rōnē suppositi: q: etiā pars vt manus alicui nature cōi supponit cum sit in spē manus: sed nihil aliud pōt impedire ne humana natura in xp̄o habeat ꝓprium suppositū nisi vnio. ḡ hʒ ꝓprium suppositū ꝑter suppositum diuine nature: & sic idem qđ prius. ¶ Sed ꝯ. qđ est vnitum alteri digniori nō hʒ rōnem suppositi: al's in christo essent tria supposita ſm tres substantias: vel etiā plura ſm oēs ꝑtes corporis. si ergo in christo sunt duo supposita nō erit aliqua vnio diuinitatis ad carnem.

¶ Utrum in christo sint duo indiuidua.

Secūda q̄stiuncula. **Alterius** videtur q̄ in xp̄o sint duo indiuidua. sicut eñ dicit Dama. filius dei assumpsit humanā naturaʒ in athomo .i. in indiuiduo sed q: natura assumpta ē in christo dicimus duas naturas. ergo & dicere possumus i christo duo indiuidua. ¶ Preterea omne qđ est aut est vl'e aut particulare: sʒ humana natura est in christo. ḡ cum nō sit vl'is erit particularis sed omne pariculare est indiuiduum. ḡ hūana natura in xp̄o ē indiuiduū: ḡ sunt ibi duo indiuidua. ¶ Preterea. ſm Porphi. indiuiduū facit collectio accidentium. sed accidentia humane nature non sunt in . persona diuina que subiectum accidentis eē non po. est. ergo oportet q̄ sit ibi aliquod indiuiduum: et sic idem quod prius.

¶Sed ꝫ. nihil ẽ aliud ꝑsona ꝙ̃ indiuiduũ rõnalis nature: sed in xp̃o nõ pñt esse due persone. ergo in christo nõ sunt duo indiuidua.

¶Utrum ibi sint due res.

Tertia questiuncula.

Ulterius vr̃ ꝙ sint ibi due res nature. Res enĩ nature ẽ qd̃ constituitur per naturã: sꝫ diuina ꝑsona nõ ꝯstituit̃ ꝑ humanã naturã ergo persona ṽbi nõ ẽ res humane nature: sꝫ ẽ aliqua res hũane nature in xp̃o. ergo i xp̃o sunt due res nature. ¶Preterea. res nature idẽ vr̃ eẽ qd̃ naturale: sꝫ naturale: vt dr̃. 2. phy. ẽ ꝓprietas causata ex ꝑncipijs nature: vel cõpositum ex ꝑncipijs naturalibus: sꝫ neutrũ istoꝝ ꝯuenit diuine ꝑsone. ergo ꝑsona diuina nõ ẽ res nature hũane. ⁊ sic idẽ qd̃ pri⁹. ¶Sꝫ ꝫ. res nature ẽ cõpletũ subsistẽs in natura: sꝫ nullũ tale ẽ assumptibile: ꝙ̃uis possit aliud assumi ad ipꝫ. ergo si eẽt in xp̃o aliqua res nature ꝑter diuinã ꝑsonã nõ eẽt assumpta a diuina ꝑsona: et ita nec vnita: ⁊ sic nõ esset in xp̃o.

Respõdeo dicendũ: ꝙ cũ oẽ particulare habeat respectũ ad naturam cõeꝫ ⁊ ad ꝓprietates põt fꝫ vtrũq; respectũ noiari: tũ ꝑ nomen ꝑme impositiõis: tũ ꝑ nomẽ scd̃e intẽtiõis. hoc enĩ nomẽ res nature ẽ nomẽ prime impositionis significãs ꝑticulare ꝑ respectũ ad naturã cõeꝫ. hoc ṽo nomẽ suppositũ ẽ nomẽ scd̃e īpositiõis significãs ipsaꝫ habitudinem particularis ad nãm cõeꝫ inq̃ꝫtũ subsistit in ea. particulare vero inq̃ꝫtum excedit ab ea: sꝫ qꝛ accidẽtia cõsequunt̃ naturã: iõ oẽ nomẽ designãs ꝑticulare fm respectum ad ꝓprietates

Declaratio noim scd̃e intẽtiõis

designat etiã ipm̃ per respectuꝫ ad naturã cõem. hoc ꝗ põt fieri dupl̃r. vel per nomẽ prime impositionis: ⁊ sic ẽ hypostasis cõiter in oibus substãtijs: persona ṽo in oibus rõnalibus: vel ꝑ nomẽ scd̃e impositiõis: ⁊ sic est indiuiduũ inq̃ꝫtuꝫ ẽ indiuisuꝫ in se. singulare ṽo inq̃ꝫtum est diuisum ab alijs. vñ singulare est idẽ qd̃ diuisum. ¶Est etiã alia differentia attendẽda inter ista: qꝛ q̄daꝫ istoꝝ significãt cõiter particulare in quolibet gñe sicut particulare indiuiduũ singulare. q̄dam vero tm̃ particulare in gñe substãtie: sicut res nature suppositum hypostasis ⁊ ꝑsona. Qꝛ ṽo rõ substãtie ẽ ꝙ per se subsistat: inde est ꝙ nulluꝫ istoꝝ dr̃ nisi de re cõpleta per se subsistẽte. vnde nõ dicunt̃ neq; de parte neq; de accidente: de q̃bus alia dici pñt que in oibus generib⁹ inueniuntur. ꝙ̃uis enĩ hec albedo vel hec manus dicat̃ indiuiduũ vel singulare: non tñ põt dici hypostasis suppositum vel res nature. Impossibile est aũt ꝙ si ponant̃ duo quorum vtrũq; per se subsistat ꝙ vnum sit alterũ: quia fm hoc ꝙ numerãtur differũt: cum differentia sit causa numeri: ⁊ nõ predicantur de se inuicẽ nisi fm ꝙ vnum sunt. Unde cum diuina persona sit quiddam per se subsistens: si etiã ponatur compositum ex anima ⁊ carne vnum q̃d completuꝫ subsistens qd̃ est homo vel hic homo: impossibile est ꝙ vnum predicetur de altero: vt dicatur. Filius dei est hic homo ⁊ quia prima opinio hoc ponit. ideo non tenetur modo ab aliquo: sed fm hoc quod est cõpositum tantũ ex anima et carne ⁊ nõ dicit

nō dicit esse quid subsistēs. sȝ dicit esse humanā naturā in qua diuina psona subsistit: ⁊ ideo ſm hāc opinionē dōȝ est ꝙ illa noia q̄ significāt particulare in quolibet genere pħt dici esse duo in xp̄o: sicut eñ hec manus dicitur indiuiduū vel singulare vel particulare: ita hūana natura ī xp̄o est indiuiduū singulare vel particulare. Et cum natura humana nō sit diuina natura. neq̧ diuina persona nihil ꝓhibet dici in xp̄o duo indiuidua. vel singularia vel particularia: aut etiam plura ſm numerū partiū corporis xp̄i. quarū q̄libet potest dici indiuiduū nisi fiat vis in hoc ꝙ in diuinis non proprie inueniunt huiusmodi nomina. hec tamen plura indiuidua de xp̄o nō predicant. quia de eo non predicat natura hūana neq̧ partes eius nō aūt cōtingit dicere in xp̄o eē duas ypostases. vel res nature: vel supposita. natura eñ hūana in xp̄o nō est res nature vel suppositū. sed ipsa natura. nulla eiȝ natura cōposita est res vel suppositum ꝯuiꝑsius. similiter nō est ypostasis sed vsya. nihilominus tñ sicut dicimꝰ vnionē factā in ꝑsona: sic dicimꝰ in ypostasi: supposito: re nature. indiuiduo singulari vel particulari. qꝛ ꝙuis hec vltima tria possint dici de nō per se subsistētibꝰ. nihilominꝰ dicūtur ēt de ꝑ se subsistētibꝰ. dicimꝰ eñ ypostasim esse indiuiduū. vñ inquātū est vnio facta in ypostasi est etiā facta in indiuiduo. ⁊ sic possumus dicere xp̄m vnum indiuiduū: ⁊ tñ in eo duo vel plura idiuidua sicut ēt et de q̄libet alio hoīe ꝯtigit: et eadē rō de singulari ⁊ ꝑticulari

Ad primum ergo dicendum ꝙ substantia ſm est genꝰ nō proprie ꝑdicatur de parte. manꝰ etsi esset substantia cū sit aīata: esset aīal nihil eñ est in gñe q̄si directe ꝯtēptū sub ipso: nisi qđ hȝ nām aliquā cōplecte. tñ dr̄ manus eē substātia ſm ꝙ substātia diuidit ꝯ accña: ⁊ silr̄ dico d̄ nā humana in xp̄o: cū igitur dr̄ qđ oīs substātia particularis ē ypostasis. intelligendū est de illis q̄ directe recipiunt ꝑdicationē generis ⁊ hec sunt q̄ significantur vt res cōplete ꝑ se subsistētes.

¶ Ad scđm dōȝ ꝙ ypostasis verbi. ꝙuis non sit ī gñe substantie simplr̄ inꝙtū: est ypostasis x̄bi tñ inꝙtñ: est ypostasis humane nāe est. in genere sb̄e sicut ī spē hoīs. nō eñ ypostasis ordiat ad genꝰ vł spēm nisi ꝑ nām quā hȝ

¶ Ad 3ᵐ dōȝ ꝙ genꝰ q̄dāmodo est ꝑs spēī silis materie. vñ sicut ī natura ex pluribꝰ materijs sufficiētibꝰ nō ordinatis nō fit aliq̄d vnū. ita ēt plura genera non possunt venire ad cōstitutioneȝ vnīꝰ spēī: sȝ nā ypostasis est. pars vñ nō est silis rō: dr̄ eñ ypostasis alicuius nature inquātū subsistit in ea. ¶ Ea que in contrarium obijciuntur concedimus.

¶ Sciendum tamen est qđ prima opinio ꝙuis poneret duas ypostases: non tamen diuersas personas posuit: ex hoc eñ qđ persona est indiuiduum rationalis nature que est completissima. et vbi stat tota intentio nature habet ꝙ significet completissimum vltima complexione. post quam non est alia. vnde cū poneret hominē assumptum vniri verbo non dabat ei rationē

persone:dabat ei tamen rationē ypostasis:inquantum erat subsistens:nec tamē ponebat q hō ille vniretur diuine persone in accidente:quia sic nō diceret q predicaret qd:sed q esset accidētaliter vnitū.sicut dicit tertia opinio:sed ponebat q persona verbi erat illa ypostasis:quod tamē non est intelligibile vt duorum distinctorum vnum de altero p dicetur.vt prius dictum est.

Ad secundā qōnē dicēdū q in xpo tantū vnū est suppositū rōne iam dicta:nisi dicat suppositum locutionis: quia sic de quocūq potest fieri sermo ē suppositum.

Ad primum autē cōtra hoc obiectū dōm' q quāuis sint ibi due nature.tamen est vnum habens respectum ad duas naturas:et ideo est ibi suppositum vnū. ¶ Ad scōm dicēdū q suppositū nō imppitat suppositionē indignitatis vel potētialitatis.alias persone nō dicerentur supposita diuine nature:sed solū suppositionē q̄tū ad cōitatē inquātū natura cōmunis excedit p̄dicatiōe suppositū vl' actu vel potētia. ¶ Ad 3^m dōm q ps proprie non habet genus neq spēm.vñ nō conuenit sibi pprie suppositum esse.loquēdo simpliciter nisi forte cū additione: vt dicatur hec manus suppositum manus: q̄uis manus pprie loquēdo non sit genus neq spēs.

Rñsio ad secūdaz q̄stiūculam

Ad tertiā questionem dicēdum q in christo sunt duo indiuidua nō tñ per se subsistentia . et ipse xps ē vnū idiuiduū sbsistēs:vt dcm ē

Ad primū ergo dicendum quod Damas.intendit dicere q assūpsit humanā naturā particularē.nō aūt subsistentē: sz qd in ea diuina persona subsistit . ¶ Ad scōm dōz q hūana natura ē particulare et indiuiduū.nō tñ subsistēs. ¶ Ad tertiū dōm q q̄uis diuina nā sit q̄ddā idiuiduū in xpo:tamē ēt xps ē idiuiduū humane nature:nec tñ opz q accidētia humane nature insint diuine psone nisi natura mediante. ¶ Ad id qd in 2rīū obijcitur dicēdū qd in xpo est aliqd indiuiduum quod non est rationalis nature indiuiduum : sed ipa rationalis natura indiuidua vel pars eius.sicut manus xpi. Rñsio ad tertiā q̄stiūculam.

Ad quartam questionem dicendum quod in christo non sunt due res nature:sed ipse est res vna duaꝝ naturarum.

Ad primum ḡ dicēdū q quāuis verbū nō sit constitutum p naturā hūanā vt sit simpliciter.tñ p naturā humanā cōstituitur q sit homo. ¶ Ad secūdum dicēdum qd res nature per se loquendo est qd habet naturam:sed q hoc sit compositū accidit inquātum ipm cōpositum ex materia ⁊ forma.que sunt pncipia nature.non adiungitur alteri subsistenti simplici.si autem alteri subsistenti coniūgatur: q est in se simplex.erit quidem illd simplex vt res subsistens in natura composita: nō tñ erit cōpositum nisi p modū q infra dicet sm quē secunda opinio ponit psonaz verbi incarnati esse compositam.

¶ Utrum filius dei assumpserit hominem.



Ad secundum sic proceditur. Videtur quod filius dei assumpserit hominem ex .ps. Beatus quem elegisti et assumpsisti: et loquitur de christo homine. ergo homo est assumptus. ¶ Preterea si filius dei est homo: aut homo quem assumpsit: aut homo quem non assumpsit si homo quem non assumpsit. ergo non magis potest dici homo quam est ihesus: quam homo qui est petrus: si autem quem assumpsit ergo assumpsit hominem. ¶ Preterea filius dei assumpsit animam et corpus unita: quia corpus non unitum anime est corpus inanimatum: quod non est assumptibile. ut in .2. dist. dictum est: unio autem illa non est minoris efficatie in homine christo quam in aliis hominibus: sed in aliis hominibus facit non solum humanitatem. sed etiam hominem: ergo in christo facit hominem. ¶ Preterea in christo non est nisi assumens et assumptum sed non habet quod sit homo ex parte assumentis. quia sic ab eterno fuisset homo. ergo habet ex parte assumpti. ergo homo est assumptus. ¶ Preterea secundum Damas. christus assumpsit quicquid in nostra natura plantavit: sed id quod unitum est ex corpore et anima facit hominem. cum sit de naturalibus que dei verbum in nostra natura plantavit hoc ergo assumpsit. ergo assumpsit hominem: quia posita causa sufficienti ponitur effectus.

¶ Sed contra assumens non est assumptum. sed deus est homo. ergo non assumpsit hominem. ¶ Preterea si assumpsit hominem. constat quod non assumpsit hominem universalem. ergo assumpsit hunc hominem: sed hic homo est persona: ergo assumpsit personam. quod falsum est: ergo et primum.

Respondeo dicendum quod id quod assumitur secundum intellectum precedit unionem. si ergo dicatur homo assumptus oportet intelligatur homo antequam intelligatur assumptus: homo autem particularis: quia universalem non assumpsit: cum non habeat esse in rerum natura: est quod subsistens habens esse completum: quod autem habet esse completum in quo subsistit: non potest uniri alteri nisi tribus modis: vel accidentaliter. ut tunica homini: et hunc modum unionis ponit tertia opinio. vel per modum aggregationis sicut lapis lapidi in acervo: vel aliquo accidente sicut homo unitur deo per amorem vel gratiam: et neutra harum est unio simpliciter sed secundum quid: quarum primam posuit Dioscorus: alteram Nestorius heretici: ut dicit Damas. 3. ca. tertium libri. unde nullo modo concedendum est quod homo sit assumptus. Sciendum tamen quod prima opinio nullum predictorum modorum unionis ponebat. unde non est heretica: sed ponebat quod erat facta unio secundum hoc quod persona verbi incepit esse illa substantia: quod quidem non est intelligibile. ut duorum unum fiat alterum nisi per conversionem unius ad alterum: immo impossibile est ut prius dictum est et ideo non sustinetur.

Errores vitantur

Ad primum ergo dicendum quod omnes auctoritates que dicunt hominem assumptum: exponi debent ut ponatur concretum pro abstracto. id est homo pro humana natura. ¶ Ad secundum dicendum quod christus est homo. non quem assumpsit. sed cuius humanam naturam assumpsit. ¶ Ad tertium dicendum quod non est propter inefficatiam unionis anime ad corpus quod eorum coniunctio secundum quod preintelligitur unioni ad divinam personam non facit hominem: sed humanam naturam in christo: sed est ex hoc quod non fuerunt ut coniuncta per se subsisterent, sed ut divina per-

sona l eis subsisteret. ¶ Ad 4^m dőm φ hō significat humanam naz ꝛ supponit ꝑ supposito sub sistente in nā illa. quorū vnū est ex parte assumpti: alterū ex par te assumētis. ¶ Ad quintū dőm φ hoc φ facit cōiunctū ex aīa ꝛ corpe esse hoiem nō est ꝑter aiaz et corpꝰ ꝛ vnionē aliqd positiue sed ex hoc ipo qđ ipm cōpositū ex aīa ꝛ corpore nō adiūgitur al teri subsistenti in natura cōposi ta. seqtur φ cōiūctū sit hō. vn̄ et si xp̄s humanā naturā quā assū psit deponeret: ex hoc ipo esset homo illud cōiunctum ex dua= bus substantijs.

¶ Utrū hō dicat ibi ꝯpositū ex duabus substātijs tantū.



D tertiū sic ꝓcedit. vr̄ qđ hō non dicat nisi ꝯpositū ex duabꝰ substātijs. hō eni̅ p̄dicatur de xp̄o et de petro: ꝛ non equiuoce dici tur sꝫ cum dr̄ de petro nihil p̄di= catur nisi cōpositū ex duabꝰ na turis vel substātijs: ergo ꝛ cū dr̄ de xp̄o. ¶ Preterea in symbolo Athan. dr̄ sicut aīa rationalis ꝛ caro vnº est hō: ita deꝰ ꝛ hō vnꝰ est xp̄s: sꝫ aīa nō includit in sua significatione carnē: nec ecōuer so. ergo nec hō dicit diuinitatē nec ecōuerso. ¶ Preterea nihil est in xp̄o ꝑter tres substātias: si ergo hō diceret tres substantias tūc xp̄s erit tātū hō: qđ est falsum. ¶ Preterea. Totū nō dicit vniri parti. sed pars toti vel parti. si ergo homo diceret tres substan stātias: videret φ nō posset dici homo vnitus dei filio. ¶ Sed cō tra. homo est habens humani= tatē. sed habens humanitatem est diuina persona. ergo cū hu= manitate q̄ cōtinet duas substā tias hoc nomē hō dictū de xp̄o dicit et diuinā p̄sonā: ꝛ sic dicit tres substātias. ¶ Preterea oē p̄= dicatū substātiale cōtinet aliq̄ mō suū sbm: sꝫ hoc nomē hō p̄di cat de filio dei nō accidētaliter ergo cōtinet personā filij dei: et sic nō dicit tātū cōpositū ex dua bus substantijs.

Respondeo dőm φ in quo= libet noīe est duo cōsiderare. s. id a quo imponit nomē qđ dicit qualitas nois: ꝛ id cui imponi tur qđ dicit substantia nois: et nomē ꝓprie loquēdo dr̄ signifi care formā siue q̄litatē: a q̄ ipo nit nomē. dr̄ ꝟo supponere pro eo cui imponitur. Prima ergo opi nio dicit φ hoc nomē hō q̄tum ad significatū ꝛ q̄tū ad suppo sitū nō dicit nisi ꝯstitutū ex dua bus substantijs. qꝛ hoc cōstitu tū ex duabus substātijs est ypo staticis subsistēs ꝑ q̄ potest fieri suppositio huiꝰ nois hō. secū= da vero opinio dicit φ cōstitu= tū ex duabꝰ substātijs tm̄ nō ē ypostasis subsistēs sꝫ nā in qua subsistit verbū dei. vn̄ non pōt ponere φ cōstitutū ex duabus substātijs tm̄ sit suppositū: cui nomen iponit. sꝫ forma a qua i ponitur. s. humanitas. illud ꝟo cui nomē iponit qđ ē subsistēs in humana natura. ē p̄sona ver bi. ꝛ ideo hoc nomen homo cō prehendit tres substantias: sed duas ex parte significati: tertiā ex parte suppositi. Duo sūe in rōne nois.

Ad primū ergo dicē= dum φ di= uersitas suppositiōis non facit

equiuocationē: sȝ diuersitas significationis. ¶ Ad secūdū dōȝ ꝙ Athañ. accipit hoīem ex parte nature significate. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ termini in predicato positi tenent formaliter. in sbō vero materialiter. vñ hoc nomen hō supponit suppositū eternuȝ qđ subsistit in duabus naturis et tribus substātijs. pdicat vero tātū naturā hūanā. vñ si diceret qđ est tātū hō: excluderetur oīs natura alia ab hūana. ⁊ ꝓpter hoc nō cōceditur ꝙ sit hō tm̄.

Notula logical.

¶ Ad 4^m dōm qđ homo dicit ꝓprie et simplr vnitus filio dei: qꝛ dicit id qđ vnit seu cōiūgitur scȝ humanā naturā. que est quasi pars in hac vnione ⁊ id ī quo fit vnio. s. suppositū vnum.

¶ Questio. II.



Eide q̄ritur de his q̄ ptinēt ad secūdaȝ opinionē. ⁊ circa hoc queruntur tria. pº vtrum xp̄s sit vnū. scđo vtrū habeat vnū esse. 3º. vtrū psona xp̄i post incarnationē fuerit composita.

¶ Utrū xp̄s sit duo neutraliter.



D primuȝ sic ꝓcedit. videt. qđ xp̄s sit duo naturaliter. Isido. eñ dicit in lib. de trini. Mediator dei et hoim hō iesus xp̄s. Cuius aliud sit de patre aliud de virgine nō tñ alius. sed vbicūqȝ est aliđ ⁊ aliđ ibi sunt duo. ergo xp̄s est duo. ¶ Preterea xp̄s est vnū vnitate increata: ⁊ ē vnū vnitate creata: vnitas aūt creata non ē vnitas increata: ğ xp̄s est duo. ¶ Preterea sicut ī trinitate sūt tres psone ī vna eēntia: ita in xp̄o sunt due nāe ī vna psona: sȝ ꝓpt vnitatē nāe dicūt pater ⁊ filius vnū. Cuius nō vnus. ğ ⁊ ꝓpter vnitateȝ psone xp̄s debet dici vnus ⁊ non vnū. sȝ duo pp dualitatē naturarū. ¶ Preterea xp̄s fm ꝙ est deus est aliqđ qđ est pr: ⁊ fȝ qꝫ ē hō: est aliqđ qđ ē mr: sȝ hoc ꝙ ē pr. nō ē hoc qđ ē mr: ğ xp̄s ē aliqđ: ⁊ aliqđ, ita ē duo. ¶ Preterea xp̄s ē aliqđ passibile ⁊ aliqđ impassibile: sȝ passibile nō ē impassibile: ğ xp̄s ē aliqđ ⁊ aliqđ. ergo nō ē vnū. ¶ Preterea fȝ Dam. xp̄s totus est vbiqȝ nō tñ totū sȝ ē vbiqȝ fm ꝙ ē deus: ğ xp̄s nō ē totū deus: sȝ ē aliqđ pter hoc qđ est deus: sȝ ex hoc ꝙ ē deus est aliqđ: ğ ē aliqđ ⁊ aliqđ: ⁊ sic idē ꝙ prius ¶ Preterea xp̄s nō ē tm̄ hō: sed hō pdicat aliqđ vnū de ipo. ergo xp̄s nō est tātū vnū aliquid. ergo est duo. ¶ Sed ꝯ qcquid est. id est: qꝛ vnū nūero est: si ğ xp̄s nō est vnū nihil est: qđ falsuȝ est ¶ Preterea maior est ꝯueniētia nāe hūane in xp̄o ad naturā diuinā q̄ accñtis ad sbm: sȝ accñs cū sbo nō facit numerū: ğ nec rōne hūane nāe ⁊ diuine dicet xp̄s eē, duo. ¶ Preterea. ca q̄ nō sunt vnū nō pñt de se īuicē pdicari sȝ deus pdicatur de homine xp̄o ⁊ ecōuerso. ergo xp̄s est vnum.

Respōdeo dicendum qđ neutrū gen⁹ est informe ⁊ indistinctum masculinum vero est formatum et determinatum. vnde masculinū non predicatur absolute nisi de re perfecta subsistēte. neutrū vero genus de re perfecta subsistente et de nō perfecta. vnde non potest dici qđ albedo vł hu

Notula gramaticus.

manitas petri est aliquis: sȝ qđ est aliquid. de petro aũt possumus dicere ꝙ est aliqs ⁊ ꝙ ē aliquid. silr in xp̄o de ꝑsona pōt dici ꝙ est aliquis ⁊ ē aliqđ: de natura aũt ꝙ est aliqđ: ⁊ ꝙ nō ē aliquis: ꝭȝ igitur secũdã opinionē de qua agitur. illđ aliqđ qđ est natura assũpta nō ꝑdicat̃ đ. xp̄o qꝛ nō hȝ rōnē hominis. sed hũanitatis. aliqđ. ergo ꝭm ꝙ ꝑdicatur de xp̄o nō significat tm̄ naturã: sed suppositũ nature: ⁊ quia plurale est geminatũ singulare ideo xp̄s nō posset dici aliqua: nisi essent in eo duo supposita naturarum. qđ negat scđa opinio: ⁊ silr. 3ª. ⁊ iđ vtraqȝ opinio dicit ꝙ xp̄s est vnum: sȝ secunda dicit ꝙ est vnũ ꝑ se. tertia ꝟo qđ est vnũ per accidens sicut albus homo. sed prima opinio dicit ꝙ assumptũ non tm̄ hȝ rōnē hũanitatis sed ēt hois: ⁊ tñ non pōt dici aliqs: qꝛ ē alti digniori adiũctũ. sȝ dr̃ aliqđ ⁊ illđ aliqđ ꝑdicatđ ꝑsona assumēte: ⁊ iđ seqt̃ ꝙ xp̄s sit aliquid scȝ assumens et aliquid scȝ assumptum et quod sit duo neutraliter: sed non masculine.

Ad primũ ergo dicendũ qđ aliđ partitiuũ est. vñ requirit̃ aliqđ a quo diuidatur: cum autē dicitur xp̄s est aliud: et aliđ cũ aliđ non predicet naturã tm̄: sȝ suppositum nature: qꝛ humana natura de xp̄o nō ꝑdicatur: reqritur ꝙ sit ibi aliquid distinctum vel diuisum a supposito humane nature. quod de xp̄o predicetur: hoc aũt nō pōt esse ꝭm secũdã opinionē. quia suppositũ diuine nature nō est aliud a supposito hũane nature. nec diuina natura que de xp̄o predicatur ē aliud a supposito eius. nec ꝑ cōsequēs a supposito humane nature. vnde ꝭm hanc opinionem xp̄s non dicitur proprie aliud et aliud: sed exponendũ est alteriꝰ nature prima vero opinio q̃ distinguit supposita naturarũ potest dicere ꝙ xp̄s est aliđ ⁊ aliđ. ¶ Ad scđȝ dicēdũ ꝙ termini numerales: vt in primo dictũ est: se habent cōiter ad personã ⁊ naturã. vnde loquendo de vnitate personali est tm̄ vna in xp̄o. ꝭm quã dicitur vnus xp̄s. loquēdo autem de vnitate naturali ē duplex vnitas: non tamē sequitur ꝙ xp̄s sit vnũ ⁊ vnũ: qꝛ vnũ qđ đ xp̄o predicatur nō refertur tãtũ ad naturam: sed ad suppositum nature. qđ nō geminat̃. ¶ Ad 3m dđm ꝙ natura diuina ꝑdicat̃ in recto de personis ꝓpter idētitatē rei: sed due nãe q̃ sũt i xp̄o nō ꝑdicat̃ de eo in recto: cꝰuis enī diuina natura predicetur de eo in recto. nō tñ humana: sicut nec de aliquo alio hoie: si aũt tres ꝑsone differrēt ꝭm rem a natura cuius esset vna numero in eis nō tamē posset propter hoc dici ꝙ tres persone essent vnum simpliciter: sed forte ꝙ esset vnꝰ deꝰ sicut multi homines dicunt̃ vnꝰ populus. ¶ Ad quartũ dđm ꝙ cũ dr̃ xp̄s est aliqđ qđ est mater: ly aliqđ nō ꝑdicat tm̄ nãm. sed suppositũ nãe: vt ptȝ ex ꝑdictis: relatiuũ aũt refert suũ ãcedēs nō grã suppositi. sȝ grã nãe. mr̃ eñ nō cōuenit cum filio in supposito. sed in natura: relatiuum autem non refert idem ꝭm suppositum: sed quandoqȝ idem ꝭȝ naturam speciei: cum vero dicitur. est aliquid quod est pater.

ly aliquid. predicat naturam diuinam. vnde ex hoc sequitur q humana natura non sit diuina natura: non autem q christus sit duo. ¶ Ad quintum dicendum q cum dicitur christus est aliquid passibile: ly aliqd. nō predicat naturā: sed suppositū humane nature: quia proprietas nature denominatiue pdicātur de supposito quāuis nature de ea nō predicetur: et etiā pprietates partiū. Petrus enī quamuis non sit capillus: est tamen crispus: cum vero dicitur christus est aliquid impassibile: ly aliquid. predicat suppositum diuine nature: qd non est aliud q suppositum humane nature: vel etiam diuinā naturam: que non est aliud a suo supposito. vnde nō sequitur q sit ibi aliud et aliud: media enī falsa est: q dicit q aliquid passibile: non est aliquid impassibile: idem enim suppositum qd est passibile fm vnam naturam: est impassibile fm aliam. ¶ Ad sextū dicendum: q totus refertur ad psonā: totū aūt ad naturā. totum aūt fm q hic sumitur est cui nihil deest: et qr nihil deest de psonalitate filij quā significat nomen christi fm q nō sit vbiqz: qr est persona eterna: ideo dicit totus vbiqz. deest autē aliqd de natura ei fm q nō est vbiqz: sed tamen illud aliquid non predicat de xpo. vn non sequit q xpo sit aliquid et aliqd: sz q in eo sit aliquid et aliquid. ¶ Ad septimum dicendum: q termini in predicato positi tenēt formaliter. vnde non pceditur ista. q christus sit tantum homo. quia excluderetur omnis alia natura. ly aliquid. autem et ly vnum. non determinant aliquam formam vel naturam: sed determinatum suppositum fm q de christo predicantur. nō enī determinant nisi illud circa qd ponuntur. vnde si diceretur. christus est tantū vnum vel tantum aliquid: nō excludit aliam naturam: sed aliud suppositum: et ideo hec est vera. Christus est tantum aliquid vnū et est in processu illo fallacia cōsequentis: quia aliquid vnum est superius ad hominem: procedit ergo negatiue ab inferiori ad superius cum dictione exclusiua.

Nota tula pulchra.

¶ Utrū in christo sit tantū vnum esse.



Ad scdm sic proceditur videtur q in christo nō sit tantum vnum esse: ois enim forma substantialis dat esse: sed aīa est forma substātialis: ergo dat esse: sed nō dat eē diuine psone: qr hoc ē eternū: g dat aliud esse. ergo in xpo non tm est vnum esse. ¶ Preterea vnū est eē filij dei et pris: si g vnū est esse hui9 hois et filij dei: vnū erit eē hu9 hois et dei pris: sz nulla ē maior vnio q ea q est aliquorū fm esse vnū: ergo hūanitas est vnita deo patri ¶ Pretea in diuis nō est eē nisi essentiale: si ergo vnio hūane nature ad diuinā facta est in eē filij dei facta est in essentia: qd est impossibile. ¶ Preterea diffinitio est oratio indicans qd est eē sed hō fm eādē diffinitionē pdicatur de xpo et de petro: ergo ē idem esse hūanitatis illius hois cū esse petri fm speciem: sed esse

filij dei nõ est idē specie cū eē pe tri. ergo in xpo nõ est tm̄ vnū eē. ¶ Preterea de quocūq; r̄nderi põt ad q̄stionē factā per An. est: hȝ ꝑpriū esse: sȝ hec q̄stio fit non tm̄ de ꝑsona: sed ēt de natura: ꝗ in xpo sunt duo esse. ¶ Sed con tra. oē qd̄ hȝ ꝑ se esse ē subsistēs si ergo in xpo est duplex esse. sūt ibi duo subsistētia: ergo due hy postases: qd̄ supra improbatum est. ¶ Preterea quecūq; dr̄nt fȝ eē vnū eorū nõ predicat̄ de altero: sed deus est hõ ⁊ ecōuerso: ergo est eē vnū dei ⁊ hoīs. ¶ Preterea vni⁹ nõ est nisi vnū eē: sed xp̄s est vnū: vt dictum est: ergo hȝ vnū esse tantum.

Ad primuʒ sic pcedir. Uidetur q̄ hec sit falsa. De⁹ fact⁹ est hō. mutari enī genus ē ad fieri: sed de⁹ nul=lo mō pōt dici mutat⁹. ergo non pōt dici factus aliqd. ℂ Preterea factū esse terminus est fieri: qd̄ significať esse circa id qd̄ factum dr̄: sʒ circa deū q̄ diciť fact⁹ hō n̄ pōt poni aliqd̄ fieri: suppositūʒ enī factiōis esse nō potest. ergo hec est falsa. De⁹ factus est hō. ℂ Preterea termin⁹ factiōis est perfectio eius qd̄ fit: qꝛ est finis

factiõis: sed cũ dr. de⁹ factus est hõ: termi⁹ factiõis iportate per participiũ est hõ. ergo significat q eẽ hoiem sit pfectio dei q̃ factus hõ dr. hoc aũt ẽ ipoĩe. ergo hec ẽ falsa. de⁹ fact⁹ est hõ. ¶ Preterea in hoc noie hõ non pñt itelligi nisi duo. s. suppositũ nãe: et nã hũana. sz dicta ꝓpõ non põt ꝟificari rõne nãe. qz de⁹ nũq̃ fuit neq̃ ẽ nã hũana. siſr nec ex pte suppoti: qz hoc nomẽ hõ ſm q de xpo ꝑdicaẽ nõ impoꝛtat nisi suppositũ eternũ filij: et semp verũ fuit dicere q deus est pſoa filij. ergo nullo mõ ꝑdicta locutio ꝟificari põt. ¶ Preterea hõ nõ est cõditio diminuẽs de rõne factiõis. ergo si de⁹ factus ẽ hõ possuz inferre. q deus sit fact⁹. hoc aũt ẽ falsũ ergo ꝛ pmũ. ¶ Sz ꝯtra. Jo. i°. Verbũ caro factũ ẽ. ꝟbũ aũt deus ẽ. ergo de⁹ fact⁹ est caro. i. hõ. ¶ Preterea in symbolo Niceno dr de filio q est de⁹ de deo. ꝛ q hõ fact⁹ est. ergo de⁹ factus ẽ hõ. ¶ Preterea oẽ qđ est ꝛ nõ fuit prius dr eẽ factũ. sz hec ẽ vera. Deus est hõ. vt supra dictum est. et non fuit semper vera ergo deus factus est homo.


Intellectus ꝓpositionis de⁹ factus ẽ homo

Respõdeo dicendũ: q cũ dr deus fact⁹ est hõ. hoc pticipiũ factus tripl'r põt se hẽe i ista locutione. Uno mõ vt feraẽ ad totã ꝓpositionẽ. vt sit sensus. Factuz est q deus est hõ. ꝛ sic ẽ vera. q̃uis h intellectus nõ possit haberi ſm ꝓprietatatẽ locutionis. Tum qz nõ est de illis q̃ hñt determiare cõpositionẽ sicut necessariũ ꝛ cõtingẽs. Tuz ẽt qz cũ sit adietiuũ masculini gñis reqrit substantiuum. Scđo dictũ participiũ põt determiare alterũ extremũ ꝯpositiõis absolute. ꝛ sic siue determinet ꝑdicatũ siue subz locutio est falsa. ois em̃ determiatio potest ꝑdicari de determinato. hec aũt falsa ẽ. De⁹ fact⁹ est. ꝛ siſr illa. Jlle hõ factus ẽ. demõstrato xpo nisi aliud addaẽ: qz suppõit suppositũ eternũ ſm scđam opinionẽ. Tertio mõ dictũ pticipiũ põt determiare subm in cõparatiõe ad ꝑdicatũ. ꝛ sic locutio ꝟa est ſm oẽs opiniões: ꝛ nõ obstat q vr̃ põere fieri circa deũ: qz hoc fieri q pticipiũ ipoꝛtat nõ ẽ nisi fieri rõnis: dictũ est em̃ supra. q vnio q̃ deus dr eẽ hõ: est quidez ſm rem in hũana nã: sed ſm rõnẽ in deo: sicut sunt alie relationes q̃ ex tpe de deo dicũtur: ꝛ qz non dr factus hõ nisi ſm q relatio vnionis de nouo aduenit et postq̃ non fuit. idõ sicut relatio illa nõ pouit aliquã rem nouaz in deo: sed dr ſm rõnẽ tm̃ intelligẽtis: ita etiã et factus nõ ipoꝛtat circa deũ nisi fieri rõnis: sicut ẽt cũ dr. Dñe refugiũ fact⁹ es nob.

Ad primum ergo dođz: q mutari ꝓpe dr p remotionẽ a termino a q̃ fieri ãt p acceſſũ ad terminũ. qz igr̃ nihil remotũ ẽ a deo neq̃ ſz rẽ. neq̃ ſz rõnẽ. aliqđ ãt aduẽit ei ſz rõnẽ. etsi nõ ſm rem idõ põt dici fieri. sz nõ mutari. sicẽt sciẽs qñ ꝯsiderat nõ mutaẽ ꝓprie loq̃ndo. sz ꝑficiẽ. vt dr phs i 2. de aĩa. ¶ Ad 2m dođz q illđ fieri ẽ tm̃ rõnis. et idõ non ẽ incõueniens q circa deũ ponaẽ. ¶ Ad 3m dđm. q obiectio illa procedit qñ ẽ fieri reale. tũc em̃ opz q aliquid real'r adueniat. et hoc aliq̃ modo est perfectio eius cui aduenit. sic autẽ non est in ꝓposito. vt dictũ est. ¶ Ad 4m dicẽduz. q dicta locutio verificatur

rōne vtriusq simul.s.suppositi et nature ꝗuis eni suppositū illud semp fuerit: nō tñ semp fuit suppositū humane nature fm ꝙ significat hoc noīe homo. ¶ Ad ꝗntum dōm ꝙ hūana natura hʒ similitudinē cū accidēte in xp̄o in ꝗtū aduenit diuine nature post esse cōpletū nō eni sequit. petrꝰ est factus albus. ꝗ est factꝰ qꝛ albū diminuit de rōne facti simplr qd eni factū est nūc est: ⁊ pus nō fuit non aūt seqt. Si pus nō fuit albus ꝙ non fuerit simpliciter. qꝛ album aduenit post completum esse: ⁊ ita non sequitur. Deus est factus homo: ergo deus est factus simpliciter.

¶ Utrum hec sit vera. homo factus est deus.



Ad scdm sic ꝓceditur. videtur. qd hec nō sit vera. homo factus est deus. Dicit eni Damas. ⁊ hr in littera ꝙ non dicimus hoīem deificatum: sed idē est dicere hominē deificatū ⁊ factū deū: ꝗ homo nō est factus deus. ¶ Preterea. cū dr hō factꝰ est deus: aut hō tenet ꝓ natura: aut ꝓ persona: si ꝓ natura: natura autē humana nō est facta deꝰ qꝛ nunq̄ est nec fuit deus: ꝗ est falsa. si pro ꝑsona: ꝑsona aūt filij dei fuit semp deus ꝗ nullo modo hec est vera. hō est factus deus. ¶ Preterea. hō fm Damas. hō ⁊ deꝰ cōicāt sibi ydiomata: vt ꝗcqd dr de hoīe possit dici de filio dei. sʒ hec est falsa. Filiꝰ dei est factꝰ deꝰ: ꝗ hec ē falsa. hō est factꝰ deꝰ ¶ Preterea. qꝛ deꝰ factꝰ ē hō: possum arguere ꝙ deꝰ ē hō recēs. si ergo hō factꝰ ē deꝰ: hō erit recēs deꝰ: qd est cōtra ps. Nō erit in te deꝰ recēs. ¶ Preterea. qd dr fieri aliqd: ꝑsupponit fm intellʒ ad hoc qd fieri dr: sʒ xp̄s nō pus intelligit hō ꝗ deꝰ: ꝗ nō pōt dici ꝙ hō factꝰ sit deꝰ. ¶ Sʒ cōtra Aug. talis fuit vnio que hoīem faceret deū: ⁊ deū hoīem. ¶ Preterea hō est deꝰ: ⁊ nō semp fuit deꝰ: ꝗ factꝰ est deꝰ. ¶ Preterea. factio q̄ iportat ꝑ pticipiū fm rē non ponit in deo: sʒ in hūana natura: sʒ hō significat hūanā naturā cū ꝗ hoc pticipiū ponat rē suā circa subʒ in compatiōe ad p̄dicatuʒ. vr ꝙ magis sit hec vera. homo factus est deus. ꝗ hec. deus factus est hō.

Respondeo dōm ꝙ hec propositio similr tripliciter pōt accipi sicut p̄cedens. ⁊ in p̄mo sensu est vera sicut ⁊ p̄ma. ⁊ eadē rōne. sicut eni factū est vt deus sit hō: ita factuʒ est vt hō sit deꝰ. in scdo vero sensu est falsa sicut ⁊ p̄ma ⁊ eadē rōne: qꝛ ijdē sunt termini: sʒ cōuersim positi in tertio aūt sensu fʒ ꝙ determiat subiectū in cōparatiōeʒ ad p̄dicatū diuersimode iudicat a diuersis opinionibꝰ p̄ma enim opinio: quia ponit qd homo supponit suppositū creatum: dicit ꝙ hec est vera: sicut et prima: quia sicut persona diuina non semper fuit illud suppositū: ⁊ modo est illud suppositum: ita illud suppositum non semp fuit persona diuina: ⁊ modo est. secūda autem opinio ⁊ tertia ponunt ꝙ homo prout de xp̄o predicatur non habet aliquod alind suppositum ꝗ suppositum eternū. sed secunda dicit ꝙ homo supponit suppositum eternū tertia autē ꝙ homo copulat ipsum sicut termini accidentales. Et quia illd suppositum nunq̄ non fuit deus: id

hec est falsa s'm hoc. homo fact' est deus. cōcedūt tñ eā in primo sensu'q̄ nō est ꝓpri' sensus ei'. iō s'm has opiniones magis est falsa q̄ alia. s'm aūt primā simpliciter est vera: q2 tñ aliquo modo cōceditur respondendū est ad vtrasq̄ obiectiones.

Ad primū ergo dōm q̄ Damas. loquit' s'm ꝓprietatē proportiōis ⁊ sic est falsa. ¶ Ad scdm dōm qd pma opinio diceret q̄ teneret' ꝓ supposito: nō ꝓ persona. alie aūt due dicerent q̄ teneret' pro persona: quā tñ non determinat participium: s3 totā locutionem q2 factuz est vt psona diuina in hūanitate exñs et esset deus. ¶ Ad 3m dōm q̄ hoc itelligēdū est de illis que cōueniūt nature s'm se: ⁊ nō hñt repugnantiā ad alterā naturā. q̄ aūt dr factus de' nō conuenit nature s'm se: s3 rōne vniōis vñ nō sequit'. hō fact' est de'. ergo fili' dei fact' est de'. sicut nō sequitur. hō vnit' est deo: g̊ de' vnit' est deo. ¶ Ad 4m dōm q̄ nō sequitur ex ꝟtute locutiōis. De' fact' est hō g̊ ē hō recēs: q2 si hō assumptus s'z pmā opinionē vel hūana natura ab eterno fuiss3: nihilominus diceret'. de' fact' est hō. vñ sicut in l'ra dr nō sequit' q̄ sit deus recēs: s3 q̄ de' sit recēter. i. de nouo. ⁊ hoc est icōueniēs s'm primā opinionē. ¶ Ad 5m dōm q̄ ꝯtuz ad tertiū intellectum ꝓpositiōis predicte ꝓcedit illud argumentū vñ prima opinio que s'm illum intellectū concedit propositionem dicit q̄ hō preintelligitur ad vnionem: vt dictū est. s'm aūt pmū sensum in quo cōcedit eā: 2a opinio ⁊ 3a non sequit'. ¶ Ad 6m dōz qd dictum Aug. intelligendū est s'm pmū modū q2 illa vnio fecit vt de' esset homo: ⁊ ecōuerso. ¶ Ad septimū dōm qd cuz dr. homo nō semp fuit deus: negatio pōt negare totā ꝓpositionez: vt sit sensus. homo non semper fuit de': id est nō semper fuit verū dicere q̄ homo sit deus. ⁊ s'm hoc sequitur veritas huius ꝓpositionis s'm primum sensum. s. factuz est vt homo esset de' vel potest negare predicatum a subiecto ⁊ sic falsa est: quia in propositiōe illa subijcitur suppositū eternuz: qd semper fuit deus. ¶ Ad 8m dōz q̄ factio ponit' s'm rem circa naturam humanaz: sed hoc nomē homo non supponit naturā humanā: sed suppositum eternuz: circa qd non ponitur factio s'm rem: sed s'm rationem tantū nō respectu dei: quia semper ei infuit: sed respectu hominis: ⁊ iō semp dicitur deus factus est hō sed nō conuertitur. ¶ Qō. iii.

Deinde q̄ queritur de locutionibus exprimentib' vnionē cum hoc participio pdestinatus. Et circa hoc queruntur duo. Primo vtruz hic homo sit predestinatus esse fili' dei. Secundo vtrum filius dei sit predestinatus.

¶ Utrum homo christus sit predestinatus filius dei.

Ad primuz sic procedit'. videt' q̄ hō xp̄s non sit predestinatus esse fili' dei q2 sicut illud qd semper fuit: non fit: ita id qd semp fuit non predestinatur: q2 predestinatio importat antecessionem. sed homo xp̄s

supponit suppositū eternum qđ semper fuit filius dei: ergo sicut ratione ista non potest dici φ hō sit factus deus: ita non potest dici φ sit predestinatus filius dei. ¶ Preterea. homo non importat nisi humanam naturam ⁊ suppositum eternum: sed humana natura nō est predestinata esse filiꝰ dei: qꝛ nunꝙ fuit nec est: nec erit filius dei: similiter hec est falsa. Diuina persona que est suppositum eternum est predestinata eē filius dei: qꝛ naturaliter ⁊ ab eterno hoc habet: ergo ⁊ hec est falsa Hic hō est p̄destinatus filiꝰ dei. ¶ Preterea. predestinatio precedit illud respectu cuius est. sed eternuꝫ nō preceditur ab aliquo ergo non pōt esse predestinatio respectu eterni: sed filius dei est eternus: ergo homo non potest esse predestinatus filius dei. ¶ Preterea. quicquid est predestinatum ab eterno fuit predestinatū: si ergo iste homo est predestinatus esse filius dei vel xp̄s ſꝫ φ homo opꝫ φ ab eterno hō fuerit predestinatus: ergo ab eterno fuit homo. predestinatus eñ est participium preteriti temporis: ⁊ huiusmodi participia vel ṽba restringunt nomē substantiuum sibi adiunctum ad supponēdum ꝓ preteritis. ¶ Preterea. predestinatio etiā ſm nomē importat directionem in finem: sed nō potest aliquid dirigi in fineꝫ nisi ad minus ſm intellectū sit ante finem illum. cuꝫ igit̄ ſm secundam opinionem etiā ſm intellectum xp̄s non p̄us intelligatur hō ꝙ filius dei: videt̄ φ ille homo nō possit dici predestinatus esse filiꝰ dei. ¶ Sed contra Ro. i. Qui predestinatus est filius dei in virtute.

¶ Preterea xp̄s est filius dei per gratiam vnionis: ⁊ hoc est preuisum ab eterno. ⁊ a deo propositū ergo christus est predestinatus esse filius dei.

Respōdeo dīcm φ predestinatio ꝓprie accepta tria importat ex parte eius que dicitur predestinari. Unū est φ hoc ad φ predestinari dꝛ aliquando sibi conueniat. Secūdum autē est φ cōueniat sibi ꝑ gratiam. Tertiū vero est φ sequat̄ predestinationē. ex hoc eñ dꝛ p̄destinatus φ ē p̄uisus ⁊ p̄ordinatus habiturus aliquid ꝑ gratiam. Quantū ad primuꝫ ergo hoꝝ manifeste in xp̄o predestinatio supposito conuenit qꝛ hic homo est filius dei: ſꝫ hoc nō inuenit̄ in natura humana: q̄ nunꝙ fuit: nec est: nec erit filius dei. vñ non ꝓprie potest dici esse p̄destinatus filius dei ſꝫ vt assumat̄ a filio dei: hoc eñ sibi cōuenit. Secundū aūt inuenitur in xp̄o ſm secundam opinioneꝫ ⁊ tertiam: nō rōne suppositi qđ naturaliter est filius dei sed ratione nature assumpte q̄ ꝑ gratiam vnionis vnitur filio dei: ex qua vnione cōtingit hāc esse veram. Homo est filius dei: sed ſm primam opinionem etiā rōne suppositi: qꝛ hoc qđ supponitur ꝑ hoc nomen homo: nō habet ꝑ naturam φ sit filiꝰ dei: ſꝫ ꝑ grām vnionis: qꝛ non est suppositum eternū. Simil̄r etiā tertium q̄tum ad p̄mā opinionē cōuenit hoi rōne suppositi humane nature qđ q̄deꝫ nō fuit semꝑ filiꝰ dei. ſm aūt secūdaꝫ ⁊ tertiā opinionē nō cōuenit hoi rōne suppositi: ſꝫ rōne nature qꝛ suppositū illđ semper fuit filius dei: sed nō semꝑ in

Tria sunt in p̄destinatiōe

humanitate existens fuit. vnde quantum ad duas vltimas conditiones magis ppria est pdicta locutio sm ppriam opinionez q sm alias. sed quantum ad pmaz conditionem est ppria sm alias: non autem sm primam: sm quã: vt predictum est: non potest homo proprie predicari de eo. vel econuerso.

Ad primũ dõm q diuersa consideratio nihil variat eorũ q sunt

Nõ varia rez non variat.

n revariat autẽ ea que ptinent ad actũ anime. hoc autẽ participiũ factus imponit ab actu qui est in re: et cum supposito eterno sm se nõ cõueniat q sit fact9 deus: neq cõueniet ei sm q cõsideratur subsistens in humana natura pdestinatus aũt est participiũ qd iponit ab actu ale. s. puidere vel pordinare. et ideo quis supposito eterno nõ conueniat sm se pdestinari esse filium dei. conuenit tñ sibi sm q est humane nature suppositũ: sicut si hõ fiat alb9. hec est falsa. hõ alb9 incipit esse hõ. sed hec põt eẽ vera. hõ alb9 icipit cogitari q sit hõ. ¶ Ad scdm dõm q sicut dictum est pdestinatio nõ est nature neq psone sm se: sed psone ratiõe nature assumpte. ¶ Ad tertium dicendũ q quis filius dei sit eternus: tamẽ vnio ad filium dei nõ est eterna. et sm hoc põt hõ pdestinari eẽ fili9 dei sicut petr9 pdestinatur vt cõiũgat deo eterno p grãm vel gloriã. ¶ Ad quartum dõm q duplici rõne hoc participiũ pdestinat9 nõ cogit hoiez stare p preterito primo qr licet sm vocem sit preteriti temporis: tñ includit pricipium futuri tpis. pdestinatus em idẽ est qd pscitus habiturus aliqd p grãm. Secundo qr ptinet ad actuz anime. et ex hoc hz vim ampliãdi ad qdlibet tpis: sicut cum dicit homo laudatur põt itelligi de pñti pterito vel futuro. actus enim anime se extẽdit etiã ad ea que nõ sunt. ¶ Ad qntuz dõm q licet hõ nõ pintelligatur ad filium dei ratione suppositi tamen preintelligitur ratione nature.

¶ Utrum hic filius dei sit predestinatus esse homo.



D secũdũ sic proceditur videt q filius dei nõ sit pdestinatus esse hõ. pdestinatio em pcedit pdestinatum: sed filium dei nihil pcedit: ergo ipse nõ est predestinatus esse homo. ¶ Preterea. homo nõ dicit equoce de filio dei et petro. sed petrus non est pdestinatus esse hõ: ergo nec filius dei. ¶ Preterea. hoc dr alicui pdestinari: qd cõuenit ei p gratiam: sed non est gratia filio dei q sit homo. ergo filius dei nõ est predestinatus esse hõ. ¶ Sed contra. omne quod est preuisum et ordinatum ab eterno est predestinatum. sed filius dei ab eterno preuisus est esse filius hominis: ergo est predestinatus esse filius hominis.

¶ Utrum hec sit vera. filius dei est predestinatus esse filius dei.

1a questiũcula.

Ulterius videt q hec sit vera. Fili9 dei pdestinatus est esse fili9 dei. quecunq em pdicant de filio hois pdicant de filio dei sed hec est vera Filius hois pdestinatus est esse fili9 dei vt dictũ est ergo et hec. Filius dei pdestinatus est esse filius dei

¶ Preterea filius dei inquantū est hō p̄destinat⁹ est eē filius dei sꝫ alia'q̄ p̄dicātur de filio dei inquantū hō p̄dicātur de ipso etiā sine reduplicatiōe sicut fili⁹ dei inquantū hō est mortu⁹: ⁊ tñ hec cōcedit. Fili⁹ dei est mortuus: ḡ siliṫ hec dꝫ cōcedi. Fili⁹ dei ē predestinat⁹ esse fili⁹ dei. ¶ Preterea ad veritatē locutionis nō opꝫ ꝙ p̄dicatū p se subto cōueniat nisi circa subm̄ reduplicatio ponat. sed p̄destinatū esse aliq̄ mō cōuenit filio dei: q2 iquantū hō. ergo pōt cōcedi simplr. Fili⁹ dei est p̄destinatus eē fili⁹ dei: ꝗuis non cōcedat ꝙ filius dei inquantum filius dei est p̄destinat⁹ esse fili⁹ dei. ¶ Sed cōtra. qđ semp inest alicui nō predestinat ei. sed esse filiū dei ab eterno cōuenit filio dei: ergo nō predestinat ei: ergo hec est falsa. Filius dei est p̄destinatus esse filius dei.

¶ Utrū hec sit vera. filius dei ē predestinatus simpliciter.

Scḋa q̄stiuncula.

Alterius videt ꝙ hec sit vera. Filius dei p̄destinatus est simplr. sicut em̄ prestinat⁹ iportat effectuꝫ tpalē: ita mittit et donatur. sꝫ ꝯcedit. ꝙ fili⁹ dei ē missus ⁊ datus. ergo etiā dꝫ ꝯcedi ꝙ fili⁹ dei est p̄destinat⁹. ¶ Preterea i alijs q̄ sunt p̄destinati ad vitā eternā nō opꝫ ꝙ addat ad q̄d p̄destinati sunt: sed sufficit eos dicere eē predestinatos. sed filius dei est p̄destinatus esse hō: ergo filius dei dꝫ dici esse p̄destinat⁹ simpliciter. ¶ Preterea in xp̄o non est nisi vnū suppositū. sꝫ de illo supposito pōt dici simplr ꝙ sit predestinatum. dr em̄ ꝙ hō est p̄destinatus. ergo potest fili⁹ dei eē predestinatus.

¶ Sed contra. eternum nō predestinatur: sed filius dei est eternus. ergo non est predestinatus

Respondeo ad p̄mā q̄stionem dicendum: ꝙ predestinatio iportat ordinē ad finē: q2 p̄destinare ē mittere vel ordinare in aliq̄d. vnde q̄n simplr ponit intelligit preordinatio ad finē vltimū: qui est in coniūctione ad deū p gratiā vel gloriā vel vnionē in p̄sona. sꝫ q̄n addit ei aliquid tūc iportat p̄ordinatiōeꝫ tm̄ i illō qđ ei adiūgit ⁊ p hūc modū ꝯcedit ꝙ fili⁹ dei ē predestinatus esse hō: q2 hoc ab eterno preordinatum est.

Ad primū ergo dicendum: ꝙ predestinatio no importat antecessioneꝫ ad p̄destinatū simplr sed in cōparatione ad illud qđ sibi p̄destinari dr. ꝗuis aūt filius dei sit ab eterno: non tñ ab eterno fuit homo. ¶ Ad scḋm dicēdū quod suppositū petri non fuit anteꝗ̄ esset petrus hō. ⁊ iō non pōt dici ꝙ sit p̄destinat⁹ eē hō. sed suppositū filij dei fuit anteꝗ̄ ipe esset hō. ⁊ iō non ē siliṫ rō. Et iterum petrus nullo mō hꝫ eē hō p gratiā. filius aūt dei hꝫ eē hō p gratiā vnionis. nō q̄dē sibi factā sꝫ hūane nature. ¶ Ad 3ᵐ dicendum qđ ꝗuis nō sit gr̄a filio dei ꝙ sit homo: tñ hoc hꝫ p gr̄am vnionis p quā hūana natura assumpta ē i vnitatē diuine p̄sone.

Rō ad p̄mam q̄stiunculam

Ad secundā q̄onem dicendum ꝙ in sacra scriptura dr aliq̄n aliq̄d fieri. q̄n ignotescit. hoc ḡ qđ ē eē filiū dei p̄t accipi vel s̄m rei veritatē. vel s̄m euidētiā ꝓut. s. manifestat. Si p̄mo mō. tūc falsum est ꝙ filius dei sit p̄destinat⁹ eē filius

filius dei. cum nõ ponatur in locutione aliquid respectu cuius possit denotari antecessio: quã importat predestinatio. Si aũt accipiatur 2° mõ sic glosa super illud Ro. j. Qui pdestinatus ẽ filius dei in virtute: pcedit qd filius dei pdestinatus sit vt sit filius dei id est vt euidenter appareat quod fuit in resurrectione factũ. vnde et ipse tunc dixit. Data est mihi oĩs potestas ꝛc. Matth. vlti. et sm hũc sensum ẽ eadẽ rõ de ista sicut de pcedenti q̃ dr filius dei pdestinatus eẽ hõ: qr pdestinatio simplr iportat pordinationẽ Quantũ ergo ad primũ sensum hec est falsa. Filius dei est pdestinatus esse filius dei.

Ad primũ ergo dicẽdu ʒ quod eorũq̃ dñr de hoĩe illa tm̃ dñr d filio dei. q̃ nõ habẽt repugnantiã itellectuũ ad filiũ dei: sed pdestinatus habet repugnantiã qr filius dei eternus est. pdestinatio aũt importat antecessionem que nõ est respectu eterni. ¶ Ad scõm dicẽdũ quod illa que pdicant de filio dei: inqʒtũ est hõ: nõ hñt aliquã repugnãtiã ad filiũ dei: ꝛ iõ nõ est silis rõ. ¶ Et silr dõm est ad tertium.

Ad tertiã qõnẽ dicendũq hec silr est falsa. Filius dei ẽ pdestinatus cũ non ponat aliq̃d respectu cuius possit antecessio denotari: sʒ hec. Filius dei est pdestinatus inqʒtũ est hõ est vera: quia potest importari antecessio respectu hominis quãtũ ad naturam.

Respõsio ad secundam q̃stiunculam

Ad primũ ergo dõm qd missio nõ importat tpalitatẽ in eo qui mitti dr: sed magis in eo ad quẽ mitti dr: in quo per nouũ effectũ inhabitat: ꝛ iõ mitti dicitur psona diuina sed predestinatus ponit posterioritatẽ respectu pdestinationis in eo q̃ pdestinatur et iõ non est similis ratio. ¶ Ad scõm dicendum q in alijs pdestinatis põt antecessio importari respectu ipsorũ q̃ pdestinari dicunt. quod nõ est de filio dei: et iõ nõ est similis ratio.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ q christus nõ sit nisi vnũ suppositũ: tamen est duarũ naturarũ suppositũ: ꝛ potest sibi aliq̃d cõueuire respectu vnius nãe qd nõ cõuenit sibi absolute sicut eẽ creaturam.

¶ Expositio textus.



F Actus ẽ sine dubio id qd prius non erat.) Hec locutio est impropria: quia non põt intelligi neqʒ de nã: qr deus nõ ẽ factus hũana nã: neqʒ de psona siue de supposito. qr illud suppositũ semp fuit sm secũdã opinionẽ. vnde exponẽda ẽ. Illud pus non erat idest habens naturã quã prius nõ habebat. (Quia deus assum psit hoiem) idest humanã naturã: vt supra distin. 5. glosauit aliis esset cõtra hãc opinionẽ q̃ dicit hominẽ non esse assumptũ. sed humanã naturã. (Variant autẽ) Ratio variatiõis ẽ: qr diuina nã pdicat de xpi psona: nõ aũt humana. (Quod esse dictum est vtrũqʒ) Hoc positum est supra i illo capitulo. (Sed his vident aduersari.) (Hi etiam cuʒ dr minor est patre christus.) Ideo hoc exponit sm hãc opinionẽ: quia hec opinio non potest hoc sustis

nere: cũ supra dixit Augu. in p̃mo lib. q̃ sp̃ussctũs nõ est minor seipso ꝓpter columbã in qua visibiliter apparuit. (Hoc firmiter tenens q̃ deus hominẽ.) Exponendum est vt supra. vt homo ponatur pro natura humana sicut ipse docuit supra exponere.

¶ An diuina natura debeat dici nata de virgine.

¶ Distinctio. viij.



Post p̃dicta inq̃ri dꝫ vtrũ de natura diuina cõcedendũ sit q̃ de virgĩe sit nata. sicut dr̃ d̃ virgine ĩcarnata. Et vr̃ vtiq̃ nõ debere dici nata de virgine. cũ nõ sit nata de patre. Que eñ res nõ ẽ de pr̃e genita nõ vr̃ de matre nata: ne res aliq̃ filiatiõis nomẽ habeat in hũanitate. q̃ illd̃ non teneat ĩ diuinitate. Uidetur tñ posse ꝓbari q̃ sit nata de virgine: q: si hoc est deũ nasci de virgine. s. hominẽ assumere in vtero virginis: cum natura diuina superius dicta sit hominẽ assumpsisse: videtur debere dici nata. De hoc August. in lib. de fide ad petrum sic ait. Natura eterna atq̃ diuina nõ posset tẽporaliter cõcipi et nasci ex natura hũana. nisi ſm susceptionẽ veritatis hũane veram tẽporaliter conceptionem ⁊ natiuitatẽ ineffabilis diuinitas ĩ se accepissꝫ Sic est deus eternus veraciter ſm tẽpus et cõceptus et natus de virgine. Ista auctoritate videtur insinuari q̃ natura diuina sit nata ⁊ cõcepta de virgine. Sꝫ si diligenter notent̃ verba: potius de persona dici intelligitur: q̃ sine dubitatione et de patre et de matre nata esse dici debet.

¶ De gemina natiuitate xp̃i qui bis natus est.



Queri ẽt solet vtrũ debeat dici xp̃us bis genitus: vt dr̃ dei ⁊ hoĩs filius. Ad qd̃ dici põt xp̃m bis natum esse duasq̃ natiuitates habuisse. vñ Aug. in li. de fide ad petrũ. Pr̃ de⁹ de sua natura genuit filiuꝫ deũ sibi coeq̃lẽ ⁊ coeternuꝫ. Idẽ q̃ꝫ vnigẽit⁹ de⁹ scd̃o nat⁹ est semel ex patre: semel ex matre Nat⁹ est eñ de pr̃e dei verbũ: nat⁹ est de mr̃e ꝟbũ caro factũ. Un⁹ igit̃ atq̃ idem dei filius nat⁹ est añ scl'a et nat⁹ in scl'o: ⁊ vtraq̃ natiuitas vni⁹ est filij dei diuia. s. ⁊ hũana. De hoc ẽt Jo. ait. Duas xp̃i natiuitates veneramur: vnã ex patre ante secula: q̃ est sup cãm et rõnem et tẽpus ⁊ naturam: ⁊ vnam q̃ in vltimis tp̃ibus ꝑꝑ nos: ⁊ ſm nos: ⁊ sup nos: ꝑꝑ nos: q: ꝓpter nr̃aꝫ salutẽ; ſꝫ nos

quia nat⁹ est hō ex muliere et tpe cōceptionis.s. nouem mēsiū: sup nos: q: nō ex semine: sed ex spūscto: ⁊ sctā virgine supra legē cōceptionis Ex his manifeste appet xpi duas esse natiuitates eundē ꝗ bis natū fore.

¶ Diuisio textus.

Postq̄ determinauit magr̄ de his q̄ ꝯueniūt deo incarnato quasi exprimētia vnionem. hic determinat de his q̄ cōueniūt ei ꝯsequētia vnionē. Et diuidit in duas ptes. In pma determinat de his q̄ conueniūt vni nature ex vnione ad alterā. In secūda de his q̄ conueniūt psone rōne nature assūpte. 10. di. ibi. (Sol aūt a quibusdā) Prima diuidit in duas. In pma determinat qd cōueniat diuine nāe ex vnione ad hūanā. In 2ª qd ꝯueniat hūane ex vnione ad diuinā. di. 9. ibi. (Preterea inuestigari). Prima diuidit in duas ptes. In pma iqrit vtrū diuina natura debeat dici nata in xpo ex vnione ad hūanā. In 2ª qūo xps dicat natus. ibi (Queri etiā solet.) Circa pᵐ duo facit. Prio mouet qōnē et soluit. Secūdo obiicit in cōtrariū et soluit ibi. (Videt tn̄ posse probari.)

¶ Questio. I.

Hic querūtur quinq̄. Primo quid sit natiuitas: ⁊ quorum proprie est nasci. Secundo vtrum humana natura in christo debeat dici nata. Tertio vtrum natura diuina debeat dici nata de virgine. Quarto de duplici xpi natiuitate. Quinto vtrū sint in christo due filiationes.

¶ Utrum solum modo in viuentibus sit natiuitas:



Ad primum sic proceditur. videtur q̄ nō solūmodo viuentium debeat dici natiuitas: natum enī idē videt q̄ genitum sed generatio inuenit in oībus corporibus a lunari globo inferius: q̄ nō oīa viuūt. ergo vr̄ q̄ non solū viuētiū sit natiuitas. ¶ Preterea. idē videtur esse oriri et nasci. sed dicim⁹ ea oriri q̄ nō viuūt sicut dicimus q̄ sol oritur: ⁊ flos oritur: ergo natiuitas nō solum in viuentibus reperitur. ¶ Preterea viuere substantiaꝝ solum est. sed nasci siue oriri inuenitur in accidentibus. dicimus enim splendorem oriri a sole: et calorem ab igne. ergo nasci non solū viuētiū est. ¶ Preterea hoc solū ē ingenitū qd nō est natū. sed illa sola dicuntur igenita q̄ semper fuerūt: sicut phs ponit celū ingenitū: q: sm̄ eum semp fuit. ergo solum illa nō sunt nata. ergo q̄cunq̄ incipiūt esse dicūtur nasci ¶ Sed ꝯ. vr̄ q̄ nō oīm viuētium sit nasci. Natiuitas enim causat filiationē: sed filiatio nō inuenit in plātis: q̄ tamē viuūt. ergo nec natiuitas. ¶ Preterea ꝯstat q̄ ēbua viuūt. nec tn̄ dr̄ nata. ergo non omniū viuentium est natiuitas. ¶ Preterea sicē aīata corpa gn̄ant ex cā extrīseca. ita ēt aīalia gn̄ata p putrefactionē. sed inaīata

nō dr̄ ꝓpe nasci rōne p̄dicta. ſ nec aīalia ḡnata ex putrefactione. ¶ Preterea spūſſanctus ꝓcedit a p̄re ⁊ viuēs a viuēte: nec tñ nasci dr̄. ergo nec oīs ꝓcessus rei viuētis est natiuitatis.

Respōdeo dōm ꝙ cū ḡnatio sit cōis oībꝰ corpibꝰ corruptibilibꝰ tñ i corpibꝰ aīatis ē spālis modꝰ ḡnatiōis: ⁊ ꝓpter hoc etiā h̄nt spāliter iter alīs vires aīe vim generatiuam. in viuētibꝰ eñ p̄mo ex generante decidit aliqd quod est sufficiēs ad generationem quātū ad principiū actiuū et passiuū. q̄uis in quibusdam idem generans sit quod vtrūq3 ministrat. sicut in plantis q̄ non habent sexum distinctum. In quibusdam autē. s. q̄ habēt sexū distinctū a mare ministrat p̄ncipiū actiuum: a femina p̄nm materiale: ⁊ aīalia in coitu s̄m ph̄m sunt quasi vnū generās: sicut dr̄ Gen. ꝓ°. Erūt duo i carne vna. Et iō sequit s̄m. s. ꝙ ḡnatio est p modū exitꝰ a generāte. quod non est in generatione inanimatorū. Tertiū aūt est ꝙ generatū exiēs a generāte in p̄n° ḡnis adheret ei. et est in eo vel p cōtactū: vel p ꝯsolidationē: sicut dicit ph̄s in. 5. metaphysi. vt pꝫ in fructibus qui colligātur plātis: ⁊ de embrione q̄ adheret s̄m cōtactū matrici: ⁊ quātū ad tres has conditiones res viua inquātū generat hꝫ tria noīa sibi ꝓpria: s̄m eñ quod principia sufficientia sue generationi ministrant ⁊ generantur dr̄ gigni: vel genita est. s̄m aūt ꝙ aūt ḡnatur p modū exitus: dr̄ oriri: s̄m aūt ꝙ generat vt cōiūctū generāti dr̄ nasci. sic ei generās ⁊ generatum est quasi res vna: et iō cū nomen nature a nascēdo sumatur. illa dicuntur eē p naturā quorū p̄ncipiū intus est in ip̄is et sic pꝫ qđ nasci ꝓprie dr̄ illđ qđ egreditur a generante cōiunctum ei habēs ab ipso p̄ncipia sufficientia generationi.


Gnationis rō explicat

Ad primū ergo dōm ꝙ genitum s̄m ꝙ est idē qđ natū nō dr̄ a generādo. sꝫ a gignēdo. vñ q̄uis in aīata ꝓprie dicant ḡnata: nō tñ ꝓprie dr̄ genita neq3 nata.

¶ Ad secūdū dōꝫ ꝙ sol ⁊ aq̄ fōtis dr̄ p silitudinē oriri: inq̄tum s. egreditur de occulto in manifestū. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ silr accidētia inquātū sunt virtute in principijs essentialibus causantur p modū exitus. ⁊ iō dicūtur oriri p silitudinē: ⁊ p̄nt etiā dici nasci inquātū adherent subo ꝙ est cā ip̄orū. ¶ Ad quartū dōm ꝙ sicut dicit Damas. ingenitum p duplex n scriptū: est idē qđ increatū siue eternū: et sic accipit ph̄s. ingenitū aūt per vnū n scriptū idē est qđ nō ḡnatū. ⁊ sic hic loquimur: ¶ Ad 5m dōm qđ ad filiationē requirit plusq̄ ad natiuitatē vel ortū. s. vt qđ exit per ḡnationē a generāte sit completum in specie generantis: et iō fructus arborū: ⁊ oua auiū: ⁊ capilli et hmōi nō h̄nt rōnē filiatiōis. q̄uis dicant nasci. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ genitiuū exit a generante dupl r. Uno° s̄m qđ ꝓcedit in eē distinctū a generāte. clausum tñ infra terminos generātis: ⁊ hoc ꝓprie dr̄ cōceptio. Alio° s̄m ꝙ ꝓcedit in esse distinctū et manifestū. et qr res nominat s̄m id qđ apparet: iō ille modus exeundi facit natiui

Genitum exit a ḡnante duplicit.

tatē fm cōem vsum loquēdi: ꝙ᷑ uis ēt primus aliquo mō faciat natiuitatē. fm qđ dr̄ duplex na tiuitas .s. in vtero et ex vtero: et qr in plantis simul aliqđ pce dit in esse distinctū ꝛ manifestū: iō nō ꝑprie in eis est conceptio sed natiuitas: ꝛ iō etiā verbū ꝫ ꝙ distinguit in intellu dr̄ ꝯcipi: fm aūt ꝙ ex ꝓnūciat pōt dici ꝑ silitudinē nasci. ¶ Ad 7m dicen dū ꝙ in aialib⁹ gn̄atis ex putre factione virt⁹ solis ꝛ aliorū cor porū celestiū supplet vicē virtu tis formatiue: q̄ est in semine in gn̄atiōe eoꝝ q̄ ex semine nascun tur: ꝛ qr hmōi ꝟtutes corpoꝝ ce lestiū sunt ꝑ oia inferiora corpa diffuse. iō dicit ph̄s in. 17. de aia libus ꝙ oia plena sunt ꝟtutib⁹ aie: et iō sicut alalia q̄ generant ex semine se habent ad feminā: ita ista se hn̄t ad terrā q̄ sine se mine gn̄ant: et sicut illa se hn̄t ad pr̄ez: ita ista se hn̄t ad corpa celestia ꝑꝑ qđ dixit qđā ph̄s ꝙ sol ē pr̄ plantaꝝ. terra vero mat vn̄ pꝫ ꝙ hmōi q̄ sine semine ge nerant siue sint plāte siue aialia ꝑprie dn̄r nasci oriri ꝛ gigni.
¶ Ad 8m dōm ꝙ ꝗ̄uis spūssan tus ꝓcedat viuēs ex viuēte: nō tn̄ hoc ꝯuenit ei fm rōnē sue ꝓ cessionis: ꝓcedit enim vt amor. amor aūt cōsiderat⁹ in sue inꝗ̄ tū amor nō hꝫ ꝙ sit res viua: sꝫ opatio vel passio rei viuentis: hꝫ tn̄ ꝙ sit res viua ꝛ subsistens inquātū ē amor diuin⁹: ꝛ iō non dr̄ nasci. vt hꝫ pmo li. di. 13. dem̄ ē.
¶ Utrū hūana nā sit nata i xp̄o.



D secūdū sic ꝓcedit. vr̄ ꝙ hūa na nā sit nata i xp̄o. sicut em̄ supra dem̄ est. illa de persona vel supposi to ꝛ nō de nā dn̄r q̄ ꝑ se existenti solū ꝯueniūt: sicut yypostasis res nāē ꝛ hmōi: sed nasci nō ē solū ꝑ se existētiū. cū sit ꝑtiū: supra em̄ di. 4. habitū est ꝙ capill⁹ nasci tur. ꝰ nasci nō solū est ꝑsone vel suppositi: sꝫ ēt nāe. ¶ Preterea id qđ est per se intētū a nā gn̄an te verissime dr̄ nasci. sꝫ nā ꝗ̄uis generet hunc hoiem. intēdit tn̄ hoiem gn̄are. vt dicit Auic. hō aūt nām cōem significat. ꝰ natu re hūane maxime cōuenit nasci
¶ Pretea 2m ph̄m. 2. phyſi. idē: spē est ꝙ generat ꝛ qđ generat sꝫ nāe est gn̄are. ergo ipi⁹ est et generari siue nasci. ¶ Preterea xp̄s nō dr̄ nat⁹ de virgie: nisi fm hoc ꝙ de virginelaccepit: sed nō accepit nisi hūanā naturā. ergo hūana natura dr̄ nasci de ꝟgie. ¶ Preterea oē qđ cepit eē ex ali qua materia dr̄ gn̄ari: sꝫ huma na natura in xp̄o cepit eē ex ali qua materia. ergo hūana nā in xp̄o dr̄ nasci. ¶ Sed cōtra ē qđ dicit Dama. ꝙ nasci est tm̄ ypo stasis. ergo nō ē nature. ¶ Pre terea sic se hꝫ diuina nā xp̄i ad eternā eius gn̄ationē: ita ꝛ hūa na natura ad tpalē: sꝫ nā diuina non est nata eterna gn̄atione. ꝰ nec humana temporali.

Respōdeo dicendum quod nasci fieri quoddam est: nihil autē fit nisi vt sit. vnde fm quod alicui conuenit esse: ita et conuenit ei fieri: esse autem proprie subsistē tis est. vnde ipsum dicitur pro prie nasci et fieri forma autē et natura dicitur esse ex consequē ti. non enim subsistit: sed inquā tum in ea suppositum subsistit esse dicitur. vnde et ex cōsequēti

cõuenit ei fieri vel nasci non q̃si ipsa nascat̃. sʒ q2 p generationẽ accipitur. accñtia autẽ nõ dicuntur esse nisi per accñs. vnde et p accñs fieri dicuntur.

Ad primũ ergo dõm: ꝙ ẽ duplex pars: est eñ pars subẽ ƀʒ q̃titatẽ: ꝛ hoc vel subsistit in potentia vt in cõtinuis: vel in actu. vt in his q̃ p tactuʒ iungũtur. vñ tales ptes pñt dici fieri vel nasci: et pcipue qñ addunt̃ toti p̄existenti: sec9 aũt eẽt si generarent̃ gñatione toti9. q2 tũc totũ dicerent̃ fieri ꝛ non ipsa. sunt ẽt ptes subẽ in quas diuidit̃ totuʒ ƀm rõnẽ. sicut mã ꝛ forma ꝛ hmõi: cũ nõ subsistãt neq3 i actu neq3 in potẽtia nõ dicunt̃ p se fieri: nisi forte forma sit subsistẽs: sicut est ala q̃ dr̃ fieri p creationẽ p̄ter factionẽ qua fit cõpositum p generationẽ. natura aũt hũana q̃ vt pars significatur nõ lest nata subsistere: cũ nõ possit i rerũ natura esse nisi i athomo. .i. in suo supposito: ꝛ ideo ipa non põt dici nasci. ¶ Ad secũdũ dõʒ ꝙ hõ nõ significat tm̃ naturam put hic loquimur. sicut patʒ ex dictis in. 5. di. et iõ nõ sequit̃ rõ. nõ eñ natura intendit naturam pducere nisi in supposito. ꝛ ideo nõ intẽdit generare humanitatẽ sʒ hoiem. ¶ Ad tertiũ dõm ꝙ sicut esse suppositi est. ita ꝛ agere: ꝛ iõ sicut nature est generare nõ quasi ipa generet: sed q2 ƀtute eius sit gñatio: ita nõ est ipsi9 generari quasi ipa generet̃: sed quia p generationẽ accipitur.

¶ Ad quartum dõʒ ꝙ sicut xp̃s dicitur homo ratione hnmane nature: ꝛ tamen humana natura non est hõ: ita etiam dicitur nasci ratione humane nature q̃ accepit a virgine: ꝛ tamen ipsa humana natura nõ generatur. sicut eñ dicit Dio. 2. cap. de di. no. non oportet qõ eodem modo causa et causatum recipiant predicationem alicuius generis vel speciei sicut calor ẽ quo aliquis dicitur calidus: et tamen ipse non est calidus sed calor. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ cũ esse non sit nature sed suppositi humana natura proprie non cepit esse: sed christus cepit esse in humana natura: et sic per consequens natura cepit esse.

¶ Utrum diuina natura in xp̃o nata sit de virgine.



Ad tertiuʒ sic proceditur. videtur ꝙ natura diuina in xp̃o sit nata d virgine filius enim dei nõ dicitur natus de virgine nisi inquantum est incarnatus: sed natura diuina diuina incarnata: vt supra. distinc. 5. dictum est ergo ipsa debet dici nata de virgine. ¶ Preterea quicquid in recto predicatur de petro dicitur nasci ipso nato: sequitur eñ petrus est natus: ergo homo. ergo animal. ergo suba: sed natura diuina in recto predicatur de filio dei: ergo cum filius dei sit natus de virgine: etiam diuina natura debet dici nata de virgine. ¶ Preterea in filio dei nõ est accipere nisi essentiam et proprietatem. sed absurdum esset dicere quod ratione proprietatis tantum dicatur natus de virgine: quia proprietas illa relatio est ƀm quam ad patrem q̃ generat sine matre refert. ergo

est natus rõne diuine nature: et sic idē qđ prius. ¶ Preterea. Ber nar. dicit q in incarnatiōe est fortitudo infirmata: sȝ infirmari magis est remotuȝ a natura diuina q̄ nasci. ergo etiaȝ pōt dici nasci. ¶ Sed cōtra. natura diuina magis conuenit cū generatione xp̄i eterna q̄ cum temporali: sed ipsa non est nata de generatione eterna vt in p̄mo li. di. 5. dictum est. ergo multo minus est nata generatione tp̄ali. ¶ Preterea. humana natura nō proprie d̄r nasci generatione humana. ergo multo minus natura diuina.

Respōdeo dēm q natura humana quamuis non dicatur proprie nasci in christo de virgine eo q nasci non est nature: sed yposstasis tamen consequenter ad generationem se habet: quia est per generationeȝ accepta. diuina autem natura non est a christo per temporalem generationem accepta. vnde nullomodo debet dici nata de virgine: nec per se nec per consequens: si natura proprie accipiatur s̄m q pro essentia supponit: tamen quia aliquando proprie trahitur ad supponendū pro persona: sicut in. 5. distinctione primi dictum est: ideo etiam aliquando inuenitur q natura diuina sit nata sicut patet in littera. vnde exponēdum est sicut magister exponit.

Ad primum ergo dicenduȝ q filius dei vniuit sibi humanaȝ naturam z in se: quia vnio terminata est ad personam. non auteȝ ita est de diuina natura: vt patet ex dictis supra. vnde non simile. ¶ Ad secundum dicendum q natura diuina non habet inquantum est natura quod predicetur in recto de persona filij dei: sed ratione simplicitatis diuine que non permittit aliquam realem diuersitatem in ipso: sed differentia est in modo significandi qui facit q aliquid de persona dicatur quod de natura dici non potest. ¶ Ad tertium dicendum q in filio dei non solum est accipere naturam z proprietatem: sed etiam ypostasim siue personam quamuis vnum illorum ab altero s̄m rem non differat z ratione ypostasis dicitur filius incarnatus inquantum sibi carnem sociauit in vnitate persone. ¶ Ad quartum dicendum q fortitudo dicitur infirmata id est infirmitatem assumsisse. z ideo impropria est locutio: nec ad consequentiā trahenda.

¶ Utrum ponende sint due natiuitates xp̄i vel vna.



D q̄rtū sic proceditur. videtur q non sint ponende due xp̄i natiuitates. nasci eñ non est nature sed persone: sȝ in xp̄o est tantum vna persona ergo z vna natiuitas. ¶ Preterea. cuȝ natiuitas sit generatio quedā: p natiuitatem aliquis ad esse tendit. Sed in xp̄o est tantum vnum esse: ḡ tātuȝ vna natiuitas. ¶ Preterea. ea que nō sunt vni⁹ rōnis nō debēt cōnumerari: sicut canis celestis z terrestris non dicuntur duo canes. sed generatio christi temporalis z eterna non sunt vni⁹ rationis: ergo non debent dici due natiuitates.

¶Sed contra. nullus dicitur filius alicuius nisi ratione alicuius natiuitatis. sed christus dicitur filius patris et etiam matris: ergo vtrumque est secundum aliquam natiuitatem: et non secundum eandem: ergo in christo sunt due natiuitates.

¶Utrum christus debeat dici bis natus.

Questiuncula.

Ulterius videtur quod christus non debeat dici bis natus ratione enim eius quod aduenit alicui post completum esse non dicitur aliquis natus. sicut homo non dicitur nasci: quamuis capillus per aliquam natiuitatem adueniat. sed humanitas christi aduenit filio dei post completum esse: ergo propter hoc non debet dici ipse natus quod humanam naturam acceperit. ¶Preterea. hoc aduerbium bis importat successionem actuum sed generationi eterne non succedit temporalis: quia eterna semper est vnde est simul cum temporali ergo ratione duplicis natiuitatis non debet dici bis natus. ¶Preterea hoc aduerbium bis importat interruptionem. vnde qui tota die loquitur non dicitur bis loqui. sed eterna generatio non habet interruptionem: ergo ratione eius non debet dici bis natus.

¶Sed contra. hoc aduerbium bis numerat actum cui adiungitur. sed duplex est christi natiuitas: ergo secundum eas debet dici bis natus.

Respondeo dicendum ad primam questionem quod christus processit a patre eternaliter: et a matre temporaliter: et vtraque processio habet rationem natiuitatis. secundum enim processionem eternam filius est de substantia patris: et exit ab eo in personam distinctam et tamen est coniunctus patri propter indiuisionem substantie: quia verbum apud deum est. vnde patet quod saluantur suo modo tria illa que dicebantur supra esse de ratione natiuitatis et propter hoc dicitur oriri et gigni et nasci. sed processio eius temporalis qua procedit a matre habet natiuitatis rationem: sicut cuiuslibet alterius qui ex sua matre nascitur. vnde sicut due sunt eius processiones vt dictum est in primo libro. ita etiam sunt due natiuitates.

Ad primum ergo dicendum quod quamuis nasci sit persone: est tamen eius ratione nature. vnde secundum duas naturas quas per generationem accepit habet duas natiuitates. ¶Ad secundum dicendum quod quamuis in christo sit vnum esse: tamen secundum illud habet respectum ad duas naturas: vt supra dictum est. et ita natiuitas est duplex secundum duplicem respectum qui acquiritur persone ad duas naturas acceptas per generationem. ¶Ad tertium dicendum quod quamuis non sit vna ratio per vniuocationem eterne: et temporalis natiuitatis: est tamen vna per analogiam.

Ad secundam questionem dicendum quod bis cum sit aduerbium ponit numerum circa actum. cum autem motus et actus numerentur tripliciter. scilicet ex subiecto: quia est alius et alius agens. et ex terminis: quia est aliud et aliud quod agitur. et ex mensura actus: quia nunc et tunc agit. hoc aduerbium bis non importat numerum nisi qui causatur ex diuersa mensura vnde non dicitur bis lectum esse si

Responsio ad questiunculam.

duo legant: nec si duo libri simul legant: sed quādo diuersis horis legitur. qꝛ autem in his q̄ agunt in tempore non est alia mensura nisi tempus: ⁊ hoc nō est aliud ⁊ aliud nisi qn̄ discōtinuatur: ideo bis dr factū esse quando aliquid cum interruptiōe factum est. eternitas aūt ⁊ tps sunt diuerse mensure s̄m diuersam naturā: ⁊ nō p discontinuationē. vnde qd̄ fit in eternitate ⁊ tpe pōt dici bis factū esse: q̄uis id qd̄ eternū est non interrumpatur nec cesset.

Ad primū ergo dōz q̄ q̄uis humana natura aduenial filio dei post esse completū: tn̄ filius dei totus subsistit in vtraq; natura nō autē ita est de toto homine ad capillum: ⁊ iō rō nō ꝓcedit. ¶ Ad 2^m^ dicēdum q̄ rō illa ꝓcedit de his q̄ agunt in tpe. Et simil'r 3^m^. ⁊ iō non sunt ad propositum.

¶ Utrum in christo sint due filiationes:

AD quintū sic procedit. vr̄ qd̄ in xp̄o sint due filiatiōes multiplicata em̄ cā multiplicat effectus: sz natiuitas est cā filiatiōis ergo cū in xp̄o sint due natiuitates: erūt in ipso due filiationes. ¶ Preterea. relatiua sunt quorum esse est ad aliud se habere: sed esse filiationis eterne non est ad matrem xp̄i se hr̄e: ergo per eam nō refertur ad matrē: sed aliqua filiatiōe refert ad matrē: ergo in xp̄o sunt due filiationes. ¶ Preterea. relatiua posita se ponunt: ⁊ interēpta se interimūt. sz maternitate interempta a virgine non interimit filiatio eterna: ergo oportet ponere aliā filiationem que ponat posita maternitate ⁊ interimat ea remota. ¶ Preterea. mot⁹ diuersificat p terminos: sz sicut mot⁹ hz spēciē a termis: ita relō. g̃ cū xp̄s sit fili⁹ p̄ris ⁊ m̄ris opz q̄ alia filiatione ad vtrūq; referat. ¶ Preterea. ph̄s in .5. meta. probat q̄ scia nō refert ad sciētē: qꝛ cuz referat ad scibile: ⁊ hoc sit suuz esse inq̄tuz ad aliquid est: oporteret si diceretur ad scientez: q̄ haberet duplex esse. si ergo filiatione refert xp̄s ad patrē ⁊ matrez: opz q̄ sint due filiatiōes s̄m esse. ¶ Preterea. sicut supra magister dixit: p̄r posset carnē assumere. sz si de virgine carnez assumpsisset fili⁹ vgīnis diceret. nō aūt referret ad virginem filiatione eterna: qꝛ eam non habet ergo filiatione tpali: ergo eadē rōne opz in christo ponere filiationē temporalē. ¶ Sz cōtra. filiatio est ꝓprietas psonalis: sed in xp̄o est tm̄ vna psona. g̃ tantū vna filiatio. ¶ Preterea sicut xp̄s est fili⁹ p̄ris ⁊ m̄ris: ita q̄libet alius hō: sz nō alia filiatione refert hō ad prēz ⁊ m̄rez g̃ nec in xp̄o sunt due filiatiōes. ¶ Preterea. duo accn̄a eiusdez rōnis non p̄nt esse in eodē subo. vn̄ eadē p̄rnitate hō refert ad multos filios sz suppo^m^ filiatiōis in xp̄o ē vnuz tm̄: g̃ in eo non p̄nt esse plures filiatiōes: sz vna tm̄. ¶ Preterea qd̄ libet cōtinuū est maius olb⁹ suis ptib⁹: sz in quolibet cōtinuo sunt īfinite ptes in potētia g̃ ad hoc q̄ aliq̄d referat ad diuersa p diuersas relōnes opz q̄ sint infinite relatiōes in aliquo cōtinuo: qd̄ est incōueniēs. ⁊ iterū q̄ in quolibet cōtinuo sint tot equalitates quot rebus equale est.

Notula logicalis.

Respondeo dicendum quod sicut in primo libro dictum est: relatio non habet ex hoc quod ad alterum dicitur quod sit aliquid in rerum natura: sed hoc habet ex eo quod relationem causat quod est in re quam ad alterum dicitur. et quia ex eo res habet unitatem et multitudinem ex quo habet esse. ideo secundum id in quo relatio fundatur iudicandum de ea est utrum sit secundum rem una vel plures. Sunt ergo quedam relationes que fundantur super quantitatem: sicut equalitas que fundatur super unum in quantitate. et cum unitas quantitatis non sit nisi una in re una: inde est quod per unam equalitatem est res equalis omnibus quibus dicitur equalis. alie vero relationes fundantur super actionem et passionem. et in istis considerandum est quod una passio respondet duabus actionibus quasi neutrum agens sufficit per se ad actionem complendam: sicut est in eo quod una nativitate nascitur ex patre et matre. unde in patre et matre sunt due relationes secundum rem. sicut et due actiones. sed in nato est una relatio secundum rem secundum quam refertur ad patrem et ad matrem sicut et passio una. Item considerandum est quod quedam relationes non innascuntur ex actionibus secundum quod sunt in actu: sed magis secundum quod fuerunt. sicut aliquis dicitur pater postquam ex actione est effectus consecutus et tales relationes fundantur super id quod in agente ex actione relinquitur sive sit dispositio. sive habitus: sive aliquid ius aut potestas vel quicquid aliud est huiusmodi: sed quia hoc quod relinquitur ex actionibus unius speciei non potest esse nisi unum: inde est quod tales relationes etiam secundum rem non multiplicantur secundum diversas actiones: sed magis sunt unum secundum id quod ex actione relinquitur. et propter hoc non sunt diverse relationes secundum rem in patre uno qui generat plures filios nec in magistro uno qui docet plures discipulos. si autem sint plures actiones secundum speciem causant etiam plures relationes specie differentes. unde cum christus non per unam generationem passivam se habeat ad generationem activam patris et ad generationem activam matris sed per aliam et aliam. et he due generationes non sunt unius generis nedum unius speciei: nihil: ut videtur: impediret: quin in christo possent esse due filiationes secundum rem differentes nisi immediatum subiectum filiationis esset suppositum: quod quidem secundum secundam opinionem non est nisi suppositum eternum in christo et quia ex nullo temporali advenit rei eterne aliqua realis relatio: sed rationis tantum. ideo filiatio quam consequitur christum ex generatione temporali non est realis: sed rationis tantum: et tamen realiter filius est. sicut et deus realiter dominus ex hoc est quod creatura realiter refertur ad ipsum. unde concedo quod in christo non est nisi una filiatio realis: qua refertur ad patrem: et respectus quidam rationis quo refertur ad matrem. tamen prima opinio que ponit duo supposita posset ponere duas filiationes: nec tamen poneret duos filios masculine: sed duo filia neutraliter: si latine diceretur.

Fundamenta relationis notantur.

Relatio filiationis in christo declaratur

Ad primum ergo dicendum quod nativitas temporalis sive generatio passiva christi est quedam relatio que secundum rem fundatur in humana natura: et ex hoc nominatur natus: sicut et homo. sed subiectum filiationis non potest esse natura cum sit eius quod habet complementum

speciei: vt supra dictum est. et ideo due natiuitates causant duas filiationes: sed vnam tamen secundum rem: et aliam secundum rationem. ¶ Ad 2m dicendum: quod philosophus non accipit esse secundum quod dicitur actus entis. sic enim relatio non habet esse ex eo ad quod dicitur: sed ex subiecto sicut omnia alia accidentia: sed accipit esse pro quiditate vel ratione quam signat diffinitio. ratio autem relationis est ex respectu ad alterum: vnde ex hoc quod filius dei refertur ad matrem non oportet quod habeat aliam filiationem secundum rem: sed aliud respectum relationis. ¶ Ad 3m dicendum quod maternitas posita ponit alium respectum in christo: et remota remouet illum respectum: sed non oportet quod ponat aliam filiationem realem.


¶ Ad 4m dicendum: quod omnis motus est aliquid secundum rem: non autem omnis relatio: ergo quamuis ex terminis multiplicentur respectus relationis: non tamen oportet quod multiplicentur relationes secundum rem: sicut motus multiplicantur secundum rem ex diuersitate terminorum. ¶ Ad quintum dicendum quod respectus scientie ad scientem et ad scibile non est vnius rationis: sed respectus eius ad scientem inest ei ex hoc quod est accidens. respectus autem eius ad scibile inest ei ex hoc quod est scientia. vnde si referretur inquantum est scientia ad vtrumque oporteret quod essent respectus diuersi secundum speciem. sed respectus filii ad patrem et ad matrem est ad terminos vnius rationis. vnde non oportet quod sit diuersa relatio secundum speciem neque secundum rem. ¶ Ad 6m dicendum quod si pater carnem assumpsisset de virgine esset filius virginis: non quidem per aliquam realem filiationem: cuius suppositum eternum subiectum esset sed per respectum rationis tamen.

¶ Expositio textus.



Hoc enim naturaliter ei de virgine.) scilicet hominem assumere. Uerum est si humana natura dicatur homo: et si assumere dicatur ad se sumere vel in se: quod diuine nature non conuenit.

¶ De adoratione humanitatis christi: an eadem sit adoratio humanitati et diuinitati exhibenda. ¶ Distinctio. ix.



Preterea inuestigari oportet vtrum caro christi et anima vna eademque cum verbo debeant adoratione adorari: illa. scilicet que latria dicitur. Si enim anime vel carni christi exhibetur latria que intelligitur seruitus siue cultus soli creatori debitus: cum anima christi vel caro creatura tamen sit: creature exhibetur quod soli creatori debetur. Quod facienti in idolatriam deputatur. Ideoque quibusdam videtur non illa adoratione que latria est: carnem christi vel animam esse adorandam: sed ea que dulia est: cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia que creature cuilibet exhiberi potest. et est quedam soli humanitati exhibenda: non alii creature: quia christi humanitas super omnem creaturam est veneranda et diligenda non tamen a deo vt cultus diuinitati debitus ei exhi- Dulie due sunt species.

diuiduū: xp̄s enim ſm q̄ hō eſt aliq̄d: ſed nō eſt aliq̄d v̄le: ergo eſt aliquid particulare: ḡ ſm q̄ hō eſt idiuiduū. ¶ Preterea. in indiuiduo nihil eſt niſi nā ſpeciei: ⁊ accidētia indiuiduātia ipſam: ſed xp̄us ſm q̄ hō h̄z nām humanā ⁊ accidētia indiuiduātia ip̄m: ergo ſm q̄ hō eſt indiuiduū. ¶ Preterea. quicq̄d ꝯuenit nāe humane: cōuenit chriſto inq̄ntum eſt homo: ſicut eſſe paſſibile ⁊ mortale. ſed hūana natura in xp̄o eſt q̄d dā indiuiduū ḡ xp̄s inq̄ntuz hō eſt indiuiduū. ¶ Sed ꝯ. indiuiduuz in genere rōnalis nature nihil aliḋ eſt q̄ꝫ perſona: ſed xp̄s ſm q̄ homo nō eſt pſona: ergo nec indiuiduuz.

Prima q̄ſtiuncula.

¶ Utrum ſcd̄m q̄ homo ſit ſuppoſitum vel res nature.

Alterius v̄r q̄ xp̄s ſz q̄ homo ſit ſuppoſitū: vel res nāe: ſuppoſitū eñ vel res nāe dr̄ aliquis ex hoc q̄ h̄z naturā humanaz: ſed xp̄s ſm q̄ hō h̄z humanā nām. ergo ſm q̄ hō eſt ſuppoſitū vel res nāe. ¶ Preterea. hūana natura ita ſ̄re eſt in xp̄o: ſicut accidētia hūane nature: ſed xp̄s ſm q̄ hō eſt ſubiectū accidētiuz humane nature: ḡ ⁊ ſm q̄ hō ē ſuppoſitū vel res nāe. ¶ Preterea. xp̄s ſm q̄ hō eſt res quedā: ſed nō eſt res nulli⁹ nāe: ḡ eſt ſm q̄ hō res nature. ¶ Sed ꝯ. ſuppoſitū humane nature eſt idez q̄d hypoſtaſis vel perſona: ſed chriſtus ſm q̄ homo non eſt hypoſtaſis vel perſona ergo nec ſuppoſitum vel res nature. ¶ Preterea. in xp̄o eſt tm̄ vnū ſuppoſitum: ſed chriſtus ſcd̄m q̄ deus eſt ſuppoſitum. ergo nō ſecūdū q̄ homo eſt ſuppoſitum.

Scd̄a q̄ſtiuncula.

Reſpondeo dr̄z ad primaz q̄ōnem q̄ in xp̄o nō eſt niſi vna pſona q̄ eſt ab eterno: nullū aūt eternū cōuenit xp̄o ſm q̄ homo ꝓp̄e loquēdo: vt p̄z ex p̄dictis. vñ hec non eſt vera. xp̄s ſm q̄ hō eſt pſona niſi replicet̄ ſuppoſitū hoīs vt dicat̄ xp̄s ſm q̄ iſte hō eſt pſona: hoc enim verū eſt.

Ad primuz ḡ dr̄z q̄ xp̄s ſcd̄z q̄ homo eſt ſuba rōnalis nāe: ſz ſm q̄ iſte hō eſt idiuidua ſuba rōnalis nature: vnde ſm q̄ iſte hō eſt pſona: ſicut ſm q̄ iſte hō eſt deus. ¶ Ad ſcd̄m dicēduz q̄ etiā nec petrus inq̄ntum homo eſt pſona: ſed ſm q̄ iſte homo: q̄ȝ hec nō eſt per ſe. homo eſt pſona: ſed hec. iſte homo eſt pſona. ¶ Ad tertiuz dd̄m q̄ ex hoc q̄ xp̄s operatus eſt ſm q̄ hō ⁊ ſm q̄ deus ſeq̄tur q̄ in xp̄o ſint due operationes: ita etiā ſi chriſtus eſſet perſona ſcd̄m q̄ hō et ſcd̄z q̄ deus ſequeretur q̄ in ipſo eſſent due perſone.

Ad ſcd̄am q̄ōnem dicendū q̄ ſicut ſupra di. 6. d̄ceſt: idiuiduū inuenit̄ in ſubſtātijs ⁊ accidētibus: ſm aūtē q̄ in ſubſtātijs eſt h̄z de rōne ſui q̄ ſit ſubſiſtēs: non aūt ſm q̄ in accidētib⁹ inuenitur: ⁊ vtroq̄ modo inuenitur in chriſto: tamē alterū tantūmodo predicat̄: humana eñ natura in chriſto eſt quoddam indiuiduū: ſed xp̄s nō eſt illud indiuiduū: ſed eſt indiuiduum ſubſiſtens: ⁊ hoc mō accipiēdo indiuiduū ſm q̄ de xp̄o predicat̄: eſt in xp̄o vnum tm̄ indiuiduū: ſicut ⁊ vna perſona. vnde ſicut chriſtus non eſt perſona

Rñſio ad primaz q̄ſtiūculam.

fm qd homo: ita nec idiuiduū.

Ad pmuz ergo dōz q̄ xp̄s fz q̄ hō est aliquid: nō tñ sequit: ergo secundū q̄ homo est aliquid vl'e vel pticulare. q2 hoi accidit esse vl'e vl' pticulare. vñ hec est p accidēs: hō est aliqd particulare. hec aūt p se: iste hō ē aliqd particulare. vnde xp̄s nō est aliqd particulare fm q̄ hō: sed fm q̄ iste homo. ¶ Ad scōm dōm: qd de rōne indiuidui fm q̄ de christo predicat est q̄ sit per se subsistēs: z hoc non cōuenit christo fm q̄ hō: sed, fz q̄ hic homo. vnde nō oportet q̄ sit indiuiduuz fm q̄ hō. ¶ Ad tertiū dicēdum qd ea que conueniunt humane nature nō opz q̄ eodez mō quo de natura predicant de christo predicētur. q2 ipsa natura de eo nō predicat in recto z in abstracto: sed oblique vel concretiue. vnde non sequit: si hūana natura est indiuiduū: q̄ christus fm qd homo sit indiuiduuz: sed qd habeat indiuiduam naturam.


Rñsio ad secūdam q̄stiunculam

Ad tertiā qōnē dicendū q̄ in ppositionibus p se aliter est ex parte subiecti: z ex parte predicati: q2 ex parte subiecti sufficit q̄ secundū vnum tantū eorū que in subiecto continētur: predicatuz per se subiecto cōueniat: ex parte autē predicati: opz q̄ quicqd est in predicato per se cōueniat subiecto. vnde hec nō est per se homo est aial album. hec autē est per se. albus hō est aial. secūdum hoc dico q̄ in hoc qd dico suppositū vel res nature duo importātur. s. respectus ad naturā cōem: z aliud subsistēs: cui inest respectꝰ ille: quoꝝ vnū inest xp̄o

Notula logicalis.

fm qd hō. s. respectus ad naturam cōez: non autē alteꝝ: vt pz ex pdictis: z ideo hec est falsa: xp̄s fm q̄ hō est suppositū vel res nature: tamē magis accedit ad veritatē q̄ aliqua pdictarū: inquātum ista nola imponūtur per respectū ad naturam cōem. vñ si suppositum sumat adiectiue: est vera. xp̄s em̄ fm q̄ hō supponit hūane nāe: vel est aliqd suppositūz hūane nature: z hoc ēt valet ad ea q̄ dicta sunt de psona z idiuiduo z per hoc ēt pz solutio ad primū. ¶ Ad fm dōm q̄ q2 accidentia non pertinēt ad esse rei sicut natura cōis .iō in nole subiecti nō includit nisi respectꝰ ad accidēs: nō aūt rō per se existētis vt significatū eius: sed sicut psuppositū: z iō nō est sīlis rō de subiecto z supposito. ¶ Ad 3m dicēdū q̄ xp̄s fm qd hō est quedam res z etiā fm q̄ hō est alicuius nature: nō tamē seqtur q̄ sit res nature fm qd homo: q2 plus est in significatiōe compositi quam in significatōibus cōponētium: quod z in istis accidit: sicut non ois arma gerens est armiger.

¶ Questio. II.



Deinde q̄ritur de filiatiōe p adoptionē. Et circa hoc querūtur duo. Prio querit de ea ex pte adoptantis. Scdo ex pte adoptati. ¶ Utrum deo conueniat aliquē in filium adoptare.



Ad primuz sic pcedit. vr q̄ deo nō cōpetat aliquez in filiuz adoptare

adoptio. est enim alicuius extranee psone in filiũ vel nepotem vel deinceps legitima assũptio. sed deo nõ est aliqua psona extranea: qꝛ oẽs ipse cõdidit: ergo ei nõ cõpetit adoptare. ¶ Preterea. apud nos adoptãs nõ est principiũ essendi adoptato: sed deus est oibus principiũ essendi ergo nõ cõpetit ei aliquẽ adoptare. ¶ Preterea. ille q̃ filios naturales hꝫ nõ adoptat aliquem nisi vt cõdiuidat hereditatẽ cuꝫ filijs naturalibus: sꝫ hereditas dei patris indiuisibilis est: quia est ipsemet: ergo cũ ipse habeat naturalẽ filium nõ competit ei aliquẽ adoptare. ¶ Sed cõtra. Adoptio cõtingit ex benignitate adoptãtis ad adoptatuꝫ: sed deus maxime benign⁹ ⁊ amator est hominũ: ergo ipsi maxie cõpetit adoptare. ¶ Preterea quicunq̧ facit aliquos filios p gratiam adoptat: sed hoc deo cõpetit. Joan. 1. Dedit potestatẽ filios dei fieri. ergo ipse adoptat.

¶ Utrum adoptare sit tantum dei patris vel totius trinitatis.

pᵃ questiũcl'a

Alterius vr̃ q̄ adoptare sit tãtũ dei patris: qꝛ sꝫ leges illius est adoptare cui⁹ ẽ filios generare: sed soli⁹ p̃ris in trinitate ẽ filium generare nãlr̃: ḡ eius soli⁹ est filios adoptare. ¶ Preterea. per adoptionẽ efficimur frẽs christi Hebre. 2. vt sit ipse p̄mogenitus in multis fratrib⁹. sed christus nõ est filius nisi dei patris vt supra dist. 4. dictũ est: ergo ⁊ nos per adoptioneꝫ solius p̃ris filij sumus. ¶ Preterea. sicut supra dis. 1. dictũ est: ideo solus filius incarnatus est: ne nomẽ filij trãsiret ad alterũ: sed nõ est magis incõueniens nomen filij transire ad aliã personam q̄ nomen patris: ergo nõ debet dici adoptare nisi paterne nomen patris ad aliam personam transeat.

¶ Sed cõtra. omne nomen effectum significãs in creatura dictum de deo est cõmune toti trinitati: sed adoptare importat effectum in creatura: ergo toti trinitati cõpetit. ¶ Preterea. scd̃m hoc q̄ adoptamur in filios dei deus pater noster dicit: sed tota trinitas dicit pater noster: sicut in. 1. li. dist. 18. dictũ est: ergo totius trinitatis est adoptare.

¶ Utrum adoptatio fiat tantum per filium.

2ᵃ questiũcl'a

Alterius videt q̄ per filiũ tãtum fiat adoptatio per hoc qđ dr̃ ad Gala. 3. Misit deus filiũ suũ factũ ex muliere vt adoptionẽ filiorũ reciperem⁹. ¶ Preterea sm̃ phm̃. 2. metha. illud qđ est p̄mũ in quolibet genere est cã eoruꝫ que sunt post: sed filiatio p° inuenit in filio: ḡ per ipm oẽs efficimur filij: sicut p bonitateꝫ filij dei oẽs efficimur bõi. ⁊ sic ex patre celesti ois p̃nitas in celo et in terra noiat. ad Ephe. 3. Sed videt q̄ fiat per spm̃ sanctũ per hoc quod dicit Roma. 8. Accepistis spiritũ adoptionis filij in quo clama. abba. pater. ¶ Preterea. per charitatẽ efficimur filij dei. 1. Joan. 3. Uidete qualeꝫ charitateꝫ dedit nobis deus vt filij dei nominemur ⁊ simus: sed charitas est spiritussanctus: ergo per ipsum adoptamur.

Respõdeo dicẽdũ ad p̄maꝫ questionem q̄ adoptatio trãsfertur ad diuina ex silitudine huma-

Adoptatio nis ratio explicat. norum. hō em̄ dr aliq̄d in filiū adoptare ſm ꝙ ex gratia dat ei ius percipiēde hereditatis ſue cui p naturā nō ↄpetit. hereditas aūt hois dr illa qua hō diues ē. id aūt quo deus diues ē: eſt ꝑfruitio ſuiꝑſius: qꝛ ex hoc beatus eſt: ⁊ ita hec eſt hereditas eius. vñ inq̄ꝝtū hoibus qui ex naturalibus ad illā fruitionē puenire nō poſſunt: dat gratiam p quā hō illā beatitudinē meretur. vt ſic ei competat ius in hereditate illa. ſm hoc dicit aliquem in filium adoptare.

Ad primū ḡ dicēdū: ꝙ q̄uis nulla perſona ſit ſibi ex̄nea q̄tum ad eſſe qđ ab ea pticipat: eſt tñ ſibi extranea aliqua pſona q̄tum ad ius percipiēde hereditatꝭ. ¶ Ad ſcđm dicenduꝫ ꝙ ex hoc ipſo ꝙ aliq̄s hō ex alio naſcitur hꝫ ius in hereditate paterna. vñ nō eſt extraneus vt adoptari poſſit. ſꝫ nō ex hoc ꝙ aliquis habꝫ eſſe a deo competit ſibi ius in hereditate celeſti: ⁊ ideo pōt qui hꝫ eē a deo per creationē ab eo p gratiam in filiū adoptari. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ accidit adoptioni q̄ eſt apud nos vt per eam diuidatur hereditas inq̄ꝝtū a multis ſimul tota haberi nō poteſt: ſꝫ hereditas celeſtis tota ſimul habetur a patre adoptāte: et ab oibus filijs adoptatis: vnde non eſt ibi diuiſio nec ſucceſſio.

Rñſio ad primā q̄ſtiūculam. **Ad ſecundā** q̄ōnem dicēdū: ꝙ adoptare conuenit toti trinitati: qꝛ vna eſt operatio totius trinitatis: ſicut ⁊ vna eſſentia: ſꝫ tamen poteſt appropriari patri: inquantuꝫ habet ſimilitudinem cum proprio eius.

Ad primū ḡ dicenduꝫ ꝙ q̄uis ſit ſolius patris generare filiū qui ſit deus: tñ totius trinitatis ē pducere filios p creationē: ⁊ iō eſt etiā totius trinitatis per gr̄am filios adoptare. ¶ Ad ſcđm dicēdum ꝙ ex adoptiōe q̄ eſt p gr̄aꝫ efficimur fratres xp̄i inq̄ꝝtuꝫ per hoc efficimur filij dei patris: nō aūt inq̄ꝝtuꝫ efficimur filij xp̄i vel ſpūſſancti. ¶ Ad tertiū dicenduꝫ ꝙ filiatio ē relatio eius qđ eſt a principio. paternitas aūt ē relatio principij: tota aūt trinitas ē principiū creature. vnde magis pōt trahi nomē paternitatis ad alias pſonas reſpectu creature q̄ filiationis nomen.

Rñſio ad ſecundā q̄ſtiunculam. **Ad tertiā** q̄ōnem dicenduꝫ ꝙ hec p̄poſitio per. pōt denotare duplicem cauſam. ſ. agentē mediā: et ſic ſumus adoptati a deo patre per filiū vt appropriate loquamur: qꝛ p eum deus pater multos filios in gloriā adduxit vt dr ad Heb. 2. ſm ꝙ eū miſit in mūdum ſaluatorē. pōt etiā notare formaleꝫ cauſam. ⁊ hoc dupl'r: vel inherentē: vel exēplarem. ſi inherenteꝫ: ſic adoptati ſumus per ſpiritū ſanctū cui appropatur charitas ſꝫ quā formaliter meremur. Jō dicit Ephe. i. Signati eſtis ſpiritu promiſſiōis ſancto qui eſt pignus hereditatis veſtre. ſi vero deſignat cauſaꝫ exēplarē formale: ſic ſumus adoptati per filium vnde Ro. 8. Quos preſciuit cōformes fieri imaginis filij ſui ⁊c. Et p hoc patet reſponſio ad obiecta.

¶ Utrū omnibus creaturis conueniat adoptari an homines ex ipſa creatione adoptet.

D secūdū sic pcedit. vr q oib creaturis ɔueniat. adoptari. de eñ dr pater nr q creauit: nos: sicut dr Deu. 32. Nūqd nō ipse est pater tuus ꝛc. sz nō est pater creatura rū p naturā: q sic solius xpi pr ē: ergo ē pater p adoptionē: ergo omnib creaturis ɔuenit adoptari. ¶ Preterea. ex hoc qd de aliqd creat assumit illud in cōicationē suoꝝ bonoꝝ ex mera sua bonitate: sz nihil aliud videt eē adoptio: ergo cuilibet creature ɔuenit adoptari. ¶ Preterea. ex ipsa creatiōe de iprimit rōnali creature imaginē suā sm quam dicit filius dei: sed non adoptat nisi inq̄tū nos filios suos facit: ergo ex ipsa creatiōe ad minus homines adoptat.

¶ Sz ɔ. sicut ex dictis patz adoptio filioꝝ fit per spiritū sanctū sed non datur spiritussanct ratiōe creatiōis. ergo nec adoptio est rōne creatiōis tantum.

¶ Utrum angelis conueniat adoptari.

3ª questiūcula.

Alterius vr q nec angelis conueniat adoptari q illi ɔuenit adoptari q nō est in domo prisfamilias: ꝛ in ipam inducit: sed angeli semp fuerūt in domo dei: qz in celo empireo creati sūt. ergo eis nō ɔuenit adoptari. ¶ Preterea sicut in lra dr: nos ideo filij dei adoptiui dicimur: qz cū nati fuerim filij ire p grām: facti sum filij dei. sed angeli nunq̄ fuerūt fuerūt filij ire ergo nūq̄ fuerūt nō filij: ad min sm illos q dicūt q angeli fuerūt creati in grā ergo angelis nō ɔuenit adoptari

¶ Preterea. Gala. iiij. dr. Misit de filiū suū vt adoptionē filioꝝ recipem. sz ad angelos nō fuit missus fili dei: qz nō ē fact angel: sicut est fact hō: sm quem modū ad hoīes missus dr: ergo angelis nō ɔuenit adoptari.

¶ Sz cōtra. p spm scm q holb dat dicunt hoīes adoptari: vt pz ex dictis. sed spūssanct habitat in angelis sicut ēt in holb: ergo āgeli sicut ꝛ hoīes dicunt adoptari. ¶ Preterea. angeli dicunt fratres ꝛ ɔsortes nr̄i. sz hoc nō ē nisi sm q ab eodē prē: ꝛ ad eādē hereditatē nobiscū sūt adoptati: ergo eis ɔuenit adoptari.

¶ Utrꝫ xps sit fili adoptiu.

Alterius vr ēt q xps sit fili adoptiuus: qz Hyl. dicit. ptātis dignitas nō amittit dūcarnis hūanitas adoptat. ꝛ loquit de hūanitate xpi: ergo xps sm q hō est fili adoptiu. ¶ Preterea. nō vr sequi aliqd icōueniēs si dicam xpm filiū adoptiuū. neq eñ sequit q fuerit filius ire: neq q aliqñ fuerit nō filius: qz angeli nunq̄ filij ire fuerūt: ꝛ tñ dicunt filij adoptiui: ergo nihil phibet xpz dicere filiū adoptiuū. ¶ Preterea. maior ē dignitas filij adoptiui q̄ serui. sz xps sm q hō dr seru: vt ptz. Phil. ij. ergo multo forti pōt dici filius adoptiuus. ¶ Preterea. per inhabitationez spiritussancti homo efficit filius adoptiu. sed sup xpz requieuit spūssanct: vt dr Isa. xj. ergo ipse dz dici filius adoptiu. ¶ Preterea. Aug. in lib. de predestinatiōe sanctoꝝ. Ea grā fit ab initio fidei hō quicūq xpian: qua grā ille hō fact est xps. sz quicūq hō fit ab initio xpianus fit p

scda questiūcula.

gratiā adoptionis: et ille homo factus est christus per grāz adoptiōis et ita est filius adoptiuus. ¶ Sed cōtra. sup illo Ro. i. Qui pdestinatus est filius dei in virtute. dicit Ambro. Volui et reuolui scripturas: xpm nunq̄ filiuz adoptiuū inueni: ergo nō est dicēdus filius adoptiuus. ¶ Preterea adoptare totius trinitatis est. si ergo xps esset filius adoptiuus esset filius trinitatis: qđ esse nō potest: vt supra dis. iiij. dictū est.

Respondeo dōz ad primaz qōnē q̄ sicut supra di. viij. dictū est de rōne filiatōis est vt filius pducat in similitudinē spēi ipsius generātis. hō aūt inq̄ztū p creationē pducit: in pticipatōe intellectus pducit q̄si in similitudinē speciei ipsius dei: q2 vltimū eoz scdm que natura creata pticipat similitudinē nāe increate est itellectualitas: et iō sola rōnal' creatura dr ad imaginē: vt in. ij. lib. di. xvj. dcm̄ est: vn̄ sola rōalis creatura p creationē filiatōis nomē adipiscit: sz adoptio vt dictū est reqrit vt adoptato ius acqratur in hereditatē adoptātis. hereditas aūt ipsius dei est ipsa sua btitudo: cuius nō est capax nisi ipsa rōnalis creatura: nec ipsi acqrit ex ipsa creatiōe: sed ex dono spiritussancti. vt dictum est: et iō pz q̄ creatio irrōnalibus creaturis nec adoptionē nec filiationē dat creature aūt rōnali dat q̄dem filiationē: sed nō adoptionem.

Ad primū ḡ dicēdū q̄ filiatio per adoptionē addit supra filiationem p creationē: sicut pfectū supra diminutū: et sicut gr̄a sup naturā. vn̄ p creationē hō nō efficitur filius naturalis neq̄ adoptiuus: sz tm̄ dr filius creatiōe: creature aut irrōnales nullo modo. ¶ Ad 2m dōz q̄ cōicatio quorūcunq̄ bonoz nō sufficit ad adoptionē: sz cōicatio hereditatis. vn̄ nec aliq̄ creatura dr adoptari ex hoc q̄ sibi aliqua bona cōicant a deo nisi cōicet ei hereditas q̄ est diuina habitudo. ¶ Ad tertiū dicēdum sicut ad primū.

Ad secundā qōnem dicēdū q̄ beata fruitio sicut excedit naturā humanā: ita et naturā angelicā. vn̄ sicut hoc homini dat ex gr̄a: et non ex debito sue nature: ita angelo. et ppter hoc sicut cōpetit hoi adoptari: ita et angelo. Rn̄sio ad primā q̄stiūculam.

Ad primū ergo dōz q̄ domus dei in quātū filij adoptiui inducūt nō dr celū empireū sz ipa beatitudo diuina fm quaz deus in seipso q̄escit et facit alios in se q̄escere. et in hac domo nō semp fuerūt q2 nō fuerūt creati beati. Domus dei est beatitudo. ¶ Ad secūdū dōm q̄ accidit adoptioni q̄ adoptatus fuerit filius ire vel q̄ fuerit prius tempore nō filius. vn̄ ponit in littera magis ad euidētiam adoptiōis q̄ ad necessitatē sz hoc ē de necessitate adoptionis vt prius natura sit nō filius q̄ filius vt filiatio sibi ex natura sua nō ɔpetat: sz ex gr̄a quacūq̄ collata. et hoc bn̄ inuenit in angelo ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ q̄uis missio filij in carnē non fuerit facta ad angelos: fuit tamen facta ad eos missio q̄ est in mentē vt in. i. lib. di. iij. dictum est.

Ad tertiā qōnē dōm q̄ xps nullo mō dicēdus ē filius adoptiōis: q2 ei ɔpetit ex sua natura: sz quā eterna Rn̄sio ad secūdā que stiūculam.

liter a patre nascit: hēc ius in hereditate pr̄na: qr oia q̄ hz pater sua sūt: vt dr Jo. xvj. vn̄ hoc ius nō acqrit ei p gratiā aduenientē vt possit dici filius adoptiuus.

Ad primū ergo dōz q hūanitas adoptat non in ipo capite sed in mēbris ei⁹. ⁊ sic intelligendū est verbum hyl. ¶ Uel dōm q et si adoptio aliquo mō possit dici de natura creata: q̄ per grāz trahit in pticipationē diuine bonitatis: in vnitatē diuine psone: nō tn̄ opz q supposito cōueniat: cui naturalr ɔuenit eē beatū. ¶ Ad 2m dōm q sequit hoc icōueniēs q xp̄s ad min⁹, natura vel intellectu eēt pri⁹ nō fili⁹ q̄z filius: sicut ē de āgelis: qđ nullo mō stare pōt q̄ztū ad scđaz opinionē q̄ ponit q nullū suppositū pintelligit vnioni nec filiatio ɔuenire pt nisi supposito pfecto. ¶ Ad 3m q xp̄s cū dr seruus iportat subiectionē tm̄. vn̄ xp̄s ẜm q hō dr seru⁹: sicut ⁊ minor p̄re: nō autē iportat acq̄sitionē p grāz ei⁹: qđ ei ɔuenit p naturā sicut fili⁹ adoptiu⁹. ⁊ iō nomē seruitutis aliquo mō ɔcedit in xp̄o: nō aūt nomē adoptiōis ¶ Ad 4m dōz q aliis hoib⁹ p spm̄ santū inhabitantē. acqrit ius in hereditate celesti de nouo q̄ eis nō cōpetit p naturā: sic filio dei cōpetit. vn̄ p spm̄ scm̄ inhabitātē nō dr adoptari. ¶ Ad 5m dōz q est silr̄itudo q̄ztū ad rōnē grē: qr vtraqz ē sine meritis p̄cedētib⁹. non aūt q̄ztū ad effectū: qr illa est grā vniōis: ẜm quā efficit nālis filius. sz gratia qua hō fit xp̄ianus nō facit filiū nālez: sed facit tm̄ adoptiuum.

¶ Utrū p̄destinatio xp̄i sit đ natura an de persona. Qō. iii



Deinde q̄rit de p̄destiatōe xp̄i Et vr̄ q nō sit de nā sz de psona. p̄destiatio em̄ xp̄i ē ad filiationē: qr p̄destinatus ē filius dei in virtute. Ro. i. sz filiatio nō cōpetit nature: ergo p̄destinatio nō est de natura. ¶ Preterea. eius vr̄ p̄destinari cuius est agere qr ei⁹ est, ēt felicitari: sed agere est suppositi ⁊ nō nature: ergo p̄destiatio non est de nā. ¶ Preterea. hūana nā est vnius rōnis in xp̄o ⁊ in aliis hominibus: sed in aliis hominibus predestinatio non est de natura: ergo nec in christo.

¶ Sz cōtra. Ro. i. dicit glo. q p̄destiatio ē vno mō de eo qđ nō semp fuit. sz nihil est in ipo xp̄o: qđ non sp fuerit nisi hūana nā: ergo p̄destiatio ē de nā. ¶ Preterea ex hoc aliquis p̄destinat q p̄uidet deo vniēdus p grāz. sz hūana natura ab eterno est preuisa deo vniēda p grām vniōis. ergo hūana nā ē p̄destiata in christo.

¶ Utrū p̄destiatio christi sit conformis predestinatiōi nostre.

Alterius vr̄ q p̄destiatio xp̄i nō sit ɔformis p̄destinationi nostre: qr ẜm Aug. p̄destiatio qua nos predestinamur est ppositū miserendi. sz hoc nō cōpetit predestinationi xp̄i: qr ipse nūq̄z fuit miser ergo p̄destinatio sua ⁊ nr̄a non sunt vni⁹ rōnis. ¶ Preterea. effectus p̄destinationis est grā. sed gratia xp̄i est alterius rōnis q̄z gratia nr̄a: qr nostra grā non est vniōis in persona sicut sua: ergo nec predestinatio ei⁹ ⁊ nr̄a sunt eiusdē rōis. ¶ Preterea. opationes differūt penes terminos. sz

p̄la q̄ stiūcula.

filiatio naturalis: ad quā terminatur p̄destinatio x̄pi. nō est vnius rōnis cū filiatiōe adoptionis: ad quā terminatur nr̄a predestinatio ergo nō sunt vnius rōnis p̄destinatiōes. ¶ Sed cōtra est q̄ vtriq; p̄destinatiōi cōpetit vna diffinitio. s. p̄destinatio est prepaparatio grē in presenti: ⁊ glorie in futuro: ergo sunt vnius rōnis.

¶ Preterea. Ro. i. dicit glo. q̄ p̄clarissimū exēplar nostre p̄destinationis precessit in x̄po: ergo ē vnius rōnis: q2 exēplar ⁊ exēplatū sunt vnius rōnis.

¶ Utrū p̄destinatio x̄pi sit cā efficiens nr̄e predestinatiōis: an sit causa exēplaris an finalis.

Alterius videt̄ q̄ predestiatio eius sit cā efficiēs nr̄e p̄destinatiōis. Ephe. i. dr̄. predestinauit nos in adoptionē filioꝝ p iesuȝ x̄pm. sȝ p denotat causaȝ efficientē: qn̄ dicit̄ pr̄ opari p filiū. ergo eius predestinatio est cā efficiēs nr̄e p̄destinatiōis. ¶ Itē videt̄ q̄ sit causa exēplaris p illō qd̄ dr̄ Ro. viij. Quos p̄destinauit ꝯformes fieri imaginis filij sui sȝ imago ad exēplaritatē ꝑtinet: ergo est causa exēplaris nr̄e p̄destinatōis: sicut etiā sua resurrectio nr̄e resurrectiōis. ¶ Itē vr̄ q̄ finalis: q2 nr̄a p̄destinatio vr̄ esse ordinata ad ipletionē corpis x̄pi: vt p3 Eph. iiij. vn̄ ipe vr̄ eē finis nr̄e salutis: ḡ ⁊ eius p̄destiatio nr̄e p̄destinatōis ¶ Sed cōtra. eternū nō h3 causaȝ. sȝ p̄destinatio nostra est eterna: ergo nō h3 cām x̄pi p̄destinationē. ¶ Preterea. x̄ps nō est p̄destinatus nisi f̄m q̄ hō: sȝ ipse f̄3 q̄ hō nō est causa nostri sed f̄m q̄ deus: ergo p̄destinatio eius nō est causa p̄destinatiōis nostre.

Scd̄a q̄stiuncula.

Respondeo dōm q̄ ad p̄mā qōnē q̄ p̄destiatio accipit̄ cōiter ⁊ ꝓprie. cōiter p p̄sciētia ⁊ preordiatiōe cuiuscūq;: ⁊ sic p3 q̄ predestiatio pōt eē de nā. f̄m aūt q̄ ꝓprie accipit̄ iportat ordinē predestiati ad grāȝ. gratia aūt creature facit vnionē ad deū. q̄ qdeȝ duplex ē. s. p opationē: f̄m quaȝ nos vnimur deo cognoscendo ⁊ amādo ipm. ⁊ in ꝑsona: ⁊ f̄3 hoc hūana nā fuit vnita deo. ⁊ iō cū p̄destinatio x̄pi ordinet̄ ad grāȝ vniōis in ꝑsona: pōt dici q̄ nā ē p̄destiata: vl' ꝑsona rōne nature.

Ad primū ergo dōȝ q̄ p̄destiatio x̄pi primū effectū h3 ipsam vnionē. vn̄ cū venio sit nature: pōt ēt dici predestiata: q̄uis sibi filiatio nō coueniat quia filiatio nō est primus effectus predestinatiōis: sȝ ꝯsequit̄ ad vnionē. ¶ Ad 2m dōm q̄ rō illa ꝓcedit de felicitate creature ex hoc q̄ deo vnitur p opationē. sed ipsa natura btificat̄ ex hoc q̄ deo vnit̄ in persona. ¶ Et p hoc ēt pt3 rn̄sio ad 3m: q2 p̄destinatio alioꝝ hoīum nō est ad vniōnē in ꝑsona: sȝ ad vnionē p operationē.

Ad secūdā qōnē dōm q̄ multa requirunt̄ in p̄destinatiōe: ⁊ ex ꝑte predestinatiōis. ⁊ ex ꝑte p̄destiati: ⁊ f̄m terminuȝ a quo ⁊ secundum terminum ad queȝ. f̄m q̄ pōt attēdi diuersitas inter p̄destinationē x̄pi ⁊ nostrā. ex ꝑte āt predestinātis q̄ deus est: nō est diuersitas inter p̄destiationē x̄pi ⁊ nostrā. ē aūt dr̄ia ex ꝑte p̄destiati: q2 in nobis est de persona: in x̄po aūt de natura: q2 dictū est. Silr̄ ē dr̄ia ex ꝑte termini a quo

Rn̄sio ad primā q̄stiūculam.

q2 in nobis ẽ vt liberemur a pec
cato: sicut dicit glo. super illud
Ro. viij. Quos p̄destinauit hos
vocauit: in xp̄o autẽ nõ: q2 neq3
ꝯtrit neq3 fecit pctm̄: sed neutra
istaꝝ dr̄iarum diuersificat rõnẽ
p̄destinatiõis: s3 solũ illa q̃ est
essentialis ⁊ specifica. specifica
aũt dr̄ia cuiuslibet motus vel
op̄atiõis accipit penes terminũ
ad quẽ: illud aũt qđ ẽ p̄destina-
tio nõ ẽ vnius rõnis in xp̄o et in
nobis: q2 p̄destinatio xp̄i est ad
vnionem in persona. p̄destinatio
aũt nr̄a ad vnionẽ p operationẽ
aut per habitũ assimilantẽ: ⁊ he
due vniões nõ sunt vnius rõnis
sed se h̄nt fm prius ⁊ posterius
⁊ pfectum ⁊ diminutũ; ⁊ iõ pre-
destinatio xp̄i ⁊ nr̄a nõ est vnius
rõnis fm vniuocationem: sed fm
analogiã. Et per hoc facile ẽ res
pondere ad obiecta.

Rn̄sio ad se- cundã q̄stiun culam

Ad tertiã q̃õnez dicen-
dũ q in ipsa
predestinatiõe duo sunt. vnum
eternũ. s. ipsa dei op̄atio: ⁊ aliđ
tp̄ale. s. p̄destinatiõis effectus:
predestinatio g̃ nr̄a q̄tũ ad il-
lud qđ ẽ eternũ in ipsa cãm nõ
h3: s3 q̄tum ad effectũ põt h̄re
cã3: inq̄tũ. s. eius effectus pdu
citur mediãtibus aliquib9 cau
sis creatis. ⁊ fm hoc p̄destina-
tiõis nr̄e cã efficiẽs ẽ p̄destina-
tio xp̄i inq̄tũ ipse est mediator
nr̄e salutis. ⁊ formalis inq̄tum
in filios dei ad imaginẽ eius p̄-
destinamur. ⁊ finalis inquantũ
nr̄a salus in eius gl̄ia3 redũdat
Et p hoc p3 solutio ad obiecta.

¶ Expõ tertius.



Christum
fm hoiem nõ esse p-
sonã nec aliud. (pri-
mu3 hoꝝ ꝓcedit ab oĩ opinione
Scđm aũt nõ: sed a tertia tm̄: q2
p̄me due opiniões dicũt q fm
q xp̄s ẽ hõ est aliqđ. hoc aũt ne
gare ẽ error. (Scđ3 eñ multipli
cem.) Ista diuisio accipit ex ꝯpa
ratiõe replicatiõis ad subiectu3
ꝓpõnis: q2 põt fieri replicatio vł
eius qđ añcedit subiectũ: ⁊ sic no
tat cãm. vel eius qđ sequit: ⁊ sic
notat habitũ aut qđcunq3 aliud
accñs. s3 sp̄aliter noĩat habitum
pp rõnẽ tertie opiniõis. vel ipsi9
subiecti: ⁊ hoc vel q̄tũ ad natu-
ram: ⁊ sic exprimit cõditionẽ na
ture. vel q̄tũ ad suppositũ: ⁊ sic
notat vnitatẽ psone in xp̄o. (Illa
tñ psone descriptio). Cõtra est q
directe ponit eã Boe. ĩ materia
illa in li. de du. na. Dr̄3 q magr
verũ dicit si capiant stricte ea q̃
in diuisiõe ponunt: s3 Boe. lar-
ge accipit: ⁊ hoc p3 in. i. lib. dist.
xxv. Nõ aũt sic dr̄ filius natura.
Dicit eñ deus natura quasi for
maĩr. s3 dr̄ filius natura non for
maĩr s3 q̄tũ ad modũ originis:
q2 p modũ nature ꝓcedit. (Xp̄s
nunq̃ fuit non filius:) nec prius
tp̄e sicut nos: nec prius natura
aut intellectu sicut angel9: si in
gr̄a creati sunt. (Xp̄m filiũ ꝟgi-
nis eẽ natura ⁊ gr̄a). Cõtra. Na
tura ⁊ gr̄a ex opposito diuidun
tur. g̃ qđ est p gr̄am nõ est p na
turã. ¶ Preterea. xp̄s ẽ fili9 ma
tris: sicut ⁊ q̃libet ali9 hõ: s3 alij
hoies nõ sunt filij matrũ suarũ
p gr̄am. g̃ nec xp̄s. ¶ Dicẽdum
ad primũ q gr̄a vniõis nõ oppo
nit ꝯ naturã: q2 p eã vna psona
fit duaꝝ naturaꝝ; ⁊ sic qđ inest
per gr̄am vniõis inest p alteru
tram naturaꝝ naturaĩr. ¶ Ad
scđm dicendũ q xp̄m inquantũ
hoiem nasci ex m̄re nõ fuit gr̄e

Instã- tia cõ- tra tex tu3 dis soluit.

sz nasci simul deū & hoiem hoc fuit p gratiā vniōis. (Nō talis hic filius). Sz vr ꝙ filiatio dicat equiuoce. Dicendū ꝙ nō vniuoce nec equiuoce: sz analogice: sicut & alia q̄ dicunt de deo & creaturis. (Origine nō adoptione.) Hoc dr̄ ꝯ Nestoriū: q̄ cuz poneret in xp̄o duas personas non potuit ponere vnionē nisi p gratiaz. & sic sequeret ꝙ psona hois nō sit filius dei nisi per gratiam habitualem adoptionis: sicut et nos. (Ueritate nō nūcupatione) Hoc dicitur ꝯ Sabelliū qui posuit distingui personas tm̄ noialiter. (Natiuitate nō creatione.) Et hoc dicitur ꝯ Arriū qui dicebat filium dei esse creaturam.

¶ Utrum christus sit creatura siue creatus vel factus.

¶ Distinctio. xi.



Olet etiā queri vtrū debeat simpl'r dici atꝗ concedi xp̄z esse factum vel creatū. Ad qđ dici pōt ꝙ hoc simpliciter et absꝗ determinatiōe minus congruēter dr̄: etsi qn̄ꝗ breuitatis causa simpl'r denunciet: nunꝗ tm̄ simpl'r dz intelligi: q2 vt Aug. in primo libro de trinitate ait. Cum de xp̄o loquimur quid ſm quid & ppter quid dicat prudens & diligēs ac pius lector intelligere dz. Qui christū vel dei filiū nō esse factū vel creatūz in libro p2io de trinitate ostēdit ita inquiēs. In principio erat verbū: & verbū caro factum est: & omnia p ipsum facta sunt. Neꝗ dicit oīa nisi que facta sunt. s. cōem creaturam. Unde liquido apparet ipsum factum nō esse per quem facta sunt omnia: et si factus nō est creatura non ē. Si aūt creatura nō est eiusdem cum patre substātie est. Omnis em̄ substātia q̄ deus nō est creatura est: & q̄ creatura non est deus est. Sed si filius non eiusdez substantie est cum patre. ḡ facta substātia est: & si facta substātia est: non oīa per ipsum facta sunt at omnia p ipsum facta sunt. facta igitur substātia nō est: sed vna cuz patre infecta substantia est. Item in codez: si vel filium fecit pater qnē nō fecit ipse filius: non omnia p filium facta sunt. At omnia per filiū facta sunt. Ipse igitur factus nō est: vt cum patre faceret omnia que facta sunt. Idem in libro. lxxxiij. qōnum. Dicit creatura quicquid fecit pater deus per filium: qui nō potest appellari creatura: qm̄ per ipsum facta sunt omnia. Ambrosius in libro de trini. ait. Probemus inquit creaturam nonz esse dei filium. Audiuimus em̄ in euangelio dn̄m mandasse discipulis predicare euangeliū vniuerse creatu= Filius non dr̄ creatura.

re. Qui vniuersam creaturaz dicit nullã excipit: et vbi sunt qui creaturã deum appellant? Nã si creatura eẽt sibi mandaret euangelium predicari: et subiectus esset vanitati: quia testante Apostolo omnis creatura vanitati subiecta est. Nõ igitur christus creatura ẽ: sꝫ creator: qui docẽde creature discipulis mandat officium.

¶ De perfidia et pena arrij.



Arrij hec fuisse perfidia legiẜ vt christũ creaturam fatereẜ: ideo effusa sũt Arrij viscera: atqꝫ crepuit medius ꝓstratus in facieꝫ ea quibus xp̄m negauerat feda ora pollutus. His alijsqꝫ pluribus testimonijs instruimur non debere fateri simpliciter christuꝫ eẽ factum vel creaturã: sed addita determinatiõe recte dici põt: vt si dicatur factus ꝑꝫ carnem vel ꝑm hominẽ: vt factura humanitati nõ deo attribuatur. Ut em̃ ait Ambrosius in libro primo de trinitate. nõ deus factus ẽ: sꝫ deus dei filius natus est: postea vero ꝑm carnem homo factus ex maria est. Misit em̃ deus filium suũ ex muliere factum sub lege factum: filiuꝫ inquit suum. s. nõ vnum de multis; cuꝫ dicit suum generationis eterne ꝓprietatem signauit. Postea factũ ex muliere asseruit: vt factura nõ diuinitati sꝫ assumptioni corporis ascriberetur. Factum igiẜ ex muliere dicit ꝓpter carnis susceptionem. sub lege propter obseruantiã legis. Generatio generatiõi nõ preiudicat nec caro diuinitati. Deꝰ em̃ eternus incarnatiõis sacramentũ suscepit: nõ diuiduus sed vnus. et in vtroqꝫ vnus. s. diuinitate et corpore. Nõ em̃ alter ex parte alter ex virgine: sed idem aliter ex parte: aliter ex virgine. qui factus est ꝑm nostre susceptionem nature nõ ꝑm eterne substãtiam vite. quẽ legimus primogenitũ: et vnigenitũ: primogenituꝫ quia nemo ante ipsum. vnigenituꝫ q: nemo post ip̄m. Ex his euidenter traditur qua intelligẽtia accipiendũ sit cum diciẜ christus factus: vel simpliciter: vel cum additamẽto: vt factura. s. vel creatura: non ad assumentẽ deũ: sꝫ ad assumptuꝫ hominẽ referatur. In deo aũt creatura esse nõ potest: vt ait Ambrosius in p̄mo lib. de trinita. Nunquid dicto factus est xp̄s? Nunquid mandato creatus est christus? Quomodo autem creatura in deo esse potest?

Arriꝰ crepuit.

Intellectus verborum.

Etenim deus nature simplicis est: non cõiuncte atq; cõposite: cui nihil accidat: sz solum qđ diuinum est in natura sua habeat. Etsi ğ christus ꝑm hominẽ đr creatura non tamẽ christus simpliciter predicãdus est creatura. Nec ex eo ꝙ christus ꝑm hominem dicitur esse creatura potest quis ꝓgredi sic argumentando. Si ꝑm ꝙ homo christus est creatura: vel rõnalis vel irratiõalis: vel que est deus vel nõ: nitens ꝑ hoc probare christum eẽ aliquid non diuinum: quia quod ipse est ꝑm hominem ipse est. Et ideo si ꝑm hominẽ est substãtia aliqua nõ diuina: ẽ vtiq; aliquid nõ diuinũ: sed ex tropicis locutionibus nõ est recta argumentationis processio. Illa aũt locutio tropica est qua christus dicitur creatura vel simpliciter: vel cum adiunctione.

¶ Diuisio textus.



Ostquã determiauit magister qualiꝭ ea que sunt dignitatis in humana natura de christo possunt vel nõ possunt dici. hic determinat qũo de eo dici possunt ea que ad defectum nature humane pertinent. Et diuiditur in duas partes. In prima inquirit vtruz nomẽ creature qđ de humana natura đr de christo dici possit. In scđa vtrũ illi defectus qui consequunꞇ ipsam inquantũ creatura: vel alio modo ipsi conuenire possint. di. 12. ibi. (Post predicta.) Prima in tres. In prima mouet questionez. In scđa determinat eaz. ibi. (Ad qđ potest dici.) In tertia excludit obiectiones que cõtra solutionem fieri possunt. ibi. (Si igitur christus ꝑm hominẽ.) Circa primuz duo facit. Prio determinat ꝓpositam questionẽ. Scđo confirmat determinationẽ. Et ꝓmo quantuz ad hoc ꝙ christus non possit simpliciter dici creatura. ibi. (Qui christũ vel dei filium.) Secundo quantũ ad hoc ꝙ possit dici creatura cum determinatione. s. inquantũ est homo. ibi. (Sed addita determinatione.)

¶ Questio. 1.



Ic queruntur quattuor. Primo vtrum filius dei sit creatura. Secundo vtrũ christus vel iste homo possit dici creatura. Tertio vtrum sit creatura ꝑm ꝙ homo. Quarto vtrũ omnia que humane nature conueniunt de christo possint predicari.

¶ Utrum filius dei sit creatura.



D primuz sic ꝓcedițur. vř ꝙ filius dei sit creatura. Eccle. 24. Ab initio ⁊ añ secula creata sum: ⁊ loquitur de diuina sapiẽtia: sed filius dei est

dei sapiẽtia. ergo ipse est creatura. ¶ Preterea. omne qd̄ ē subiectū deo vel minus eo ē creatura: sꝫ filius dei est hmōi. vt pꝫ Jo. 13. Pater maior me ē: ꝛ prime Cor. 15. dr̄ qꝫ filius erit subiectus pr̄i qui subiecit ei oīa: ergo filius dei ē creatura. ¶ Preterea. hoc mō se hn̄t actiones adinuicē sicut termini actionū: sꝫ esse qd̄ est terminus creationis ē prius quacūqꝫ alia forma: ad quā terminantur alie actiones. ergo creatio est prior oībus alijs actionibus vel ꝓductionibus: sꝫ posterius semꝑ presupponit prius: cuꝫ ergo generatio cōueniat filio dei fm̄ quā dr̄ natus. vr̄ qꝫ etiā creatio ꝯueniat ei vt dicaꝛ creatus. ¶ Preterea. vt ꝓbat Aui. in sua metha. Jd cuius essentia ē suū esse est ꝑ se necesse esse: sꝫ qd̄ est hmōi nō hꝫ esse ab alio: qꝛ hoc qd̄ ē necesse esse absolute nō ē ꝓpter aliqd̄ aliud: vt etiā dicit phs in. 5. meta. ergo id cuius essentia ē suum esse nō hꝫ esse ab alio: sed filius hꝫ esse ab alio. ergo nō est necesse esse: nec sua essentia est suū esse. ergo est creatura. ¶ Preterea. oē qd̄ hꝫ causam sui esse ē creatura: sed filius hꝫ cām sui esse: qꝛ pater est cā filij: vt dicit Chris. ꝛ oēs greci doctores cōcedunt. ergo filius est creatura. ¶ Preterea. oē qd̄ gignitur ad hoc gignitur: vt sit. sꝫ qd̄ est non gignitur ad hoc qꝫ sit: qꝛ iā est: ergo oē qd̄ gignitur anteqꝫ gignaꝛ nō est: sed oē qd̄ nō fuit: ꝛ postea est creatū est: ergo filius cū genitus sit creatus est. ¶ Preterea. oē qd̄ hꝫ aliqd̄ ab alio in se cōsideratū nō hꝫ illd̄: ꝛ caret illo si sibi relinquaꝛ: sꝫ filius habet esse ab alio ergo in se cōsideratus nō habet esse etsi sibi relinquatur non est

Necessariū ē ꝓpter se.

sed hec est conditio creature fm̄ quā dicitur vertibilis in nihilū: qꝛ oīa in nihilum reuerterenꝛ nisi ea manus ꝯditoris teneret. ergo filius est creatura. ¶ Sed ꝯtra. Nulla creatura ē ꝯsubstātialis creatori: sꝫ filius est cōsubstātialis patri. vt dr̄. Jo. 10. Ego ꝛ pater vnū sumus. ergo filius nō ē creatura. ¶ Preterea. oīs creatura portaꝛ ꝑ potentiā creatoris: sed id qd̄ oīa portat nō portaꝛ. ergo id quod oīa portat nō est creatura: sꝫ hic ē filius. Heb. 1. Portās oīa verbo virtutis sue. ergo filius non est creatura. ¶ Preterea. nihil ē in deo qd̄ sit creatura: sed filius est in deo patre cum sit verbum eius: ꝛ omne verbū est in dicēte ergo filius nō ē creatura. ¶ Preterea. omne qd̄ dicitur per similitudinem reducitur ad id qd̄ ꝓprie dicitur: sed hoīes dicunꝛ filij dei per assimilationē ad vnicū filiū. Roma 8. Cōformes fieri imaginis ꝛc. ergo ipse ꝓprie filius dr̄: sed nullus diciꝛ ꝓprie filius alicuius nisi habeat eandē naturā specie quā hꝫ pater: ꝛ vere. ergo filius eius est vere deus: sed nulla creatura est hmōi. ergo filius non est creatura.

Respōdeo dicendū: qꝫ filius naturaliter a patre ꝓcedit. hoc enim ipm̄ nomē filiationis demōstrat si vera filiatio sit. qd̄ oꝫ maxime esse in illa filiatōe ꝛ paternitate ex qua oīs paternitas et filiatio i celo et i terra noīaꝛ. ad Ephe. 3º. Maxime enī vera sunt q̄ sunt causa esse veritatis in alijs vt dicitur. 2. meta. Omne aūt qd̄ naturaliter procedit ab altero duo habet. vnum est qꝫ equatur ei a quo procedit: quia natura non

Processio ē in duobus cōsistēs.

postponit

postponit facere opus suuz nisi sit ex defectu agētis q̄ quidem defectus est in eo qđ agens naturalr nō h̃z perfectā virtutem ad agendū: sicut pueri ad generādū. vel in eo q agit p trāsmutationē exterioris materie. vnde effect⁹ non sequit̃ nisi in fine trāsmutatiōis. ⁊ sic opz q duratiōe sequatur suā cām agētez q̄ lōge sunt a deo: cui⁹ virtus non auget̃: neq₃ materiā ex qua operet̃ reqrit. restat ergo qđ oē qđ naturalr a deo pcedit coeternū sit ei: ⁊ ita fili⁹ est ab eterno. Aliud est qđ opz eē in eo qđ naturalr pcedit ab altero q sit silr ei a quo pcedit: qz nā intendit sibi silr pducere inqȝtū pōt. vnde q aliqd nāliter pcedēs nō habeat pfectā silitudinē eius a quo pcedit cōtingit vel ex defectu virtutis agentis: sicut in semine in quo debilitat̃ calor nālis: vn̄ nō sufficit ad generādū masculum sed feminā. vel ex defectu mãe que nō pōt recipe totā virtutez agētis: sicut accidit in partub⁹ mōstruosis. hec autē duo a deo lōge sunt: vt dcm̄ est. vnde opz q hoc qđ naturalr a deo pcedit perfectā silitudinē ad eum habeat. pfecta aūt silitudo esse nō potest vbi nō est eadē natura scđm speciē. natura autez diuina nō potest esse eadē specie nisi sit eadē numero: cū omnino sit imaterialis. vnde opz qđ fili⁹ qui naturalr a deo patre pcedit habeat eādē numero naturā cū ipso: ⁊ per consequens idē esse: ⁊ ita omnibus modis ei erit equalis: ⁊ qz natura ⁊ esse dei patris nullo modo depēdet ad nihil vel ad nō esse: vt. s. nō esse precedat eam tempore vel natura: ideo nec natura nec eē filij ad nihil aliquo modo depēdet. ex quo patet qđ filius nullo modo pōt esse creatura: neq₃ ẽm qđ fides de creatione loquitur: scđm quā ponimus q nō esse duratione creaturā precessit: nec scđz q quidā philosophi posuerūt creationez dicentes illud creari qđ esse habet post nō esse: non tēpore: sed natura. ⁊ hoc est cuius esse dependēs est ad non esse: quia in se cōsideratum et sibi relictū nō est: cum solū ab altero esse habeat: sed de hoc in. i. distin. 2. li. dictum est plenius.

Ad primū ergo dicendū q istud verbū vel intelligitur de sapientia creata. s. āgelica natura que est ante tēpora secularia: ⁊ si nō duratione: tamē ordine nature: vel intelligit̃ de filio dei quātuz ad naturam assumptā que etsi ante secl'a creata nō fuerit: fuit tamē ab eterno preuisa creari. ¶ Ad scđm dicendum: qđ sicut Augu. docet in primo de trini. omnia que minorationem aut subiectionē circa filiū dei ponere videntur vel referēda sunt ad naturam assumptā: scđm quam minor est patre in forma dei manēs equalis patri: vt dicitur: ad Phili. secūdo. vel referēdum est ad cōmendationem principij secūdum q pater dicit̃ principiuz filij: ⁊ ẽm hoc dicitur maior: qȝuis filius non sit minor: vt dicit Hyla. ¶ Ad tertium dicēdum q secūdum Basi. accipere a patre filius habet cōmune cum omni creatura: sed habere per naturam est sibi propriū: vnde pcessio filij a patre in aliquo cōue=

uenit cum processione que est in creaturis cõmunitate analogie ꝛ in aliquo differt. conuenit quidē in respectu originis qui est eē ab aliquo differt aūt in hoc ꝙ ꝓcessio filij a patre est per naturam: aliorū aūt per voluntatem ex hoc sequitꝛ triplex differētia: vt ex dictis ptz. Prima. ꝙ filius est consubstantialis patri. Secūda ꝙ est coeternus. Tertia ꝙ eē suū nullo modo dependet ad nihil. ꝛ hec sequitꝛ ex prima. vnde cōsiderandū est ꝙ oia nomina vel verba que importāt respectū originis absolute recipiuntꝛ in ꝓcessionē diuinā sicut ꝓcedit: exit est ab alio. illa aūt que important aliquid contrariū trib⁹ predictis nullo modo dicuntꝛ: sicut fact⁹: qđ repugnat cōsubstantialitati: qꝛ facere dicitur ꝓprie ſm operationē quā agens exercet in id quod est extra: ꝛ similr ver bum incipiendi repugnat coeternitati: ꝛ silr verbū creandi importat dependentiā ad nō eē. sꝫ natiuitas ad respectū originis absolute addit aliquid magis pertinens ad ꝯsubstātialitatem q̄ʒ ad differentiā substātie: qꝛ sicut supra. dist. 7. dictū est: nascitur proprie qđ ꝓcedit coniunctum ei a quo ꝓcedit. ꝛ ideo omnia illa que pertinent ad ḡnationem viuorum quorum est nasci dicuntur in ꝓcessione filij: sicut oriri ꝛ nasci: gigni ꝛ generari: ꝛ hec est causa quare processio filij potuit habere nomen proprium. non autem processio spiritus sancti: qui non procedit per modum nascentis. vnde generatio vel natiuitas non transumitur ad diuina ſꝫ ꝙ ꝓsupponit creationem. sed ſm quod importat

Differentia triplex notanda.

cōsubstātialitatē. ¶Ad 4^m dicendū ꝙ nō illa seqtur de eo qđ est ab alio hñs aliā naturam ab ipso: qꝛ sic nāe ei⁹ qđ est ab alio: nō debetꝛ eē ex seipsa: vñ ipa nō ē suū eē: vt h̄ eat necessitatē eēndi ex se. sꝫ fili⁹ est a pr̄e habēs eandē numero naturaꝫ. vñ sicut natura patris est suum eē ac ꝑ hoc necesse esse: ita et natura filij nec eius esse est ab aliquo modo dependēs ad nihil: sicut nec esse pr̄is. ¶Ad 5^m dōm ꝙ esse filiū nō est creatū: vñ filius non hꝫ causaꝫ sui esse: nec suū eē hꝫ ꝓn^m quāuis eñ ſm nos ipse filius habeat principiū a quo est nō tñ causaꝫ: qꝛ ſm nos nomen principij importat relationē originis absolute. nomen aūt cause importat respectū originis ꝑ cōparationē ad esse rei qđ a causa ꝓcedit vñ termin⁹ a quo dicitꝛ principiū mot⁹: non tñ causa: sꝫ ſm grecos nomen cause importat simplicē forme originē sicut nomen principij ſm nos: ꝛ quāuis dicamus patrē ꝓncipiū filij: nō tñ dicimus filiū principatū a patre: qꝛ noīe ꝓcipiati non vtimur nisi in his q̄ sunt cōstituta in esse ꝑ principiū vñ linea nō dicitur esse principiatū ꝓncti: sicut nec motus termini a quo: sed tñ dr esse a principio. ¶Ad sextum dōm ꝙ filius nō habuit esse anteq̄ʒ generaretꝛ: sed qꝛ generatio ei⁹ est eterna: ꝛ esse ei⁹ eternuꝫ est. ¶Ad septimū dicendū ꝙ sicut creatura nō habet esse nisi a deo ita nec filius habꝫ esse nisi a patre: sed in hoc est differentia ꝙ creatura nō est illa relatio ſꝫ quā dicitur esse a deo per quaꝫ hꝫ esse: ꝛ iō pōt ꝯsiderari i se sine respectu ei⁹ ad deū ꝛ sic inuenitꝛ

nō hñs esse sed fili⁹ dei est ipsa relatio: ſm q̄ habet esse a patre: ꝛ ipsa relatio est ipsum esse: ꝛ ideo nō pōt fili⁹ ꝯsiderari sine respectu ad patrē. vt inueniatur in se nō habēs esse vel potens in nihilū decidere.

¶ Utrū xp̄s sit creatura.



Ad scd̄m sic pceditꝛ. vr̄ q xp̄s sit creatura. Leo papa. Nouaꝛ in audita cōuētio. de⁹ q̄ eratꝛ q̄ est fit creatura: sed illud quod de⁹ fit potest de xp̄o predicari: ergo christ⁹ est creatura. Dam. etiā dicit de xp̄o q nō scandalizabitꝛ ad nomē creature. ¶ Preterea. de quocunq; predicatꝛ inferius ꝛ superi⁹. sed creatura ē superius ad hominē. ḡ cū hō p̄dicetur de xp̄o creatura de ip̄o predicabitur. ¶ Preterea. oē qd̄ est vel est creatū vel increatū. si ergo xp̄s est hō: vel erit hō creat⁹ vel increat⁹: sed nō est homo increat⁹ sicut nec hō etern⁹: qꝛ omne increatū eternū est: ergo est homo creat⁹: ergo est creatura. ¶ Preterea. id qd̄ cōuenit parti transumitꝛ ad predicationē toti⁹ sicut hō dꝛ crispus propter capillos: sed humana natura est quasi pars ꝑsone cōposite ꝑ qua supponit hoc nomen xp̄s: ergo cum hūana natura sit creatura: xp̄s pōt dici creatura. ¶ Preterea. ꝑncipalioꝛ pars hois xp̄i est aīa q̄ corp⁹: sed rōne corpis qd̄ de virgine traxit simpliciter dicitur natus de virgine: ergo rōne anime que creata est a deo dꝫ dici creatura. ¶ Preterea. sicut repugnat nomē creature filio increato: ita repugnat tꝑaliter nasci eternaliter nato: ꝫ tñ dicimus xp̄m tēporaliter natū: ḡ ꝛ simpl'r possum⁹ ipsuꝫ dicere creaturaꝫ.

¶ Sed cōtra. creatura non pōt predicari de aliquo eterno: sed christus supponit suppositum eternū: ergo nō p̄t dici creatura. ¶ Preterea. in xp̄o nihil creatuꝫ est nisi hūana natura: sꝫ hūana natura nō predicatꝛ de xp̄o: ergo xp̄s nō pōt dici creatura. ¶ Preterea. oīs creatura rōnalis ē fili⁹ trinitatis ꝑ creationē: sꝫ xp̄s si ē creatura ē creatura rōalis: ergo est fili⁹ trinitatis ꝑ creationē: qd̄ supra improbatū est. dist. 4.

Respōdeo dicendū q creatio proprie respicit esse rei. vñ dꝛ in lib. de causis. q esse est per creationē: alia per informationē. esse autē simpliciter ꝛ per se est suppositi subsistētis. Alia vero dicuntꝛ esse inquantum suppositū in eis subsistit vel eētialiter sicut materia ꝛ forma: ꝛ sic natura ip̄a dicitꝛ esse. vel accidētaliter sicut accidētia dicuntur eē. esse ergo dictū simpl'r de supposito significat esse ꝑsonale ipsi⁹. eē vero ſm q ꝯuenit parti vel accidēti non dicitꝛ simpliciter de supposito: sꝫ suppositū dicitꝛ esse in eo. vñ cuꝫ dico xp̄s est: significatꝛ eē ipsius. nō aūt esse ipsius nature vel accidētis vel partis: cum autē fiat vnio naturarū in eē suppositi ſꝫ secūdā opinionē esse ſm q xp̄s simpliciter eē dicitꝛ est eē increatū. vnde nō potest dici creatura nō tantū ad euitanduꝫ erroꝛem Arrij: vt quidā dicunt: sed etiam ad vitandum falsitatem. potest tamen dici q aliquid creatū est in christo scilicet humana na- Eē ē ꝑ creationē.

turus: qr eē ꝯuis sit vnū: tū respe ctū hꝫ ad naturā hūanā ꝛ ad ꝑ tes ei⁹ ſm quas hūana natura dicit eē in xp̄o: vel ptes aut acci dētia ei⁹: vt supra. di. 6. dictū est vñ sicut eē aliquo mō ad naturā ptinet: ꝛ ad ꝑtes ꝛ accidētia ei⁹ ita ꝛ creatio.

Ad primū ē dicēdū q ꝟba illa in telligēda sunt cū determinatio ne: vt dicit magister in lr̄a. quã nis illa determinatio causa bre uitatis intermittat. ¶ Ad scdm dōm q creatura nō est superius ad hominē: qr creatio magis re spicit eē ꝙ naturā. eē aūt nō est gen⁹: nec inducit in significatio ne alicui⁹ gn̄is: vt dicit Auic. cū ea que sunt in vno gn̄e nō cōue niāt in vno eē: sꝫ in natura cōi. ¶ Uel dōm q creatura nō est su perius ad hominē significās qd est hō: qr creatio nō respicit na turā vel eēntiā nisi mediāte actu essendi: q est prim⁹ termin⁹ crea tiōis. hūana aūt nā in xp̄o non hꝫ aliud eē ꝑfectū qd est eē hy postasis ꝙ eē diuine ꝑsone. ꝛ iō simplr loquendo creatura dici nō pōt: qr intelligeret q eē ꝑfe ctū hypostasis xp̄i ꝑ creationē e ēt acqsitū. ¶ Ad 3ᵐ dōꝫ q cū dr Xp̄s est homo creat⁹ locutio est duplex ex eo q hoc ꝑticipiū crea tus pōt determinare predicatū in ꝯparatione ad subiectū: ꝛ sic po test eē vera sicut ꝛ ista Xp̄s est fa ctus hō. si aūt determinat abso lute predicatū: tunc est falsa: qr homine nō intelligit tantū natu ra. sꝫ suppositū eternū: cui nō cō uenit eē creatū qd eñi determi nat predicatū in ordine ad sub iectū est determinatio ipsi⁹ inqꝫ tū est predicatū. Unū opꝫ q respi ciat predicatū formalr. qr termi ni in predicato ponunt formalr. determinatio aūt q determinat absolute ponit circa predicatuꝫ sicut circa subiectū qdā. vñ ma gis respicit suppositū ꝙ formaꝫ. similr etiā hec est falsa. Xp̄s est homo increat⁹: qr priuatio crea tiōis ponit circa predicatū rōne vtriusqꝫ: ꝛ iō vtraqꝫ falsa est: nec sibi ꝯtradicūt. sꝫ hec est ꝟa. Xp̄s est homo q nō est creat⁹: sꝫ eter nus ex ꝑte deitatis nō tñ etern⁹ hō vt eternitas determinet ꝑdi catū in ordie ad subiectū. ¶ Ad quartū dicendū q totū denoiat a proprietate ꝑtis qñ illa ꝓprie tas nullo mō nata ē ꝯuenire ni si parti illi: sicut crispitudo capil lis: ꝛ claudicatio pedi: sꝫ creatio nō tm̄ nature: sed ēt ꝑsone nata est ꝯuenire: ꝛ etiā ꝑsone ꝛ suppo sito magis ꝓprie: ꝛ iō nō pōt di ci de supposito q sit creatū: qr natura est creata. ¶ Et per hoc pꝫ solutio ad quintū: qr nasci de matre nō est natū cōuenire sup posito hois nisi ꝑ hoc q corpus traducit a matre. vñ nō hꝫ repu gnātiā tꝑaliter nasci ad eterna liter nasci: qr vnū naturā hūanā respicit: ꝛ alterū diuinā quaruꝫ hꝫ vnā xp̄s a pr̄e eternaliter: al terā a matre tꝑaliter: sed creatū ꝛ increatū vtrūqꝫ potest respice re suppositū ratione esse qd est suppositi. ¶ Unde patet solutio ad sextum.

Intellect⁹ ꝑpōnis ambigue.

Nasci ē suppositi.

¶ Utrum xp̄s ſm q homo sit creatura.



D tertiuꝫ sic pcedit: vr̄ q xp̄s nō possit dici creatu ra ſꝫ q hō. qcqd eñi predicat de altero ſm q ipm est

predicat de eo simplr. sed qd predicatur de xpo sm q homo predicatur de eo sm q ipsuz est: qr ipse e eentialiter homo: ergo cu esse creatura no predicet simpliciter: no pot predicari de eo sm q ho. ¶ Preterea. magis est ee filiu adoptiuu q esse creaturaz: sz no pot dici q christus sm q ho sit filius adoptiuus: ergo multo pot dici q sm q ho sit creatura. ¶ Preterea. sm q magister dicit in littera hec est tropica locutio. Xps est creatura: ergo si xps sm q homo sit creatura: et hec est erit impropria. Xps e ho qd est falsum. ¶ Preterea. nihil est creatu in xpo nisi huana natura: sed hec est falsa. Xps sm q ho est huana natura: ergo & hec Xps sm q homo est creatura.

¶ Preterea. ista se compatiunt, vt xps sit ho & sit deus: ergo qd no compatit secum hoc qd est ee deu no pot pdicari de xpo sm q ho sicut hoc qd est carere diuinitate: sed esse creatura non compatitur secu hoc qd est esse deum: ergo christus no est creatura sm q homo.

¶ Sed contra. omne qd non est eternu est creatu: sed xps sm q homo no est eternus: sicut nec deus: ergo sm q ho est creatura. ¶ Preterea. omne qd est factu est creatu: sed xps sm q ho est factus ergo est creatus sm q ho. ¶ Preterea. omnis conditio alicuius nature pot predicari de aliquo sm nome significas natura illa. sz ho significat natura huanaz: cuius conditio est q sit creatura. ergo xps pot dici creatura sm q homo.

Respondeo dicendum q huana natura se hz ad compositam psonaz xpi sicut pars: cuius pprie pars dici no possit: nec pprie persona composita: vt supra di. vi. dictu e. pars aut aliqn hz aliqua dispositione q nata est couenire toti. aliqn vero alia q no est nata couenire toti: sicut albedo que in est capillis: pot etia toti coueni re. crispitudo aut ita couenit capillis q nullo mo toti vel alicui alteri pti. ergo sm dispositiones illas que insunt tm pti denoiat totu simplr & pprie p dispone m ptis nullo addito: sicut ho dicit crispus. sz qtu ad illas dispositioes q nate sunt pti & toti couenire no denoiat totu a pte simpliciter sz addita pte: vt cu dr ho albus sm capillos. nec hoc pprie sz figuratiue p sinodoche. vnde pz q cu creatio nature & psone nata sit couenire sicut & ee vtriq aliquo mo couenit: no tm pot dici de xpo q sit creatura: qr huana natura creata est nisi fiat additio: vt si dicat sm homine vel sm q ho: & tuc et tropica et figuratiua: vt dicit magr: sicut & hec Ethiops est albus sm dente. | Xps no proprie dr psona composita.

Sed si aia illa nõ hȝ tantã potẽtiã quantã et deus: nec hõ assumpt⁹ quantã et deus: qũo ergo ĩtelligit̃ illud Ambrosij super Luc. vbi angel⁹ de nascituro filio virgis ait. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi vocabit̃: nõ ideo inquit erit magn⁹ ꝙ ante partum virginis magn⁹ nõ fuerit: qꝛ potentiã quã dei fili⁹ naturaliter hȝ hõ erat ex tẽpore acceptur⁹: vt vna sit ꝑsona hõ et deus. Ecce aperte dicit ꝙ hõ erat acceptur⁹ ex tpe potẽtiã quam habuit dei fili⁹ naturalr. Sed si hõ acceptur⁹ illã potentiã erat ergo vel persona vel natura hominis. sed persona non: qꝛ semper habuit et habet. ergo natura. Si natura. ergo anima. Nam de carne constat ꝙ accipere non posset. Ad quod dicimus illud esse accipiendũ de persona: sed non inquantum est dei: immo inquantũ est hominis ꝑsona. Una est enim perso-

Declaratio verborũ ambrosij.

na dei et hominis: filij dei et filij hominis: que inquantum est dei persona semper naturaliter oipotētiā habuit. sed inquantū est hoīs non semp fuit. Illa ergo persona que semp fuerat dei futura erat hoīs persona. et s3 hoc q futura erat hoīs persona acceptura erat ex tēpore potētiā quā naturaliter et semp habuerat inquantū dei psona. Scdm hāc distinctionem illud z similia sane accipi possunt. Que distinctio in pluribus questionum articulis ē necessaria aduersus quorūdam perplexam verbositatē Sed cum de rebus cōstat in verbis frustra habetur controuersia.

¶ Diuisio textus.



Ostquā determinauit magister de plenitudine pfectiōis xpi quantum ad gratiam et scientiam. hic cōparat pfectionē xpi fm q est hō ad pfectionē diuinā Et diuiditur i duas partes. Primo cōparat perfectione3 aīe xpi ad perfectionē diuinā quantum ad scientiam. Secūdo quantum ad potentia3. ibi. (Si vero queritur quare.) Prima diuiditur in duas. Primo mouet questione3 Secundo determinat eam. ibi. (Quibusdā placet.) Et hec pars diuiditur in duas. primo ponit determinationē aliorum. Scdo determinationē suam. ibi. (Quibus respondentes dicimus.) Et circa hoc tria facit. Primo respōdet ad questionē: et soluit rōnes p prima determinatiōe positas. Scdo cōfirmat suā determinationem. tum per rationē ab alijs inductā que est ɔtra eos. ibi (Illis vero apponi.) Tum etiā per auctoritatē. ibi. (Fulgētius.) Tum ex rōne. ibi. (Qd etiā ex ratione ostēdi potest.) Tertio docet euitare quodda3 incōueniēs: ad qd illi inducebāt si aīa xpi oīa sciret ibi. (Ad id vero qd dicūt.) (Sive ro qrit.) Hic comparat animam christi ad deum fm potentiam. Et tria facit. Primo determinat veritatē. Secundo obijcit in cōtrariū. ibi. (Sed si illa anima.) Tertio soluit. ibi. (Ad quod dicimus.)

¶ Questio. I.



Ic queritur qtuor. primo quā scia3 habuit z qz habuit diuinā et hūanā de diuina in primo lib. dictum est. Propter hoc secundo queritur de perfectione humane scientie ipsius qua videt verbum. Tertio de perfectione scientie ipsius qua videt res in pprio genere. Quarto de ipsius potentia.

¶ Utrū in christo sit aliqua sciētia creata.



D primu3 sic pcedit. Uidetur q in christo non sit aliqua scientia creata. vbi enim ē cognitio perfecta nō est opus cognitiōe iperfecta

sicut q̄ scit aliqd p demōstratio-
nē nō idiget scire illō p syllogis
mū dialecticū: sed ois cognitio
creata est imꝑfecta respectu scie
diuine. ḡ cū in xp̄o sit scia dei in
creata videt̄ q̄ nō opꝫ ponere in
ipso aliquā aliam sciam. ¶ Pre-
terea. luminare minus offuscat̄
p lumiare maius. sꝫ scia nō solū
se hꝫ vt lux: sed vt lumiare illumi
nans. ergo scia minor offuscat̄ p
sciam maiorē. ꝛ ita scia creata nō
debet esse in eodē cum scia icrea
ta dei. ¶ Preterea. ois ꝑfectio ē
nobilior ꝑfectibili: sꝫ ois scia est
ꝑfectio scientis. cū igit̄ nihil crea
tum sit nobilius aia christi: nul-
la creata scientia est in eo.

¶ Sed cōtra plus cōuenit natu
ra sensitiua ꝛ intellectiua in ho-
mine q̄ꝫ natura diuina ꝛ huma-
na in xp̄o: sed cognitio intellecti
ua in hoīe nō excludit sensitiuā
q̄ est minus ꝑfecta. ergo nec diui
na cognitio in xp̄o excludit hu-
manā. ¶ Preterea. nō est suba si
ne sua opatiōe. vt dicit Damas.
ꝛ phs. sed in xp̄o est intellectus
creat⁹. s. aia rōnalis. ḡ ꝛ cognitio
creata que est eius operatio.

¶ Utrū scia creata vel cognitio
in xp̄o sit act⁹ tm̄ vel act⁹ ꝛ hit⁹.

1ª que stiūcula. Alterius vr̄ q̄ si ē i eo aliqua cogni
tio creata q̄ illa nō sit habit⁹ sed
actus tm̄. Ad Heb. 2. dicit glosa
q̄ natura mētis hūane nature i
xp̄o nihil est alti⁹ vel excellētius
sed q̄dā creature propter sui ꝑfe
ctionē nō indigēt aliquo habitu
ad cognoscendū: sicut angeli. vt
dicit. Maxim⁹ sup ce. ierar. Dio.
ergo multo min⁹ aia xp̄i. ¶ Pre
terea. aia xp̄i est nobilior tota q̄ꝫ
intellectus agēs alicui⁹ alteri⁹
hois: sꝫ intellect⁹ agēs non facit
opationē suā mediāte habitu ali
quo. ergo nec aia xp̄i aliqua ha
bituali scia cognoscit. ¶ Preter-
ea. vires naturales non exeūt in
actum mediāte aliquo habitu: si
cut pꝫ in calore ignis: simil'r nec
deus: sed aia xp̄i magis accedit
ad dei similitudinē q̄ꝫ aliqua res
creata ergo ꝛ ip̄a nō hꝫ opationē
cognitiōis mediāte aliquo habi
tu. ¶ Sed contra. xp̄s assumpsit
integre naturā nostrā: sed de in
tegritate nature est intellectus
possibilis. ergo assumpsit intelle
ctuꝫ possibilē: sed possibilis intel
lectus nō intelligit perfecte nisi
ꝑficiat̄ aliquo habitu. ḡ cū xp̄s p
fecte intellexerit: in eo fuit habi
tualis scia. ¶ Preterea. xp̄s vere
dormiuit: nec tūc aliquid amisit
eoꝝ que sciuit. cum ergo scia dor
mictis sit scia in habitu vr̄ q̄ xp̄s
habuit habitualem stientiam.
¶ Utruꝫ aia xp̄i mediāte aliquo
habitu cognouerit verbum.

Alterius videt̄ q̄ aia xp̄i mediāte aliquo habitu nō cognouerit ver 2ª questiūcula.
bū: ad cognitionē eñ nō requirit̄
aliud nisi vt cognoscibile cogno
scenti vniat̄. sed verbum vnitum
est ale xp̄i non mediante aliquo
habitu. ergo cognouit verbū non
p aliquē habitū. ¶ Preterea. ha
bit⁹ scie cōsistit ex spēbus q̄ sunt
similitudines reꝝ cognitaꝝ: sed
aia xp̄i nō videt verbū p aliquaꝫ
similitudinē sꝫ p seipm̄. ḡ nō co-
gnoscit ipꝫ p aliquē habitū crea
tuꝫ. ¶ Preterea ꝓpter qd vnūqdq
illud magis. igit̄ si cognoscit aia
xp̄i verbū mediāte aliquo ali o: il
le habitus magis cognoscit ver
bum: ꝛ erit ei magis ꝓximus q̄ꝫ
aia xp̄i quod est inconueniens.
¶ Sed cōtra. glia corrñdet gr̄e:

sz in xp̄o fuit habitus gr̄e. ergo et habitus glīe. sed tota glīa cōsistit in visiōe verbi vt dicit Aug. ergo aīa xp̄i aliquo habitu cognoscit verbum. ¶ Preterea eiusdez nature est aīa xp̄i et aīa nostra sed aīa nostra nō pōt ptingere p naturalia sua ad vidēdū deū. ergo nec aīa xp̄i et ita opz q sit aliquid supadditū nature quo videt deū. ergo videt mediante aliquo habitu.

¶ Utrū opz in xp̄o ponere aliuz habitum quo cognoscit verbū: et quo res in verbo.

3ª questiūcula. **Alterius** videt q oportet aliū habitu; scie ponere quo cognoscit verbū: et quo cognoscit res in verbo verbuz eñi repsentat res q̄ in eo cognoscunt: sicut speculū species in eo resultātes: sed q̄ videt speculū nō tm̄ ipmit in eo similitudo speculi sed ēt rer similitudines in speculo resultātes. ergo et in eo q̄ videt res in verbo opz ponere aliū habitū specier rerū visarū in verbo et ipsi⁹ verbi. ¶ Preterea. omnis scientia est s̄m assimilationē scientis ad rem scitā: vt dicūt phi. si igit aliquis videt res alias in verbo: opz q intellectus assimilet illis rebus. et sic cū habitus cognitiu⁹ cōsistat in predicta assimilatione que est p species intellectuales: sequit idem qd̄ prius. ¶ Preterea. ponamus q aliqs vidēs in verbo designat videre verbū: sicut Paulo contingit vt dicit: cōstat q iste non obliuiscit eorum que videt in verbo. ergo cognoscit ea. non in verbo qr non vidit verbū ergo cognoscit ea in speciebus pprijs. et sic idez qd̄ prius. ¶ Sed cōtra. vbi vnuz propter alterū ibi tātum vnū. vt dicit phs. sed qui videt res in verbo non cognoscit eas nisi per verbum cognitū. ergo non est ibi nisi vnus habitus. ¶ Preterea. vbi est vnus actus non sunt plures habitus: sed eodem actu cognoscit anima verbū et res que videt in verbo. ergo non est ibi quātum ad hoc diuersus habitus.

¶ Utrū preter sciam quā hz de reb⁹ in verbo habeat aliā de reb⁹.

4ª questiuncula. **Alterius** videt q pter hāc sciaz qua cognoscit res in verbo nō habeat aliā scientiā in rebus. vnius eñi s̄m idem et respectu eiusdez est tantum vna perfectio. sed xp̄s s̄z humanā naturā habet cognitionem in verbo de rebus creatis. ergo ipe s̄m humanā naturā nō habet earundem rerum aliaruz cognitionem vel scientiā. ¶ Preterea. i. Corin. 13. Cum venerit qd̄ perfectuz est euacuabitur quod ex parte est. sed cognitio qua cognoscunt res in verbo est pfecta respectu alterius modi cognitionis reruz. ergo cum ipsa non est alia in christo cognitio. ¶ Preterea. propter hoc q christus habet visionem comprehēsoris nō ponitur in eo fides q̄ est viatoris cognitio diuinor: sz sciētia rerū in verbo est ppriuz cōprehēsoris ergo cum ea nō opz ponere aliā cognitionē q̄ cōpetit viatoribus. ¶ Sed contra. cognitio matutina in angelis: qua cognoscūt res in verbo: nō excludit vespertinā: qua cognoscūt res in propria natura sed anima xp̄i perfectior est in cognoscēdo q̄ aliquis angelus. ergo et ipsa habet duas cognitiōes. ¶ Preterea. plus distat a pfectione cognitionis in verbo cognitio sensitiua q̄ cognitio intellectiua in proprio genere: sed

cognitio inverbo non excludit in xpo sensitiuā cognitionem. ergo multo minus cognitionem rerū in proprio genere.

Respondeo dicendum ad primam questionē q cū in xpo sit vna persona z due nature: cōsiderandū est vtruz ea que attribuunt christo pertinēt ad rationem persone vel ad ratiōem nature z si quidem ad ratiōez persone: sic opz in christo illud tantum vnuz ponere: sicut vnum tātuz esse: vnū suppositum: vna ypostasis. z sic de alijs. Si autem pertinet ad naturam: aut ad alteram tātuz aut ad vtramqz si ad alteraz tātum: sic iterum est vnum tātum sicut vna immensitas: et vna anima. si autem ad vtrāqz sic qr nature in xpo sunt itegre oportet ponere talia esse duo: sicut duas voluntates duo libera arbitria. vnde cum scientia pertineat ad diuinam naturam z humanam oportet in christo ponere duas scientias vnam creatā: et aliam increatam.

Notitia theologica.

Ad primū ergo dicendum q sciētia est de his que consequuntur humanam naturam ſm animaz que est pars eius: vnde licet in xpo sit scientia diuina que est perfectissima: tamē ea nō formaliter pficitur humana natura: z ideo oportet creatam cognitionez vel scientiam in ea ponere. ¶ Ad secūdum dicēdum q diuersa luminaria per radios suos sunt nata informare easdē res: z sunt ei usdē ratiōis in illuminando. vnde effectus minoris lucis nō percipitur: qr sensus replet luce maiori. sed sciētia creata z increata non sunt vnius ratiōis nec idem informant. z ideo non est simile. ¶ Ad tertium dicēdum q nihil prohibet aliqd esse dignius alio ſm qd: qd est indignius simpliciter. sicut etiaz color corporis xpi ſm quid est dignior ipo corpore incōptum se hz ad ipm: sicut act ad potētiam: cū sit forma accidentalis ipsius tn corpus xpi est dignius simplr. z similiter se habet sciētia creata ad animam xpi.

Ad secundā qōnem dicendum q nulla potētia passiua pōt in actū exire nisi completa per formam actiui per quā fit in actu qr nihil opatur nisi ſm q est in actu. impressiōes autem actiuorum possunt esse in passiuis dupliciter. vno modo per modum passiōis. dum. s. potētia passiua est in trāsmutari. alio modo per modum qualitatis z forme: quando impressio actiui iam facta est cōnaturalis ipsi passiuo: sicut etiam phs in predicamentis distinguit passionē z passibilem qualitatē. Sensus autem potētia passiua est: qr nō potest esse in actu oim ad que se extēdit sua operatio p naturam potētie nō enim potest esse aliquid qd actu habeat omnes colores: z sic patiēdo a coloribus fit in actu: z eis assimilat: z cognoscit eos. Similr etiaz intellect est cognoscitiuus oim entium: qr ens z vnum cōuertūtur: qd est obiectum intellectus. nulla autem creatura potest esse in actu totius entitatis: cuz sit ens finitum. hoc em solius dei est: q est fons oim entium: oia quodāmō in se prehabēs: vt dicit Dionys. z ideo nulla creatura potest intelligere sine aliquo intellectu

Responsio ad secūdā questiunculaz.

qui sit potẽtia passiua: idest rece ptiua. vnde nec sensus nec intel lect⁹ possibilis opari possunt ni si p sua actiua perficiant vel mo ueant sed qꝛ sensus nõ sentit nisi apud pñtiam sensibilis: ideo ad eius operationem pfectam suffi cit impressio sui actiui per modũ passionis tantum. In intellectu aũt requiritur ad eius perfectio nem ꝙ impressio sui actiui sit in eo nõ solum per modum passio: nis: sed etiam per modum quali tatis ⁊ forme cõnaturalis perfe: cte. ⁊ hãc formam habitum dici: mus. Et qꝛ qđ est naturale firmi ter manet: ⁊ in promptu est ho: mini vti sua naturali virtute: ⁊ est eidem delectabile: qꝛ est nature cõueniens: ideo habitus est diffi cile mobilis sicut sciẽtia ⁊ eo po: test homo vti cum voluerit: ⁊ red dit operationem delectabilem. Sicut autem in sensu visus est duplex actiuum. vnum quasi p̃: mum agẽs ⁊ mouẽs: vt lux. aliđ quasi mouens motum: sicut co: lor factus visibilis actu per lu: cem: ita in intellectu est quasi p̃: mum agens lumen intellectus agentis: ⁊ quasi mouẽs motum species per ipm facta actu intel ligibilis: ⁊ iđ habitus itellectiue partis cõficit ex lumine ⁊ spẽ itel ligibili eoꝝ q̃ p spẽ cognoscunt qꝛ igitur intellectus xp̃i pfectissi mus fuit in cognoscẽdo oporte: bat ꝙ in xp̃o habitus esset quo cognosceret: vt sic impressio acti ui nõ solũ eẽt in ipo p modũ pas sionis: sed etiã p modum forme.

Ad primũ ergo dicen dum ꝙ ho: mo indiget ad intelligendum lu mine intellectuali. ⁊ in naturali cognitione rerum naturaliũ: vt per ipsuꝫ fiãt intelligibiles actu cum sint intelligibiles in poten: tia ⁊ in cognitione supernatura li: vt per lumen infusum ad ea que sunt supra se eleuet: ange: lus auteꝫ nõ indiget habitu in cognitiõe naturali: quia nõ ab: strahit a fantasmatib⁹ spẽs: sed hꝫ eas innatas: indiget tamen eo in cognitione supernaturali vnde dicitur Job. 25. Nunquid est numerus militum eius: ⁊ su per quem nõ fulget lumen il: lius ⁊ ideo angeli in cognitione naturali non indigent habitu ẜm ꝙ ad habituꝫ requiritur lu men. Exigitur autem ẜm ꝙ re: quiritur spẽs reruꝫ propter hoc: quia habẽt esse limitatum. vnde dicit in libro de causis: ꝙ omnis intelligẽtia est pleniformis. ani ma autem xp̃i ꝙ sit superior an gelis nõ habet ex natura anime quia sic quelibet anima esset su: perior angelo: sicut nec corp⁹ ei⁹ habet ex natura corporis ꝙ sit nobilius nostris animabus: sed habet ex vniõe. vnde omnia que superadduntur a deo in anima christi et in angelis sunt eminen tius in anima christi q̃ in ange: lis. ¶ Ad 2^m dicẽdum ꝙ anima intellectiua comparatur ad res intelligendas dupliciter. Uno modo vt faciens eas intelligibi les actu: qꝛ non omnes res put sunt insunt natura: sꝫ actu intel ligibiles: sed solum res immate: riales. vnde et res materiales in telligibiles efficiuntur per hoc ꝙ abstrahuntur a materia par: ticulari: et a conditionibus eius vt sic quadammodo intellectui qui immaterialis est assimilen: tur. Alio modo comparatur ad res vt cognoscens eas. et scđm

hoc oportet q sit similis ipsis rebus. vt per propriá rationem cuiuslibet rei de ea determinatam cognitioné habeat. ad hoc autez q aliquid assimilet multa sufficit q habeat in actu illam solaz formá: sm quá dicitur esse similitudo: sicut per calorem ignis multa sibi assimilat. Sz ad hoc q aliqd sit simile multis opz q actu olm illorũ multorũ formas habeat: sicut si in pariete sint diuersarum rerum similitudines. et ideo ala intellectiua pōt facere oia intelligibilia per vnam naturá luminis: quá actu habet sine hoc q aliqd aliud ab alio recipiat. et ideo potentia qua hec efficit est simpliciter actiua. ꝛ dicitur intellectus agens: qui non operatur aliquo habitu mediãte. Sed cũ essentia ale sit limitata. non pōt per eá assimilari omnibus quiditatibus rerum intellectarum. vnde oportet q ista assimilatio compleatur per hoc q aliquid aliũde recipit. ꝛ ideo potentia qua perficitur quasi passiua est sm q omne recipere dr pati. ꝛ vocatur possibilis intellectꝰ qui operatur aliquo habitu mediante. Quãuis auté possibilis intellectꝰ in xpo sit nobilior simpliciter ex vnione ꝙ intellectus agens in nobis: tamé non est nobilior ex ratione potentie: sicut nec sensus ciꝰ nobilior é itellectu nostro ex ratione potentie. vnde non sequit q si intellectus agés in nobis non est subiectum alicuius habitus q nec possibilis intellectus in christo. ¶ Ad tertiũ dicenduz: q potentie naturales operatur circa aliqua determinata. vnde possunt sm naturam suam esse in actu simpliciter respectu illorum: ꝛ ideo non oportet q eis aliquid addatur ad pducendum suum effectũ. sed anima humana habet operationez circa ens simpliciter. ꝛ ideo cum habeat possibilitatem in suo eē oportet q eius possibilitas perficiatur per aliquid additum ad hoc q operetur.

Rñsio ad secundã qstiunculam

Ad tertiam questionem dicendũ q habitꝰ scientie ex duobus cōsistit: vt dictum est. s. ex lumine intellectuali: et ex similitudine rei cognite. in cognitiōe autem ꝙ anima xp̄i vel ꝗlibet anima videt verbum per essentiam non potest esse habitus quantũ ad speciem que sit similitudo cogniti. Cũ em oē qđ recipitur in aliquo sit in eo per modum recipientis: essentie diuine similitudo nō potest in aliqua creatura recipi: que perfecte repńsentet ipsam propter infinitam distantiã creature ad deum. Et inde est q illud quod est in deo vnũ et simplex creature diuersis formis et perfectionibꝰ representant: vnaquecꝫ earũ deficiéte a pfecta representatiōe diuine essentie. similitudo autem alicuius rei recepta in vidente non facit eum videre rem illã nisi perfecte eã representet sicut similitudo coloris in oculo existés non facit videre lucé perfectam. quia in colore non est nisi quedam obumbrata pticipatio lucis. et ideo ꝗcunqꝫ intellectꝰ cognosceret verbum per similitudinem aliquaz nō diceret videre essntiam verbi Ita ptz q ania christi ꝛ quelibet alia ala que videt verbum per essentiam non videt ipsum mediante aliꝗ similitudine. sitr non

potest

pōt ex parte luminis in illa visio ne eē habit⁹ cꝺtrū ad effectu lucis intellectualis cui⁹ ē intelligibilia facere in actu. qꝛ res im materiales ꝭm se sunt itelligibilia in actu. ſꝫ opꝫ ꝙ ſit ibi cꝺtruꝫ ad aliū effectū q̄ ē ꝑficere itellm̄ poſ̄em ad cognoſcēdū. qꝺ in nobis faciūt ſpēs illumināte lumie itellect⁹ agētis. ſꝫ qꝛ illa viſio excedit oēm facultatē nāe create: iō ad illam viſionem nō ſufficit lumē nature: ſed opꝫ vt ſupadꝺatur lumen glorie.

Ad primū ꝫ dōm qꝺ nō eadem eſt vnio qua vnit̄ verbū aie xp̄i in pſona: ꝛ qua vnit̄ ei vt viſibile videri. qꝛ vnit̄ corpi in pſona: nō tn̄ videt̄ a corpe: ꝛ ideo lꝫ in vnione illa qua vnit̄ aia v̄bo in perſona non cadat aliqꝺ medium: nō tn̄ opꝫ ꝙ in viſione in ō cadat aliqꝺ mediū: nō quidē dico mediū: ſicut in quo videt̄ vt ſpeculū vel ſpēs: ſed ſicut ſub quo videt̄: ſicut lumē. ¶ Ad ſcōm dicēdū ꝙ habitus ſcie nō tm̄ cōſiſtit in ſpeciebꝰ: ſed ēt in lumine vt dictū eſt. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ illud lumē nō ē qꝺ ſubſiſtēs: vt poſſit vniri verbo quaſi cognoſcēs v̄bū: ſed eſt illud quo aſſimilatur aia verbo formaliter vt poſſit in viſionē v̄bi ſicut in gr̄a eſt ſilitudo quedam aie ad deū et hec eſt nobilior aia ꝭm quid et non ſimplr̄. vt dictū eſt.

Rn̄ſio ad tertiā q̄ſtiūculam.

Ad quartā qōnē dicendū qꝺ illud in quo aliqꝺ videt̄ ē ratio cognoſcēdi illud qꝺ i eo v̄r. Rō aūt cognoſcēdi eſt forma rei inꝗtrū ē cognita qꝛ ꝑ eā ſit cognitio iactu. vn̄ ſicut ex materia et forma ē vnū eē: ita rō cognoſcēdi ꝛ res cognita ſunt vnū cognitū. ꝛ ꝑꝑ hoc vtriuſqꝫ inꝗtū hmōi eſt vna cognitio ꝭm habitū ꝛ ſꝫ actū: ꝛ ita nō eſt alius hit⁹ quo cognoſcitur v̄bū: ꝛ ea que i verbo vident̄. ſicut nec ali⁹ hitus q̄ cognoſcit mediū demōſtratiōis et cōcluſio ꝭm ꝙ mediū ad concluſionē ordinatur.

Ad primū ꝫ dōm qꝺ qn̄ vident̄ res in ſpeculo ſpēs iſtarū rerum nō iprimunt̄ a reb⁹ in ſenſuꝫ: ſꝫ a ſpeculo: vn̄ imprimunt̄ oēs iſte ſpēs in ſenſum vt concluſe i vna ſpē ſpeculi: nō qꝛ ſit alia ſpēs ſpeculi: ꝛ alia ſpēs rei viſe in ſpeculo. Sꝫ in viſione v̄bi nō imprimitur aliqua ſilitudo a v̄bo iaiam ꝑ quā videat̄: vt dictū eſt: ſꝫ ipm̄ ꝑ eſſentiā ſuā aie vnit̄: ꝛ ꝺō in ipa eſſentia verbi vident̄ alie res. qꝛ eſſentia v̄bi hꝫ rōnē ſpeculi que fit i viſu a ſpecl'o. ¶ Ad 2m dōꝫ ꝙ aia aſſimilat̄ rebus quas cognoſcit in v̄bo nō ꝑ aliquas formas illarū rerū ipreſſarū in aia ſꝫ ꝑ hoc ꝙ verbū ipm̄ efficit̄ vt forma aie videnti inꝗtum videtur ab ea: ꝛ ipm̄ v̄bū eſt ſilitudo oīm illarū rerū. ¶ Ad 3m dōꝫ ꝙ ſicut abeuntibus rebus ſenſibilibus remanēt impſſiōes rerū ꝭm quas eſt imaginatio: ita ēt abeūte v̄bo i ipo q̄ deſinit videre verbū remanet impſſio in aia eius a verbo ꝑ quā cognoſcunt̄ ea q̄ in verbo videat ꝑ ſpēs illarū rerū. ꝛ hec erit quaſi reliquie preterite viſionis.

Rn̄ſio ad q̄rtā que ſtiūculam.

Ad quintā qōnē dicēdū qꝺ ꝭm ph̄m in. 3°. de aia intellect⁹ ꝑ poſſibilis eſt in potentia ad oiaꝫ intelligibilia: omne aūt qꝺ ē in potentia ad formā aliquam re

manet impfectū nisi illa forma fiat in eo. vnde cū intellect⁹ xp̄i non sit impfectus: opȝ ꝙ forme rerū: ad quas intellectus possibilis est in potentia: sint descripte in eo. sȝ s̄m ꝙ cognoscit verbum non depingitur. i eo: neqȝ similitudo verbi: neqȝ res q̄ videntur in verbo: vt dictum est: Unde opȝ ꝙ p̄ter visionez qua videt res in verbo habeat aliā sciaȝ de rebus s̄m ꝙ cognoscit eas p proprias silitudines in ꝓpria natura: ⁊ sic habemus tres scientias xp̄i. Una est diuina. q̄ est increata. Alia qua cognoscit res in verbo ⁊ v̄bū ip̄m. que est sciētia ꝯprehēsoris. Tertia qua cognoscit res in ꝓpria natura: q̄ cōpetit ei s̄m ꝙ est hō i solis naturalibus cōsideratus.

Ad primū ergo dōm ꝙ iste due sciētie vltime nō sunt vnius rōnis nec vnius speciei: ⁊ iō nō est incōueniēs ꝙ sint in eodē nō rōne einsdē: ❡ Ad 2m dōm ꝙ verbū Ap̄li intelligendū est de perfecto et imperfecto in eadeȝ specie. nō t̄n est incōueniēs ꝙ in eodē sint perfectiones: quarū vna sit maior altera diuersarū spēȝ. ❡ Uel dicēdū ꝙ scientia rerum in ꝓprio genere non habet aliquā imperfectionē ex parte cognoscētis. vnde etiā in beatis ē: quāuis sit inferior illa scientia qua videntur res in verbo ꝓpt̄ ignobilius mediū cognoscendi vnde non est simile de fide que importat imperfectionē ex parte credentis. ❡ Et per hoc patȝ responsio ad tertium.

❡ Utrum anima christi videndo verbum comprehēdat ipsūm.



Ad scdm sic ꝓcedit̄. videt̄ ꝙ aia xp̄i v̄bum videndo cōprehenderit. Sicut enī dicit Isido. trinitas sibi soli nota est ⁊ homini assumpto. sed visio qua deus videt̄ soli deo est cōueniens: et nulli alij pure creature est visio cōprehensionis. ergo homo assūptus cōprehendit trinitatem. ❡ Preterea mai⁹ est vniri deo q̄tū ad eē psone q̄ q̄tū ad visionē. sed sicut dicit Dama. tota diuina natura vnita est carni in psona filij: ergo multo forti⁹ tota diuina natura vnita est aie p modū visibilis: ⁊ ita aia xp̄i cōp̄hēdit deitatē v̄bi. ❡ Preterea verbū ē simplex nō diuisibile: sȝ simplex nō pōt ab aliquo capi quin cōprehēdat̄. q: nō pōt eē partim intra capientē et partim ex̄. cum igit̄ aia xp̄i verbū vidēdo capiat videt̄ ꝙ ip̄m comprehendat.

❡ Sȝ ꝯ s̄m Aug. illud ꝓprie cōprehendit̄ cui⁹ fines cōspiciunt̄ sȝ verbi cū sit infinitū fines conspici nō p̄nt. ḡ nō pōt cōprehendi ab aia xp̄i. ❡ Pretea. nulla potētia substantie finite est infinita sȝ aia xp̄i cū sit creata ē substātia finitaq̄ oīs v̄t⁹ ei⁹ ē finita ḡ ⁊ capacitas ei⁹. sȝ capacitas finita nō cōp̄hēdit infinitū: cū igit̄ v̄bū sit ifinitum nō potest comp̄hendi ab aia xp̄i.

❡ Utrū in verbo cognoscat oīa que cognoscit verbū.

Alterius vr̄ ꝙ in v̄bo non cognoscat oīa que cognoscit verbum. Matt. 14. De die illa nemo scit neqȝ filius: sed sol⁹ p̄r: sed nō lo- p̄ria q̄ stium- cula.

quitur de filio ƒm diuinã nãm ƒm quã habet eandẽ sciam cu3 pr̃e. ğ loquit̃ de filio ƒm humanã nãm. ğ xp̃s ƒm alam non scit oia q̃ scit deus. ¶ Preterea de⁹ scit infinita: sed ala xp̃i cũ sit finita nõ põt cõprehẽdere ifinita: ğ nõ oia scit q̃ deus scit. ¶ Preterea ex infinitate diuine potẽtie ẽ qđ põt ifinita facere. s3 ala xp̃i non cõprehẽdit infinitatẽ diuine potẽtie. ğ nõ cõprehendit oia que deus põt facere. sed de⁹ scit oia q̃ põt facere. ergo ala xp̃i nõ h3 sciam oim que scit de⁹. ¶ Preterea quãto aliq̃s intell'cs est altior tanto põt ex vno plura cognoscere: ꝛ ꝓpter hoc dr̃ scia superiorũ eẽ vnior q̃ꝫ inferiorũ in lib. de cau. ꝛ a Dio. sed itellect⁹ diuin⁹ est altior in ifinitũ ꝙ ala xp̃i. ğ i infinitum plura põt ex seipso cognoscere q̃ꝫ ala xp̃i ex visiõe vni⁹ diuine essentie. ¶ Sed contra Apoc. 5. Dignus est agnus qui occisus est accipe diuinitatẽ et sapiam. glo. idest oẽm cognitionẽ. ergo cũ agn⁹ sit occisus ƒm humanã naturã. videt̃ ꝙ xp̃s ƒ3 humanã naturã oẽm cognitionẽ habeat. ¶ Preterea nullũ bonũ est ꝙ ala xp̃i nõ amet. q2 h3 ꝑfectã charitatẽ. sed nõ amat̃ nisi cognitũ. ergo nullũ bonũ est qđ nõ cognoscat. sed omne quod est inquantum est: bonum est: ergo cognoscit omnia.

¶ Utrũ cognoscat oia ita limpide sicut verbum.

Alterius videtur qđ cog̃scat oia que ita limpide: vt deus limpiditas enim visionis impeditur per obscuritatem potẽtie vidẽtis aut ipsius medij: sed in potẽtia itellectiua christi non est aliqua obscuritas cũ eius ala sit speculũ clarissimum et mundissimũ: medium autẽ est idem in quo videt deus et ipsa aia xp̃i sc3 ipsa eẽntia diuina. ergo ala xp̃i nõ min⁹ limpide videt q̃ꝫ de⁹. ¶ Preterea si deus magis limpide videt q̃ꝫ ala xp̃i: limpiditas in infinitum limdiditatem excedit: s3 inter infinite distantia pñt esse infinita media. ergo pñt eẽ ifinite creature magis limpide cognoscentes quã ala christi. ¶ Preterea limpiditatis defect⁹ in itelligẽdo cõtingit ex hoc ꝙ virt⁹ itellectiua nõ põt sufficiẽter supra rẽ itelligẽdã: siue cõtingat ex excellẽtia rei intelligẽde ad quã nõ ꝑtingit itellect⁹: siue ex defectu eius: q2 intellect⁹ agẽs nõ põt ꝑfecte eis dare rõnẽ intelligibilis: sicut sunt ea que nõ habent esse perfectũ sicut tẽpus ꝛ motus s3 ala xp̃i sufficienter põt sup oẽm naturam creatam: ergo oia que in verbo videt: videt in termino lipiditatis: ergo deus non magis limpide videt quam anima xp̃i. ¶ Sed cõtra. quãto magis visus est acutior tato visio limpidior sed visus diuinus est in infinitum acutior et potentior in intelligendo quã visus anime xp̃i ğ in infinitũ lipidi⁹ videt. ¶ Preterea maior lux maiorẽ visiõis claritatem causat. sed lux increata qua videt deus in infinitum est maior quam lux creata intellectus christi: ergo de⁹ i infinitũ limpidius videt.

2ª questiũcula.

¶ Utrũ vno ituitu oia videat q̃ cognoscit in verbo.

Alterius videtur. qđ anima christi nõ vnũ ituitu oia videat que i ṽbo cog̃scit. q2 sic dic̃ p̃hs scim⁹

3ª questiũcula.

plura intelligim⁹ vero vnū: sed nō videt aīa xp̄i aliqua in v̄bo nisi intelligēdo: ergo nō pōt vno intuitu oīa videre. ¶ p̄terea aīa xp̄i in verbo videt oīa q̄ videt verbū. s3 verbū videt infinita. ergo ⁊ aīa xp̄i videt infinita: si igit̄ simul actu oīa videret q̄ ibi videt esset ꝑtrāsire actu infinita: qđ nō cōtingit. ¶ p̄terea q̄titas virtutis commēsuratur operationi. sed aīa xp̄i est finita ergo nō pōt in operationem infinitam nec in infinitas operationes simul. sed si oīa infinita videt simul aīa xp̄i diuersis operationibus ſm diuersa oƀa habet infinitas operationes simul. si aūt vna opatione habet infinitam opationē: qđ est impōſe: ergo nō videt actu oīa simul que videt in verbo. ¶ p̄terea angeli beati nō vident simul actu q̄cquid vident in verbo. vñ ⁊ vnus alium illuminat. 3 visio qua aīa xp̄i videt in verbo est similis illi visioni: ergo non oīa simul videt in verbo. ¶ Sed cōtra p̄hs dicit in p̄mo ethi. q̄ felicitas nō consistit in habitu sed in opatione: sed xp̄s est ꝑfecte felix ⁊ beatus: ergo est in actu oīm eorum que cognoscit. ¶ p̄terea quecūq̄ cognoscunt̄: cognoscuntur vel habitu vel actu: sed xp̄s non videt per aliquē habitū sp̄erum ea que videt in verbo. si ergo nō videt actu nullo modo cognoscit nisi in potentia. ¶ p̄terea quecūq̄ vident̄ in vna specie simul videntur: sicut homo simul videt quātitatē et colorem: sed oīa que videt anima xp̄i in verbo. videt in vna eēntia verbi q̄si in vna spē: ergo aīa christi oīa simul videt.

Respōdeo dicēdum ad p̄mo q̄ōnez q̄ illud ꝓp̄rie cōprehēditur qđ attingit̄ ab intellectu ſm totā3 rōnē sue cognoscibilitatis. ⁊ hoc est fines eius cōspici: nō q̄dē rei: quia sic deus seip̄m nō comprehēderet: q2 fines nō h3. sed quia ſm omnē rationē qua cognoscibilis est seipsum cognoscit: ideo comprehendere seip̄m dr̄. et q2 vnūquodq̄ est cognoscibile ſm q̄ est ens. ideo dicta comprehensio contingit quando adequat̄ ad essentiam rei efficatia intellectus intelligēdo: cū autē intellectus duo habeat in intelligendo. s. lumē intellectuale quo intelligere potest: ⁊ silitudinē rei intellecte qua sua itellectualis operatio determinatur ad hanc rem cognitam. Quodcūq̄ horū excedatur a re scđm quod est in suo esse: intellectus illam re3 nō comprehēdet: sed in hoc differt: q2 si excedat res similitudinem intellect⁹: qua rem ipsa3 intelligit: tunc intell's nō attingit ad vidēdū essentiā illius rei: q2 vt dictu3 est: per similitudinem illam intellectus determinat̄ ad rem cognitā: sicut si species itelligibilis rep̄ntaret hoīem inq̄ntū est sensibilis: ⁊ nō inq̄ntū est rōnalis: tūc eñ non videt̄ essentia hoīs. quocūq̄ eñ subtracto de essentialibus rei remanet essentia alterius speciei. Si autē res excedat lumen intellect⁹ et non spēm: tūc videbit̄ q̄dem essentia rei: sed non modo ꝑfecto vt cognoscibilis est: eo q̄ vt dictū ē ex lumine intellectuali est efficatia intelligēdi. sed quia esse qđ recipitur in creatura deficit ab eminentia esse creatoris ideo omnis

Cōp̄hensionis rōnal.

intellectus creatus cognoscens deum per silitudinē aliquā siue impressam siue a reb9 acceptam nō videt essentiā dei sed ad hoc ꝙ videat deū opȝ ꝙ ipsa dei eēntia coniungatur itellectui vt forma qua cognoscit determinate qđ est in oībus beatis. Sȝ qꝛ lumen intellectuale facit intelligētē simplr̄: ideo opȝ ꝙ oīs intellectus intelligat per lumē qđ sit ī ipso. vñ per lumen intellectuale quod est in intellectu creato receptum quo deum videt: deficit ab esse diuino: ꝛ iđ ꝗ̄uis essentiā dei vedeat: non tamē perfecto modo videt: ꝛ ꝑpter hoc intellectui creato cōicari nō potest ꝙ deum cōprehendat.

Ad primū ergo dicendū ꝙ Isiđ. loquitur de perfecta cognitione trinitatis: que trinitas de seipa pfectā cognitionē hȝ simplr̄. sed aīa xp̄i hȝ de ea cognitionē pfectā in genere creature. ¶ Uel dicēdū ꝙ nō loquitur de cōprehēsione ipsius trinitatis ꝺm se sed ꝗ̄tū ad oīa que ī seipsa trinitas cognoscit: qꝛ oīa illa cognoscit ī ea aīa xp̄i. nō autem aliqua alia creatura. vel si intelligat de cōprehensione trinitatis in se: tunc homini assumpto cōuenit: nō rōne nature humane: sed rōne diuine. ¶ Ad scđȝ dđm ꝙ sicut nihil est de diuina natura qđ non sit hūane nāe vnitū in persona verbi: nō tñ hūana nā adeq̄t diuine nature: propter qđ diuina natura tota dicitur vnita hūane nature nō cōclusa in humana natura. silr̄ qꝛ nihil est đ natura verbi quod aīa xp̄i non videat: nec tñ ei adequat. pōt dici: ꝙ aīa xp̄i totam naturā verbi videt. nō tamē eā cōprehendit: eā nō totaliter videt. Illđ enim totaliter videt cui9 visibilitas nō excedit modū vidētis: vt. s. vidēs ita pfecte videat. sicut res perfecte visibilis est. vñ q̄ habet opinionē tm̄ de quo scia haberi pōt nō totaliter cognoscit illud ꝛ iđ nullus intellectus creatus pōt essentiā dei totaliter: videre: qꝛ eius efficatia non est tāta in intelligendo quāta est veritas siue claritas diuine eēntie ꝺm ꝗ̄ visibilis est. qđ solius diuini est intellectus: ꝛ iđ ipse sol9 seipm totaliter cognoscit. ¶ Ad tertiū dđm ꝙ nō negatur verbum ab aīa xp̄i comprehedi. qꝛ partem eius videat ꝛ partē ei9 non videat. sed quia non ita pfecte videt sicut visibile est. sicut etiam duoꝝ qui vnā cōclusionē sciūt: vnus pfecte scit. nō đꝛ alter conclusionis partē sciat. et partem ignoret. sȝ qꝛ vn9 scit per mediū efficatius quā alter. Aīa xp̄i q̄ nō videt ꝺbuȝ.

Ad secundā qōnē dicendū ꝙ quidā dixerūt oēm intellectū vidētē deū videre oīa que videt deus: sȝ hoc nō est necessariuȝ qꝛ cū res videnť in deo: deus est q̄si mediū cognoscendi illas res nō est aūt necessariū ꝙ q̄ cognoscit aliqđ mediū cognoscat oīa illa q̄ ꝑ mediū illđ cognosci ꝑñt nisi plenarie mediū illud ꝺm totam virtutē suā cognoscat. et iđ ip̄e deus qui seipsum cōprehendit: oīa que ī eo sunt q̄litercūq̧ cognoscit: sȝ diuersimode: qꝛ ea que sunt erunt vel fuerūt ꝺȝ qđ cūq̧ tēpus scit scia visionis. qꝛ illud proprie videť quod habet eē ex̄ vidētē. Et ꝗ̄uis eēntia ꝑ quam videt sit vna. tñ qꝛ per di Rñ sio ad primam q̄stiunculaȝ.

stinctas rōnes ideales ea videt: idō distictā cognitionē de eis habet: dum vnūquodq₃ cognoscit fm ppriā ideam: sicut bonū. vel per opposituȝ ideam. sicut malū: distinctio autem harum rationū est ex diuerso respectu exemplaris. s. diuine essentie ad res visas Sed ea que nec sunt nec fuerūt nec erunt: et tamē potuissent esse vel fuisse vel futura esse: cum in seipsis non sunt: nullā in seipsis distictionē habēt: nec sunt nisi in potētia ipsius dei: in q̄ vnū sunt. vnde non possunt eē respectus diuersi fm quos distinguātur rationes horum possibilium et ideo hec deus nō cognoscit p ideas distinctas: sed per cognitionem sue potentie in qua sūt. et ideo dicit hec cognoscere simplici intelligentia. qꝛ intelligentie est concipere etiaȝ ea que nō sunt extra concipientē. Sȝ quia omne quod agit aliquid vł pōt agere: agit illō fm quod est ens actu: idō impoīe est q̄ aliqs sciat oīa que ex aliqua cā pñt pduci nisi comprehendat eius entitatem. ⁊ qꝛ nullus intellectus creatus comprehendit essentiam diuinā ideo nullus creatus intellect⁹ pōt scire oīa que deus potest facere: et hec sunt illa q̄ de⁹ scit simplici intelligentia. sed ea que sunt fuerunt vel erunt deficiunt ab infinitate diuine potentie: quia plura facere posset. Unde non prohibetur aliquis creatus intellect⁹ cognoscere ea oīa sed vnusquisq₃ tanto plura eoꝝ in verbo cognoscit: quanto perfectius verbum intuetur. ⁊ quia aīa xp̄i perfectissime inter creaturas verbū intuet: ad terminuȝ huius cognitionis peruenit scȝ q̄ scit oīa: q̄ fuerūt vel erūt nō solū facta: sed cogitata vel dicta. ⁊ quia cōprehēdit quālibet. essentiam creatam ideo scit omnia q̄ sunt in potentia seminali creature cuiuscunq₃ eo mō quo de⁹ scit que sunt in potentia sua. sic ergo dōm est q̄ videt i v̄bo: oīa q̄ videt verbum scientia visiōis.

Ad primū ergo dōm: q̄ dr filius nescire: quia non facit nos scire ex eo, q̄ ad nos mittitur silr necȝ spūsctūs. sȝ solus pr̄. scire dr. qꝛ ipse nō mittitur. vñ scia pr̄is intellr̄ ꝯtū ad hoc q̄ in se scit: a qua scia non excluditur filius et spūsctūs. vt sic intelligitur d̄ filio nō solū inq̄tū homo. sed etiā inq̄tū de⁹. vel pōt intelligi de filio fm humanam naturam fm eundem modū loquendi. ¶ Ad scdm dōm q̄ deus infinita nō scit per visionis sciam: sciret tn̄ si gn̄atio in futuꝝ nūq₃ cessaret. qd̄ deo est possibile. et hac positione facta aīa xp̄i sciret infinita scia visionis. vt quidam dicunt: nunc autē scit infinita simplici intelligentia in quātum scit oīa que fieri possunt p potentiam creature. que infinita sunt ad minus fm numerum. Nec hoc impeditur per hoc qd̄ est eius subā finita propter duo primo qꝛ ista infinita. que sciret si generatio semper duratura esset: non cognosceret per infinita sed per vnum scȝ verbum nec tamē comprehenderet illud verbum. quia ex illo vno possent adhuc multo plura educi. Posset enim aliquas alias species facere: ea autem infinita. que sunt in potentia creaturarū: iterū cognoscit comprehendendo. ipsaꝝ

Nota intellectum euangelij.

creaturas: que infinite nõ sunt. virtus autẽ cognoscẽtis ꝓportionat̃ medio cognoscẽdi magis ꝙ̃ ipsis cognitis. Scḋo qꝛ cõtingit aliquã virtutẽ limitatam esse quantũ ad esse: sed non quãtuꝫ ad rationẽ illius virtutis: sicut supra de grã dictũ est. et qꝛ rõ virtutis determinat̃ ad obiectũ: ideo cõtingit aliquã virtuteꝫ finitam quantũ ad essentiam posse in infinita oꝑa: sed nõ oꝑari modo infinito: qꝛ efficacia infinita in agẽdo nõ potest esse: nisi ab essentia infinita: cũ vnũquodꝙ agat ẜm ꝙ est ens actu: sicut virtus solis ẽ ad ꝓducendũ infinitas herbas: qꝛ quantumcũꝙ producat nũꝙ virtꝰ sua exhaurit: nõ tñ agit efficacia infinita. Ita etiam aĩa xp̃i: ꝙ̃uis finita sit in essentia: nõ tamen ꝓhibetur quin infinita cognoscere possit. sed ꝙ non possit cognoscere ea limpiditate infinita. ¶ Ad tertium dr̃m: ꝙ deꝰ potest facere multa: q̃ nunꝙ faciet ⁊ illa scit deus scia simplicis noticie: nõ autẽ scia visiõis. scia autem aĩe christi: nõ perficit̃ etiam in numero scitoꝝ scientie diuine que est simplicis noticie: sꝫ solũ scientie visionis: vt dictum est.

¶ Ad quartũ dicenduꝫ ꝙ deus scit ex ip̃a sua eẽntia: que potest deus facere: que tñ in aĩa christi nõ scit: et ideo quãtũ ad hoc deꝰ plura scit. ¶ Preterea hoc hꝫ locum in illis: q̃ minor intellectus nõ comprehẽdit. si eñ oĩa comprehendit: tunc oĩa scit inferior intellectus in illis. que superior nõ tñ ita bene. et ideo cũ aĩa xp̃i cõprehẽdit creaturas scit oĩa q̃ sunt in creatura vel actu vel potentia ipsius: non tamen ita limpide: sicut deus.

Ad tertiã q̃stionẽ dicendum: ꝙ claritas vel limpiditas visionis ꝯtingit ex tribus. Primo ex efficacia virtutis visiue: qꝛ q̃ sunt fortioris visus magis limpide vident. Scḋo ex claritate lucis sub qua claritate visibile videtur: sicut clarius videt̃ aliq̃d in lumine solis ꝙ̃ in lumine lune. Tertio ex cõparatiõe visibilis vel eius in quo aliq̃d videt̃ ad videntẽ: quia qḋ a remotiori videtur minus clare videtur. et ꝓpter hec tria non põt aĩa xp̃i ita limpide videre ea q̃ videt in verbo: sicut ipsum vbũ. Primo quia nõ habet tantã virtutẽ in intelligendo. Scḋo qꝛ lumẽ sub quo videt deficit a lumie icreato. Tertio qꝛ essentia diuina: que est exemplar rerũ in quo res videntur: est magis coniũcta deo ꝙ̃ alicui creature: qꝛ est idẽ eidẽ ẜꝫ rem. Rñsio ad secundã q̃stiunculam

Ad primũ ergo dr̃m. ꝙ aĩa xp̃i est speculũ clarissimum respectu creaturarum: non tñ ꝯtingit ad claritatẽ diuinã. nec ex hoc seq̃t̃ ꝙ sit i eo aliq̃ obscuritas. sic̃ nec in minꝰ albo est aliqua nigredo sꝫ albedo minꝰ intẽsa. ¶ Ad 2[m] dr̃m ꝙ ꝙ̃uis limpiditas cognitiõis diuie in ĩfinitũ excedat limpiditatẽ cognitiõis aĩe xp̃i: nõ tñ seq̃t̃ ꝙ possit eẽ alia creatura lĩpidiꝰ cog̃scẽs ꝙ̃ aĩa xp̃i: qꝛ ꝑuẽit ad vltimũ gradũ creature poteꝫ sicut supra dictũ ẽ de grã eiꝰ. Ad tertiũ dr̃m: ꝙ limpiditas intelligẽdi: nõ est tñ ex ꝑte itelligibil' sꝫ ex ꝑte itelligẽtis. vñ ꝙuis aliqua res ab aĩa xp̃i sciat̃ ẜm oẽm suã cognoscibilitatẽ: tñ meliꝰ cognoscitur ab ip̃o deo quantũ ad modum intelligentis: eo ꝙ mini

mum intelligibile itelligit clari tate infinita: sicut etiã rem par nam creat potētia infinita.

Ad quartam questionem dōm. ꝙ ratio quã assignãt phi: quare itellect⁹ noster nõ potest simul plura intelligere est hec: qꝛ oꝫ ꝙ intellectus figuret specie rei intelligibilis. ipossibile est autē ꝙ simul figuretur pluribus speciebus: sicut ipossibile est ꝙ corpus simul figuret pluribꝰ figuris. Et iõ: si aliq̃ cognoscũtur per vnaꝫ speciem illa nihil prohibet simul cognosci: sicut hõ itelligēs quiditatē hois simul intelligit alal et rationale. et ꝑpter hoc etiã intelligens ꝑpositionē simul intelligit predicatũ et subiectũ: qꝛ intelligit ea vt vnũ. et iõ cũ aia xpi intelligit oia q̃ sunt in vno. s. vbo etiã simul ⁊ vno intuitu oia cognoscit actu. Et siľr est de alijs beatis: quantũ ad oia que in verbo vidēt: secus aũt est de illis: q̃ vidēt per species diuersas: que simul videre non possunt.

Rñsio ad terciã q̃ suficu lam.

Ad primũ ergo dꝫ: ꝙ quãdo plura intelliguntur in vno. oia illa sunt vt vnum intelligibile: ⁊ per hoc seruaꝛ verbũ phi. ¶ Ad 2m dōm: ꝙ verbũ nõ videt infinita per scientiã visionis: vt dictũ est et de hac verũ est ꝙ aia xpi videt quecũq; videt verbũ. si tñ infinita viderit predicta positione facta ꝙ generatio semper duraret nõ sequereꝛ ꝙ trãsiret in infinita: qꝛ nõ videret ea pertrãseũdo de vno i aliud: sed in vno simplici tam deus q̃ȝ aia xpi. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ oia que aia christi videt in verbo: videt vna opatione: nõ tñ illa opatio est infinita in se: ſʒ materialr qꝛ transit sup infinita ꝑdicta positione stante de duratiōe mũdi: sicut etiã dictũ est de virtute intelligēdi. ¶ Ad 4m dicendũ ꝙ vnus angel⁹ nõ illuminaꝛ ab alio: de his q̃ illuminat⁹ videt in verbo: sed de his q̃ non videt q̃ superior videt vel i verbo vel in lumine alterius angeli magis sibi proportionato: in q̃ sunt forme magis particulares: sicut inferiores angeli illuminãtur a medijs: de his que ipsi in verbo non vident: medij autem vident vel in verbo vel ꝑ illuminationē superiorum angelorum

De q̃bꝰ angelus illuminatur.

¶ Utrũ aia xpi ſm illam sciētiaꝫ qua cognosceres in propria natura cognoscat omnia.



Ad tertiuꝫ sic ꝑcediꝛ. Uꝛ ꝙ ſm illã scientiã qua aia xpi scit res in ꝑpria natura: sciat oia. ois eñ potentia: que nõ est reducta ad actuꝫ est iperfecta: sed intellectus possibilis aie xpi: est in potentia ad oia: intelligibilia: qꝛ est quodam modo oia fier: vt dꝛ in tertio de aia. ergo si oia sciret per ꝑprias silitudines remaneret impfect⁹. ¶ Preterea hec est nã intellect⁹ per quã differt assensu: vt dꝛ i tertio de aia. ꝙ quãto itellect⁹ plura ⁊ difficiliora intelligit: tanto magis põt alia leuiora intelligere: sed qd est hmõi nihil ꝑhibet quin oia capere posset: ergo aia xpi etiã in ꝑpria natura oia cognoscit. ¶ Preterea magis impediunt se opposita: vt non possint esse simul q̃ȝ quelibet alia: sed species oppositorũ nõ impediunt se: quin sint simul in aia

q2 simul homo h3 sciam albi et nigri: ergo multo minus aliq̄ue alie spẽs ipediunt se inuicem vt nõ possint esse sil': z sic idẽ quod prius. ¶ Sed cõtra. nõ pñt omnia cognosci in quo nõ sunt omnia: sed oia nõ possunt esse i vno habitu creato: ergo cũ scia quã h3 xp̄s de rebus in ꝓpria natura sit per aliquẽ habitũ creatū nõ potest per illã scientiã oia cognoscere. ¶ Preterea. per illam scientiã christus cõformatur nobis: sed nos nõ possumus scire omnia: ergo nec christus scd̃m hanc scientiam sciuit omnia.

¶ Utrũ scia aie ꝯm quã cogscit res sit maior q̄ scia angelorū.

1a questiũcl'a

Alterius videt q hãc sciam christus habuit minorẽ angelis: q2 q̄to intellect⁹ est simplicior: tanto eius nãlis scia maior: s3 itellect⁹ angelicus est simplicior q̄ anime christi: q2 intellect⁹ christi nõ excedit terminos humane nature: vltra quos est simplicitas intellect⁹ angelici: ĝ intellectus h3 maiorẽ sciam q̄ ẽ scia nãlis aie xp̄i. ¶ Preterea quãto intellect⁹ est magis ꝓpinquius materie tãto debilior in cognoscẽdo: sed intellectus xp̄i cũ sit forma nãlis corporis xp̄i est magis ꝓpinquus materie q̄ angelicus: ergo debilius cognoscit: z sic idẽ qd̃ prius. ¶ Preterea. sicut dicit Isaac. ratio orit in vmbra intelligẽtie: intelligẽtiā autẽ vocat angelũ: cũ ergo xp̄s habeat intellectũ rõnalem videt q eius scia sit minor q̄ angelorũ. ¶ Sed cõtra. Heb. 2. dr̃. q christus minoratus ẽ ab angelis solum ꝓpter passionẽ: ergo sciẽtiã habet eis potiorẽ. ¶ Preterea. Sicut dicit Diony. 7. ca. Eccle. ie. ipse christus scd̃m qd̃ homo docet angelos: ergo maiorẽ scientiam habet q̄ illi.

¶ Utrum xp̄s habuerit sciẽtiã per modum collationis.

2a questiũcl'a

Alterius videt q xp̄s non habuit sciã per modũ collatiõis: q2 sicut Damas. in xp̄o non inq̄rim⁹ cõsilium neq3 electionẽ: sed hec pertinẽt ad collationẽ practicã: ergo eadem rõne non fuit in ea collatio q̄tū ad speculatiuam. ¶ Preterea. discursus rõnis opponit deiformitati: sed aia christi tota fuit deiformis: ergo non h3 sciam collatiuã. ¶ Preterea. discursus ratõis: vt dicit Isaac: ꝯtingit. ex hoc q h3 lumẽ obumbratum: sed in aia xp̄i nulla fuit obũbratio: nec obscuritas: ĝ nec habuit scia3 p modũ collatiõis. ¶ Sed cõtra. Christ⁹ assumpsit oia nãlia que cõsequũtur naturã humanã: ĝ assumpsit rõnẽ: s3 rõnis act⁹ est inq̄rere z cõferre: ergo ipse habuit sciam collatiuã. ¶ Preterea. opponere z rñdere ꝯtinẽt ad scia3 collatiuã: s3 xp̄s exercuit offm̃ opponẽtis et rñdentis: vt dr̃ Luce. 2. ergo ipse habuit scientiam collatiuā.

¶ Utrũ per plures habit⁹ sciẽtia christi diuisa fuerit.

3a questiũcl'a

Alterius vr̃ q p pl'es habit⁹ hec scia diuisa fuerit: q2 scia sua fuit vniuoca scie nr̃e: sed nr̃a scia est de olb⁹ q̄ xp̄s sciuit p pl'es habitus: ĝ z scia xp̄i. ¶ Preterea. sicut dicit ph̃s. 3. de aia. scie secant sicut z res: sed xp̄s habuit sciẽtiã de diuersis rebus: ergo habuit diuersos habitus sciarū. ¶ Preterea. scie diuidũtur scd̃m diuer

sas rationes cognoscēdi: sed ꝙ͂tum ad hāc scientiā pertinet: ipse nō eadē specie siue ratiōe oīa cognouit: sꝫ pluribꝰ: ergo nō habuit vnum tantū habitū scientie sed plures. ¶ Sed cōtra. Scientia xp̄i fuit ꝑfectissima: sed scientia ꝙ͂to magis est vna ꝑfecta: tāto magis est perfecta vt patet per Dionysi. et per li. de causis. ergo magis sciuit oīa ꝑ vnū habitum. ¶ Preterea sciētia regitiua pluriū artiū nō diuersificat̃ ꝑ illas artes: sed est vnꝰ habitus sicut ptꝫ de militari respectu oīꝫ sciētiarū que sub ea sunt: sꝫ sciētia xp̄i fuit regitiua: ꝛ q̄si architectonica respectu oīm hūanaꝝ sciētiarū: ergo ipse per vnum habitū oīa sciuit que ad hanc sciētiam pertinent.

¶ Utrum sciētia anime christi ī aliquo ꝓfecerit.

Quarta questiuncula.

Alterius videtur ꝙ ī ista scientia ꝓfecerit. Heb. 10. Didicit ex eis q̄ passus est obedientiā: sꝫ discere ē in sciētia ꝓficere: ergo ī sciā ꝓfecit. ¶ Preterea nō proficere ī his q̄ quis ꝓficere pōt ē magnꝰ defectus: sed in oī sciā: qua quis nō oīa scit pōt ꝓficere: ꝗ cū xp̄s ꝛ͂m hāc sciētiā nō oīa sciuerit. videt̃ ꝙ potuerit ꝓficere: ꝛ ita ꝓfecerit in ea. ¶ Preterea intellectus agēs in ip̄o abstrahebat species a fantasmatibꝰ. et hic est actus eiꝰ. alias frustra assumpsisset eū sed species abstracta a fantasmatibꝰ recipit̃ in intellectu possibili. ꝗ sem̄ in xp̄o plures sp̄es recipiebant̃ in intellectu possibili eius. ergo ꝓficiebat in sciētia. ¶ Preterea hoc ptꝫ per auctoritatem Ambrosij superiꝰ inductā. ¶ Sed ꝯtra. Damas. dicit. Qui dicūt xp̄m ꝓficere sapiā ꝛ etate vt additamentū suscipientē: non eaꝫ que ꝛ͂m hypostasim est vnionem venerant̃: sed illa vnio oīno venerāda est: ergo nō debemus dicere ꝙ in scientia profecerit.

¶ Utrum aīa xp̄i sciam ab angelis acceperit.

Quinta questiuncula.

Alterius videt̃ ꝙ ab angelis: ꝙ͂tum ad hanc sciētiam acceperit Dio. eñ. 4. cap. celestis hierarchie dicit. per angelos videmꝰ eū sub paternis legibꝰ ordinatū sꝫ qđ ordinat̃ aliq̄d ab ordināte accipit: ergo xp̄s aliq̄d ab angelis accepit. ¶ Preterea Luc. 22. dicitur. ꝙ apparuit angelus dn̄i cōfortans eū: sed cōfortans accipit aliquid a cōfortante: ergo ꝛ xp̄s ab āgelo. ¶ Preterea. xp̄s dū fuit in terra voluit subdi legalibus ordinationibus factus sub lege. Gal. 4. Sed legalis obseruantia est minoris dignitatis ꝙ͂ celestis hierarchia. ergo et ordini celestis hierarchie subdi debuit. hec aūt est lex celestis hierarchie: vt hoīes ab angelis suscipiant: vt dicit Diony. ergo ipse ab angelis suscepit. ¶ Preterea corpus eius ip̄ressionē suscepit a corporibꝰ celestibus. ergo pari rōne anima a spiritibꝰ celestibus. ¶ Sed ꝯtra. supioris non est ab inferiori recipe: sed xp̄s etiā ꝛ͂m humanā naturā angelis supior fuit ꝛ caput: vt supra dictum est ꝗ ab eis nō recepit. ¶ Preterea qđ īmediate accipit a vbo nō hꝫ necesse ab angelis accipere: sed aīa xp̄i immediate accipit a vbo sibi vnito: ꝗ non recepit ab angelis.

Respōdeo ad primaꝫ questioneꝫ dicendum: ꝙ cognitio rerum in pro-

prio genere et cognitio rerum in verbo differunt nõ quantũ ad res cognitas: sꝫ quantũ ad medium cognoscẽdi: qđ est id in quo res cognoscit. Quia cognitio q̄ est rerum in verbo hꝫ mediũ cognoscẽdi ipsum verbum. Cognitio aũt rerũ in ꝓprio genere habet mediũ cognoscẽdi rerum similitudines: q̄ sunt in intellectu: mediũ aũt cognoscendi qđ est lumen sub quo res videt vtrobiqꝫ creatũ est. hoc enĩ vel ẽ lumen naturale: sicut in his que cognoscũtur per rationẽ naturalem: vel lumẽ gratie: sicut i his q̄ cognoscũtur per fidẽ et reuelationẽ. Xp̄s aũt pfecte fuit ꝑm aiam et ꝑm naturã et ꝑm gratiã: nõ autem pfectio aie quantũ ad naturam esset in ipso: nisi oia cognosceret hoc genere cognitionis q̄ q̄ per rationẽ naturalẽ cognosci possunt: nec etiã esset pfectus in gratia: nisi oia q̄ ad reuelationẽ gratie ptinent in hoĩb' siue in angelis cognouisset: et ideo anima eius hoc genere cognitionis oia cognouit. Sed q: similitudo creata deficit a representatione substantie increate. ideo hoc genere cognitiõis nõ cognouit ipaꝫ essentiã increatã: nec alia oia q̄ ad perfectionẽ intellectiue partis nõ pertinẽt: neqꝫ ꝑꝫ naturã neqꝫ ꝑm gratiã: sicut sunt gesta particularium hoĩm: et hmõi: que tamẽ oia cognouit in verbo. Et iõ dicendum q hoc genere cognitionis non cognouit omnia simpliciter.

Marg.: cognitio duplex rerum distinguitur.

Ad primũ ergo dõm: q ex hac ratiõe nõ cõcluditur nisi q cognouerit: oia que per rationẽ naturalem cognosci possunt: q: sicut materia pma est in naturali potentia tantuꝫ ad illas formas: q̄ per agens naturale pduci possunt: q̃uis deus alia ex materia illã facere possit: ita etiã intellectus possibilis est in potẽtia naturali eorũ tantũ: que per lumen intellectus agẽtis cognosci possunt: sed si hec tantũ cognosceret impfectus nõ esset: sed deus ex liberalitate sua infundit amplius lumen gratie: per qđ etiaꝫ plura intellectus possibilis cognoscit. ¶ Ad scđm dõm: q per ea q̄ intellectus intelligit nõ ampliatur capacitas: nisi respectu eorꝫ intelligibiliũ que sunt eiusdem generis: sicut quantũcunqꝫ homo sit instructus in scientiis physicis nunq̄ ꝑuenit ad cognitionẽ eorũ que sunt fidei vel ꝓphetie nisi lumen amplius addatur: et ita quãtũcunqꝫ ampliatur capacitas eius ad intelligenduꝫ res in proprio genere nunq̄ perueniet ad vidẽdũ diuinã eẽntiã vel res aliquas in ea. ¶ Ad tertiuꝫ dõm: q non negatur oia cognoscere huiusmodi cognitionis genere anima christi: quia species seinuicem in intellectu impediãt sed quia quedam cognoscibilia excedunt omnem speciem creatam: sicut essentia diuina: quorũdam vero similitudines et cognitiones non sunt de perfectione intellectus humani.

Ad secũdam questionem dicendum: q ad cognitionem intellectiuam tria requirũtur. scilicet potentia intellectus lumen quo intelligit: et similitudo rei per quam cognitio rei determinatur: et ꝑm hec tria potest aliq̃ cognitio eẽ altera potior tri

Marg.: Rñsio ad primam q̄stiunculam

Notula phy sicalis ¶ Ad quintū dicendū q̄ actiōis vnitas nō solū depēdet ex termino: s3 etiā ex multis aliis causis & iō nō op3 q̄ si sit idē actū q̄ sit eadē actio. Cōtingit aūt q̄ idem actum ex diuersis actionib9 causatur quadruplr̄. Uno modo qn̄ vnus agēs nō est sufficiēs ad cōplendum effectū: s3 multi simul: sicut multi simul trahūt nauem quā nullus p se trahere posset: & tūc oēs illi sunt q̄si vnus agēs nō simplr̄: s3 vnitate aggregationis: & silr̄ actio eoꝝ non est vna simplr̄: s3 quasi vna ꝯgregata ex multis. Alio mō qn̄ vnus agens pōt perficere effectū: s3 nō simul vna operatiōe: s3 multis operationibus successiuis: sicut est in gn̄atione habituū acquisitoꝝ: & tūc vltima actio cōplēs effectū agit in v̄tute omniū precedētiū

Ratio diuersarum actionū in christo disponentiū ad illum effectū: et his duobus modis nō fuerūt in xp̄o plures actiōes ad vnū effectum. Tertio mō qn̄ effectus nō est vnus simplr̄: s3 vnus subiecto sicut vulnus adustū: & iō actiōes causantes sunt diuerse simplr̄: & cōueniunt tn̄ in supposito. s. incisio & adustio: & a diuersis formis per essentiā causant̃. s. ab acumine ferri: et a caliditate. Quarto mō qn̄ due actiōes sunt diuersorum agentiū ordinatoꝝ: quoꝝ vnum mouet aliud: & vnum est instrumentū alterius: & hi duo vltimi modi sunt in xp̄o s3 q̄ diuerse eius actiones ad idē opus operatum terminabantur.

¶ Utrum xp̄s potuerit mereri.



Ad secūdū sic pcedit̃. vr̄ q̄ xp̄s nō meruerit. Christ9 eīn semp fuit cōprehensor: s3 cōprehensoris qui ē in termino nō ē mereri: q2 meritū est via ad terminū. g̃ xp̄s nō meruit. ¶ Preterea. nō pōt esse idē meritū & premiū: sicut nec causa & causatū: s3 actus charitatis pfecte est premiū: q2 est ipsa fruitio. g̃ cum in xp̄o fuerit charitas cōsummata per ipsā mereri nō potuit: & ita nullo mō merebat̃: cum oīs meriti principiū sit charitas. ¶ Preterea. aīa xp̄i a principio sue ꝯceptionis fuit beata: sicut mō est: s3 mō non meret̃. g̃ nec vnq̄ mereri potuit. ¶ Preterea. quicūq̄ meret̃ merēdo pficit q̄ntum ad illud qđ ē merēdi principiū: q2 charitas p meritū auget̃: s3 xp̄i charitas augeri nō potuit: nec ipse in spūalibus bonis pficere. g̃ ipse non merebat̃. ¶ Preterea. naturalib9 nō meremur ꝓpter hoc q9 sunt determinata ad vnum: s3 lib. arbi. in xp̄o erat determinatū ad bonū. ergo ipse per lib. ar. mereri nō potuit & ita nullo mō: cum oē meritū sit ex lib. ar. ¶ Preterea. nullus

mereť id qđ suū est: ⁊ ꝓpter hoc apud hoīes filij nō merentur a patribus ſꝫ serui: qꝛ ea q̄ patris sunt hereditario iure cōpetunt filio: sed oīa q̄ patris sunt christi sunt. vt dꝛ Mat. 11. ⁊ Jo. 16. Ergo ipse apud patrē nō merebať. ¶ Preterea. nullus mereť a seipso: ſꝫ q̄cunqꝫ mereť: mereť aliquid a filio dei. cū ergo xp̄s sit filiꝰ dei: ipse nullo mō mereri poterat. ¶ Sꝫ 𝔷. super illud psal. Conserua me dn̄e qm̄ speraui in te. glo. Ecce meritū quo seruari dꝫ ⁊ loquiť de xp̄o. ergo xp̄s aliq̄d meruit. ¶ Preterea. oīs viator hn̄s charitatē meretur: sed xp̄s fuit hmōi. ergo. ¶ Preterea. vbicūqꝫ est difficultas in operatiōe ꝟtutum ibi est meritū: ſꝫ xp̄s habuit difficultatē in operibus virtuosis: nō quidē ex parte anime: ſꝫ ex parte corporis quod affligebatur. ergo ipse merebatur.

Respōdeo dicendū ꝙ in iustitia due persone requirunť. s. faciēs iustitiā: ⁊ patiēs iustitiā. Facientis aūt iustitiā reddere vnicuiqꝫ qđ suū est actio ē ꝓpria. Patiētis aūt iustitiā actio ꝓpria ē facere sibi debitū qđ ē ei ꝑ iustitiam reddendū: ⁊ hoc ꝓprie mereri ē: vn̄ ⁊ id qđ ſm iustitiam reddiť merces dꝛ: ſꝫ qꝛ iustitia reddit vnicuiqꝫ qđ ei debetur ⁊ in bonis ⁊ in malis. Bona autē simplr̄ sunt ea q̄ ad vitā eternā pertinēt: ⁊ mala simplr̄ ea q̄ ad miseriā eternā pertinēt: inde ē ꝙ ſm theologos meritū ꝓprie diciť respectu bonoꝝ: ꝯuis magꝭ ꝓprie respectu bonoꝝ dicatur meritū: demeritū ꝟo respectu maloꝝ. Ad hoc igiť ꝙ aliquis mereať tria necessaria sunt. scꝫ agēs q̄ mereť: actio ꝑ quā meretur: ⁊ merces quā mereť. Et idō ad meritū tria req̄runť. Primū ē ſm cōparationē merētis ad mercedē: vt. s. ille q̄ meretur sit in statu acq̄rendi mercedē: ⁊ ꝑꝑ hoc illi q̄ sunt oīno in termino nihil mereнť: qꝛ nihil acq̄rere pn̄t. Scđm ē ex cōparatione agētis ad actionē: vt. s. sit dn̄s sue actiōis. alꝛs ꝑ actionē suam nō dignificať ad aliq̄d hn̄dum. nec laudať: ⁊ idō ea q̄ agunt per necessitatē nature: vel etiā per violentiā nō mereнť. Tertiū ē ſm ꝯparationē actiōis ad mercedē: vt. s. equipareť mercedi: nō quidē ſm equalitatē quātitatis: qꝛ hoc requiriť in iustitia cōmutatiua: q̄ ꝯsistit in emptionibꝰ ⁊ vēditiōibus: ſꝫ ſm equalitatē ꝓportiōis: q̄ req̄riť in iustitia distributiua: ſm quā deꝰ eterna p̄mia partiť. Actio autē ꝓportionata ad vitā eternā est actio ex charitate facta: ⁊ idō ꝑ eā ex ꝯdigno mereť q̄s ea q̄ ad vitā eternā pertinēt. opera aūt bona q̄ nō sunt ex charitate facta deficiūt ab ista ꝓportiōe: ⁊ idō per eā ex ꝯdigno non mereť quis vitā eternā: sed improprie his dꝛ aliq̄s mereri ſm ꝙ hn̄t aliquā similitudinē cū operatiōe informata charitate. Et siq̄dē sit similitudo illa in sub̄a actus ⁊ in intētiōe. vt: cū aliq̄s exn̄s in mortali peccato dat elemosynā ꝑꝑ deū dꝛ meritū cōgrui. Si ꝟo sit similitudo in sub̄a actus: ⁊ nō in intētione: sic dꝛ meritum interpretatū: sicut cū q̄s dat pauperi elemosynā ꝑꝑ inanē gl'iā. Et hec tria in xp̄o reperiuntur ipse eñ ꝯuis ꝯtū ad aliquid in termino perfectiōis fuerit. s.

Tria ad meritū requirūtur.

Actio que sit vite ee meritoria

quantū ad operationes aie: quibus erat ubtus (?) & cōprehensor: tñ quantū ad aliqd defectū patiebat eorum que ad gloriā pertinēt: in quantū. s. erat passibilis aia & corpore: & in quantū erat corpore mortal': & ideo fz hoc erat viator in statu acqrēdi. Silr & ois actus ei⁹ informatus erat charitate. Et iterū act⁹ sui dñs erat per libertatē volūtatis & ideo omni actu suo meruit.

Ad primū ergo dicendum q quāuis eēt cōprehēsor quantum ad aliqd: erat etiā viator quantum ad aliqd: & sic mereri potuit. ¶ Ad 2ᵐ dōm q idem nō pōt esse meritū & pmiū respectu eiusdē & fm idē: vñ ipse motus charitatis hois xpi in quo cōsistit pmiū eius quantū ad beatitudinē aie: pōt esse meritū respectu beatitudinis corporis: qd in alijs beatis nō cōtingit: q2 non sunt in statu acqrendi fm aliqd sui: & ideo nec sibi nec alijs merent q2 q impetrāt mō nobis contingit ex hoc q prius dum viuerēt meruerūt: vt hoc impetrarent. ¶ Ad 3ᵐ dōm q xps est mō tm̄ cōprehēsor: tūc aūt erat & viator & cōprehensor: & ideo tunc mereri potuit: nūc aūt nō. ¶ Ad 4ᵐ dicendū q ille q meret non opz q pficiat quantum ad rōnem merēdi: hoc em̄ accidit sibi ex hoc q radix merēdi. s. charitas non est in suo merito. fz opz q ois q meret pficiat quantum ad mercedē quam meret: vt. s. eā sibi debitum faciat vel simplr vel quantum ad aliquē modū: quo sibi prius debita nō erat. ¶ Ad quintū dicendū q li. ar. xpi nō ē determinatū ad vnū fm numerū: sed ad vnum fm genus. s. ad bonū: q2 in malum non pōt: sed tñ hoc pōt facere & non facere: & hoc nō excludit libertatem ar. q2 posse peccare nec est libertas ar. nec pars libertatis: vt dicit Ansel. & hec quidem determinatio ex perfectiōe lib. ar. cōtingit fm q per habitū grē et glie terminat in eo ad qd ē naturalr ordinatū. s. in bono: q2 li. ar. quāuis in nobis se habeat ad bonum & ad malū: nō tñ est pp malū: fz pp bonū. ¶ Uel dōm q si etiā esset determinatū ad vnū numero: sicut ad diligendū deū: qd non facere non pōt: tñ ex hoc nō amittit libertatē aut rōnem laudis siue meriti: quia in illud nō coacte fz sponte tendit: & ita ē actus sui dñs. ¶ Ad sextū dicendum q xps nō meret fm diuinitatem fm quā hz q oia sunt sua: sed meretur fm humanitatē ex qua nō hz q oia sunt sua. ¶ Et per hoc pz solutio ad septimum: quia a filio dei meremur ratiōe diuinitatis sue: ex qua pte ipse non merebatur.

Liber arbitriū in christo quo

Fuit determi natum.

¶ Utrum xps ab instanti sue cōceptionis potuerit mereri.



Ad tertium sic procedit. videtur q xps non potuerit mereri in instāti sue cōceptionis. Nullus enim meret nisi agēdo: fz prius ē esse rei quam ei⁹ agere. ergo in p° instāti cōceptionis qn̄ xps pmo habuit esse fm humanā nām nō potuit mereri. ¶ Preterea. op⁹ meritoriū cū de liberatiōe ē cū sit ex electiōe li. ar. q sequit cōsiliū: fz deliberatio cū sit qdā motus reqrit tps. ergo in pmo instāti cōceptiōis mereri nō potuit. ¶ Preterea. qcqd xps habuit in primo instanti sue conceptiōis habuit ab alio: nō a se: fz

meriti sui ipse eã fuit. igit in pri mo instãti ɔceptiõis nõ meruit ¶ Preterea. sicut meritũ ẽ p lib. ar. ita ⁊ peccatũ: sꝫ diabolus nõ potuit peccare in primo instanti sue creatiõis ꝭ nec anima xp̃i in primo instãti creationis sue potuit mereri: sꝫ primũ instãs cõceptiõis fuit primũ instãs creationis ale. ꝭ in illo instanti mereri nõ potuit ¶ Preterea. xp̃s q̄tuꝫ ad corpus in pueritia erat sĩlis alijs pueris: sꝫ alij pueri pp imbecillitatẽ organoꝝ corporaliuꝫ non h̃nt perfectã imaginationẽ nec vsum libe. ar. per ɔ̃ns ꝭ nec xp̃s: ⁊ ita tũc vt vr̃ mereri nõ potuit. ¶ Sꝫ ɔ̃. xp̃s in primo instãti sue ɔceptionis fuit vir. Jer. 31. Nouũ fa. dñs sup terraꝫ femina circũdabit virũ. sꝫ pfecti viri est mereri. ꝭ xp̃s in primo instanti sue conceptiõis potuit mereri. ¶ Preterea. perfectior ẽ ala pfecta prima ⁊ scd̃a pfectiõe q̄ꝫ pfecta solũ perfectiõe prima: sꝫ xp̃o nõ accreuit aliqua spũalis perfectio. ergo cuꝫ operatio sit perfectio scd̃a: ⁊ habitus pfectio prima: qñcunqꝫ habuit habitũ virtutis habuit actũ eius: sed actu v̓tutis merebat̃. ergo xp̃s in instanti conceptionis merebatur.

Respõdeo dicendũ: ꝙ xp̃o debemus attribuere s̓m animã oẽm perfectionẽ spũalẽ q̄ sibi põt attribui. vñ cũ possibile sit ip̃m in primo instãti sue ɔceptiõis actũ meritoriũ perfecisse: dd̃m ẽ xp̃m in primo instanti sue ɔceptionis meruisse. Qd̓ eniꝫ aliqua res in primo instãti quo est nõ possit suã actionẽ h̃re: nõ põt ɔtingere nisi tribus modis. Primo ex hoc ꝙ deest sibi aliqua pfectio que requirit̃ ad agenduꝫ: sicut catulus in primo instãti sue natiuitatis nõ põt videre: qꝛ nonꝫ hꝫ organũ vidẽdi cõpletũ. Alio mõ ꝑpter aliqd̓ impediens extrinsecũ: sicut aqua generata i aliquo loco ɔcluso impedit̃ vt nõ possit ꝑprio motu moueri. Tertio ex natura operatiõis q̄ successionẽ hꝫ: ⁊ tunc in primo instãti quo res est incipit illam actionẽ: non t̃n illa actio est in illo instanti sꝫ in tp̃e sicut pꝫ ꝙ primũ instans in quo ignis est ignis: qd̓ est vltimũ instans sue gñatiõis: ẽ primũ instãs motus sui sursuꝫ: sꝫ t̃n motus eius nõ est in illo instãti: qꝛ motus successiuoꝝ ẽ. Cõstat aũt ꝙ in xp̃o nõ deficiebat aliqua pfectio ex parte ipsius agẽtis q̄ est necessaria ad meritoriũ actũ: ⁊ iterũ nihil erat qd̓ impedire posset: ipse etiã motus charitatis quo mouebatur indiuisibilis erat ⁊ nõ successiuus: ⁊ iõ in ipso instãti ɔceptiõis mereri potuit. Quidam aũt dicũt ꝙ in ipso instãti ɔceptiõis ñ meruit q̄tũ ad vsuꝫ virtutũ: sꝫ solum habuit meritũ in radice. s. in habitu charitatis ⁊ aliaꝝ virtutum ex quibus dignus fuit gloria: sed q̄tum ad vsum virtutũ nõ meruit in ipso instãti: sed post ip̃m instans. Et ad hoc mouent̃ rõnibus inductis in obijciẽdo. Sꝫ prima opinio magis mihi placet: ⁊ s̓m eaꝫ respondendũ est ad argumenta in contrarium facta.

Christo debetur oĩs pfectio.

Ad primũ ergo dicendum ꝙ eẽ ẽ prius q̄ꝫ agere natura: nõ tp̃e de necessitate. ¶ Ad scd̃m dd̃m ꝙ deliberatio ⁊ consilium. vt dicit ph̃s non sunt de fine: sed de his

que sunt

q̄ sunt ad finē. qm̄ nō est certuȝ q̄ expediūt ad finē intentū: in ipsa aūt intētione finis aliq̄s meret: vn̄ nō exigit deliberatio ad meritū etiā i aliis hoib⁹ q̄ntū ad appetitū finis: Et p̄terea in xp̄o nō exigebat deliberatio etiā q̄ntū ad ea q̄ sunt ad finē. q2 d̄ his certus erat. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ illud qđ xp̄s habuit in primo instāti sue cōceptionis. s. meritum ⁊ ab alio habuit inquantū. s. ad meritū exigit gr̄a: ⁊ a seipō habuit inq̄ntū meritū p̄cedit ex li. ar. nō eī̄ semp̄ necessariū est vt cā causatū p̄cedat tp̄e: sed q̄nq3 sufficit ꝙ p̄cedāt cā. ¶ Ad q̄rtū dōm ꝙ motus volūtatis i finē bonū est sibi nālis. vn̄ in primo instāti creationis sue pōt habere motū in bonū finē: quia ad finē nāliter desideratum appetēdum non indigemus deliberatione: et in hoc pōt esse meritū sed peccatum contingit ex hoc ꝙ voluntas mouetur i aliquid qđ non cōpetit fini naturaliter desiderato. vnde oportet quod contingat ex falsa collatione illius ad finem: ⁊ iō requiritur ad peccatum collatio eius qđ habet apparentem bonitatem ad id quod est per se bonum naturaliter desideratuȝ. vnde in primo instanti creationis non pōt mens peccare. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ xp̄s nō habebat a sensibus acceptam scientiam: s3 infusam: et ita habitus scientie p̄fecte poterat esse etiā cum infirmitate organorum: ⁊ iterū dictum est qđ infirmitas corporis in ipso non refundebatur in mētem. sicut nec mentis gloria corporis ifirmitatē tollebat: ⁊ iō imp̄fectio organoꝝ corpaliū vsum

Ad appetendū finē nō indigem⁹ deliberatione.

rōnis nō tollebat in ipso.

¶ Utrum christus meruerit sibi immortalitatem.



Ad q̄rtuȝ sic p̄cedit. vr̄ qđ xp̄s nō meruerit sibi imortalitatē corpis. Mereri. eī̄ est exnei: cui nō debet merces nisi p̄ meritum sicut ⁊ adoptari est exnei cui nō debet hereditas nisi p̄ adoptionē: sed xp̄s ad bona p̄ris q̄ sunt sua nō d̄r adoptari q̄si exne⁹. ḡ eadē rōne nec immortalitatem vel aliq̄d hm̄oi meruit. ¶ Preterea p̄miū ē dignius merito: s3 bonus motus aīe xp̄i quo merebat est dignior q̄l3 corpali. ḡ non merebat imortalitatē corpis. ¶ Preterea xp̄s nō erat debitor mortis q2 nō habebat pctm̄ qđ mortis d̄bitores facit: ḡ cū null⁹ mereat illud malū euitare cui⁹ nō est debitor. vr̄ ꝙ ip̄e imortalitatē non meruit. ¶ Sed ɜ̄ est ꝙ in lr̄a d̄r ꝙ claritas corpis est p̄miū humiliationis. sed immortalitas corporis ad claritatē corpis pertinet. ergo etiā imortalitatem meruit. ¶ Preterea bona glorie nulla creatura h3 sine merito sed imortalitas pertinet ad gloriam ergo ipsam xp̄s meruit.

Ulterius vr̄ ꝙ ipassibilitatē aīe xp̄s nō meruerit. Id eī̄ qđ nobis est nāle. nō meremur: s3 aīa s̄m suā nām ē impassibilis: ergo impassibilitatem non meruit. ¶ Preterea oē qđ in est alicui p̄ accidēs ex hoc ꝙ accidēs remouet ei non inest. sed anima patitur sicut et mouetur per accidēs scilicet eer corpus. ergo ex hoc

1ª q̄stiūcula.

ipso q separatur a corpe fit ipassibilis:sed xps nõ meruit animam a corpore separari: qz meritum mortis pctm est. vt dicit Ro.6. ergo non meruit impassibilitatẽ aie.¶ Preterea impassibilitas anime pertinet ad beatitudinez anime:sicut impassibilitas corporis ad beatitudinem corporis sed anima christi a pncipio fuit beata.ergo impassibilitatez anime non meruit. ¶ Sed contra anima christi post resurrectionẽ fuit impassibilis;sz ante fuit passibilis.ergo sicut gloriã resurrectionis;ita et anime impassibilitatẽ meruit.¶ Preterea aie dãnatorum sunt passibiles: quia i passibilitatẽ nõ meruerũt. ergo cũ aia christi non fuerit passibilis post resurrectionem.videtur q impassibilitatem meruerit.

¶ Utrum meruerit exaltationem.

2ª qstiũcula. Alterius videt q non meruerit exaltationez: quia ex hoc ipso qd hũana natura assumpta fuit exaltata est.ɀ nomẽ diuinitatis sibi debet.sz assumptionem non meruit.vt supra.distin.4.dictũ est ergo nec exaltationẽ. ¶ Preterea nomẽ qd est sup omne nomẽ est nomen in quo flectit oẽ genu.sed hoc est nomẽ iesus. vt dicitur phil.2. Cum ergo hoc nomen nõ meruerit. sed ante cõceptionẽ sibi impositũ fuerit vr q nõ meruerit nomẽ qd est sup oẽ nomẽ. ¶ Si dicatur qd meruit quãtũ ad manifestationem Cõtra.hoc etiã ante manifestuz erat.vñ demones ante eũ cõfessi fuerũt:ɀ pueri et prophete pdixerunt.ergo hoc ipse nõ meruit.¶ Preterea meritũ ordinat ad pmiũ:sz facere aliqd propter estimationẽ hominũ pertinet ad vanã gloriã:que in ipso nõ fuit ergo exaltationẽ quãtũ ad manifestationẽ hoim nõ meruit.

¶ Sed contra.Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur: sed xps se hũiliauit.ergo exaltari meruit. ¶ Preterea ipse fecit se dignuz tali exaltatione que est in manifestatione q est in manifestatiõe ad hoies per ea que gessit. ergo meruit ipe hãc exaltationem.

¶ Utrum meruerit pmiũ substantiale anime.

3ª questiũcula. Alterius videt q etiã pmiũ substãtiale aie.s. fruitionẽ diuinã ipse meruerit:maioris eñ meriti maius est premiũ:sed meritũ christi fuit maius omniũ sanctorũ meritis:ergo et maior fuit merces quã meruit:nihil autem maius cadit sub merito quã fruitio dei quã sancti merentur: ergo ipse etiã meruit ipsam. ¶ Preterea gloriosus est aliquid per seipm habere quã ab alio habere oia. sed qd quis meretur quodãmodo habet per seipm : cum igitur xps fruitionẽ diuinã gloriosissime habuerit.vr q eã meruerit. ¶ Preterea sm illos qui ponũt angelos in solis naturalibꝰ creatos simul in eis fuit, meritũ ɀ pmiũ sz nihil phibet xpz meruisse fruitionẽ diuinã nisi qz ab initio sue cõceptionis eã habuit:ergo videtur quod in ipso instãti sue cõceptionis mereri potuerit: vt simul in eo esset meritũ ɀ pmiũ ¶ Sed cõtra nullus meret sm q est cõprehensor. sed xps qtũ ad fruitionẽ erat cõprehẽsor :ergo nunq fruitionẽ meruit.

¶ Preterea ex hoc ipso q intel

lectus eius erat deo coniũctus in persona sibi debebat fruitio sed vnionẽ non meruit. ergo nec fruitionem.

Respondeo dicendũ ad primã quõnẽ quod sicut predictũ ẽ meritũ secundum se est operatio eius: qua iustitiã patitur secundum quod facit suũ id quod sibi reddẽdũ est. Nõ aũt datur aliquid alicui: quod habet illud eo mõ quo habet: ne aliquis facit suũ quod suũ est eo mõ quo suũ ẽ. vñ ad meritũ secundum quod theologi de ipso loquũtur: in ordine ad ea que sunt bona simpliciter quatuor requirunt quantũ ad id quod aliquis mereri dicitur. Primũ est quod illud sit de pertinẽtibus ad beatitudinẽ. Secundum est quod illud sit nõ habitũ quod per meritũ acquiritur reddendũ iustitia mediãte. Tertiũ est quod illud non sit debitũ quod merendo quis sibi debitũ facit. Quartũ quod id quod quis mereri dicitur, sequatur ad minus ordine nature ad ipsum meritũ et ideo gratia que est merendi principiũ: et alia naturalia que exiguntur ad meritum sub merito non cadunt. Hec autẽ quatuor in christi imortalitate inueniuntur. quia ẽ de his que pertinẽt ad beatitudinẽ corporis. Item nõ fuit ab eo semper habitũ. quia a principio mortale corpus assumpsit. Itẽ non fuit sibi debitũ ratione nature quãuis esset sibi debitũ ratiõe persone. Itẽ immortalitas nõ exigitur ad merendũ. et propter hoc immortalitatẽ meruit.

Ad me ritum quatuor requirũtur.

Ad primũ quod dicendum quod quamuis imortalitas et omnia alia bona que sunt in potestate patris essent in potestate filii quantũ ad diuinã personã: non tamen ratione humane nature. vñ nos merẽdo facimus nobis debitum de eo quod nõ erat debitũ neque nature neque persone. christus aũt fecit merendo debitũ nature de nõ debito nature: quamuis esset debitũ persone. nec est simile de adoptione quia adoptio respicit personam: sicut et filiatio. Meritũ aũt in operatione cõsistit que variatur secundum varietatẽ nature. vt prius dictũ ẽ. ¶ Ad secundum dicẽdũ quod quamuis actus mẽtis quo christus merebatur sit simpliciter melius quam immortalitas corporis. tamen illa est melior quãtũ ad statum: inquantũ scilicet pertinet ad statum beatitudinis. Actus vero mentis secundum quod in eo cõsistit meritũ. pertinet ad statum viatoris. ¶ Uel dicẽdum quod hoc habet veritatẽ in premio substantiali anime et non in aliis. ¶ Ad tertium dicendum quod christus quamuis nõ haberet necessitatem moriendi ex peccato: habebat tamen ex principiis naturalibus vt supra dictum est: et ideo humane nature in christo imortalitas non erat debita. ¶ Uel dicendum quod priuatio culpe quamuis auferat meritum mortis: nõ tamen dat imortalitatem: que impossibile est mori: qualis est immortalitas. quã meruit christus; sicut patet in adam quantum ad primum statũ: in quo nõ erat predicta immortalitas.

Ad secundã quõnem dicendum quod anima dupliciter dicitur passibilis. Uno mõ secundum iustitiã diuinã: sicut patitur in inferno ab igne corporali: et hec est cõmunis anime et omni spiritui creato in suis tãtũ naturalibus considerato. Alio mõ dicitur anima passibilis secundum naturam: et hoc vel per accidẽs ex passione corporis: vt supra dictum est: quod lesio corporis ad animam pertingit quodãmodo inquantum est forma eius: vel per operationẽ propriã siue il

Responsio ad primam questiunculã.

la sit cōis ale et corpori: sicut in delectationib9 et tristitiis que sunt fm partē sensitiuā: siue sit ppria ipi ale: sicut i delectatiōibus et tristitiis itellectiue ptis. Qr aūt aia fm suā naturā ē forma corpis: forme autē est vt sit mãe pportionata. iō in ipa nã aie etiā sine corpore exñtis ē vt sit nata pati ad passionē corpis quāuis non patiat actu sine corpore qūtū ad illas passiones: q nālr ei inesse possunt vel ex corpore vel cū corpe. Hec aūt aptitudo nō tollit per id p qd nã p grām reformat quāuis enim hō reformetur quātū ad actus psonales p gratiā: non tamē reformat qūtū ad naturā nisi p gliaz que oēs defectus nature tollit cuius signum est quod reformati p gratiam in actu naturali defectum patiuntur: quia in originali peccato generant. vñ oz qd istā aptitudinē naturalē ab aia habitus glorie tollat: p quē aia pficitur nō solum in potētiis qūtū ad actus psonales: sed inquātum est natura quedam. Unde ex ipsa glorificata in corpus gloria transfunditur: per habitum etiam glorie excluditur et tristitia intellectiue partis: et iterum possibilitas peccandi. per quam est possibilitas ad passionem ex iustitia diuina. Uñ constat q impassibilitas aie ad gloriā ptinet et qd xps gloriā aie inquātum est natura corporis non habuit a principio sue cōceptiōis: quia corpus passibile fuit. quāuis haberet animā gloriosam qūtū ad opationes quibus deo fruebatur: iō sicut meruit immortalitatem corporis: ita etiam meruit impassibilitatem anime.

Ad primū ergo dōm qd aia fm suā naturam est impassibilis. vt pati nō possit qūtū ad passiones pprie dictas: de qb9 loqmur sine corpe: est tñ fm naturā suā passibilis. i. potēs pati has passiōes in corpe et per corp9. vñ hec determinatio p naturā pōt determinare passibilitatē vel qūtū ad potētiam: et sic falsa est ppositio vel qūtū ad actū: et sic vera est: qr passibile est potēs pati. ¶ Ad 2m dōm q quāuis per accñs inesēt ale passio: non tñ p accidēs aptitudo ad patiēdū simul cū corpe et iō quāuis ea separata a corpore tollatur passio fm actū: nō tamē tollit aptitudo patiēdi. Unde si iterū corpori vniret non faceret cōiūctū sibi corpus ipassibile: sz in eo per accñs pateret. sicut et prius: nisi qñ glorificata est. tūc eñ si corpori vnitur corpus impassibile facit. ¶ Ad tertiū dōm q impassibilitas aie ptinet ad beatitudinem ɔs inqūtū ē natura et forma corporis: et talē btitudinē aia xpi nō habuit a principio sue conceptionis. sed beatitudinem que consistit in actu fruitionis.

Ad tertiam qōnē dicendum q sicut dicit phs in p° ethi. i felicitate aliqd inuenit eēntiale ipi sicut virtutes q faciunt opationē pfectā. Aliqd aūt qd facit ad bñ eē felicitatē: sicut diuitie et amici: et hmōi. Silr dico q aliqua sunt q sunt de suba btitudinis: sicut dotes ale et corpis. aliqd autē qd est de bene esse ipsi9 sicut manifestatio beatitudinis ad alios in quo etiaz gloria cōsistit: qr glia est clara cuz laude

Rñsio ad scdam qstiunculam

notitia. glo. Ro. vlti. sicut etiam phs dicit q de bn ee ipsi felicitatis est. vt felix etiã post mortẽ viuat in memorijs holm. Quia in xpo debuit esse cõpletissima btitudo: iõ nõ solũ in seipso btificatus ẽ: sed ad pfectionẽ sue btitudinis etiã sua beatitudo alijs ostẽsa fuit. et fm hoc dicit exaltationẽ meruisse. q̃ qdẽ exaltatio in trib9 cõsistit. s. in notitia cordis fm q dr accepisse nomen sup oẽ nomẽ: qr nomẽ de re notitiã facit. Itẽ in reuerentia corporis qtum ad genuflexionem. Item in confessione oris: et hoc est qd dicit Apls. Et ois lingua confiteatur rc.

Ad primũ ergo dõm q quãuis fuerit exaltatus ab initio sue cõceptiõis: nõ tamẽ sua exaltatio fuit tũc manifesta: et rea in sacra scriptura tũc fieri dicit qn innotescit. ¶ Ad 2m dicendũ qd nomẽ sup oẽ nomen dicitur eẽ vel quã ad id a quo imponit: et sic ẽ nomẽ iesus vel xps. qr vtrumq exponitur ex vnione humane nature ad diuinam quia fm hoc vnctus dicitur q deo est vnitus Et fz hoc etiã a pctis saluos facere põt. vel quãtũ ad id cui nomen imponitur et sic hoc nomẽ deus est super omne nomen: qr imponitur sibi fm diuinã naturam: et hec oia quãuis fuerint in eo fm rei veritatez a pncipio cõceptionis: nõ tñ erant in notitia holm. ¶ Ad tertiũ dõm qd ante resurrectionẽ erat quidem manifesta christi exaltatio non omnibus sz paucis: et quibusdã etiã non per certitudinẽ: sed per quandã cõiecturam: sicut demonibus. et aliquib9 iudeis: sz post resurrectionez sua altitudo toti mũdo innotuit per certitudinez fidei. ¶ Ad quartũ dõm q meritũ non fit pter pmiũ. nisi ad quod ordinatur principalr: hoc aũt est illud qd est de substantia beatitudinis. vnde etiam qruis honor ciuilis sit quo pmiatur virtus ciuilis: tamen ciues propter illum honorem nõ operant virtutis opera. sed propter bonũ ipsius virtutis.

Ad quartã qõnẽ dicẽdũ qd gloria aie consistit in hoc q aia ipsi deo. vnit p visionẽ et amorez et qr posterior vnio psupponit porẽ: sicut hoc qd de9 ẽ i sctis p gratiã: psupponit hoc q in oib9 est p essentiã pñtiam et potentiã: iõ eadẽ rõne vnio q est in psona: que est vltima et cõplетissima: presupponit oẽm aliaz vnionez ad deum: vnde ex hoc ipso q aia xpi erat deo in persona cõiũcta: debebat sibi fruitionis vnio. et non p operationẽ aliquã ei facta debita: et iõ qr meritũ cõsistit in opatione. q facit nobis aliquid debitũ xps fruitionem nõ meruit. Sec9 autem est de gloria corpis: qr glia corpis nõ consistit in vnione ad deũ. vñ sine ea corpus diuinitati vnitũ esse potuit. et fuit dispẽsatiue pter opus redẽptiõis implendũ. Et pter hoc fruitionẽ in qua cõsistit glia aie xps semp habuit: et ipsam nõ meruit: sicut meruit gloriam corporis. Rñsio ad 3a3 qstiũculaz.

Ad primũ ergo dõm q hoc qd xps sibi btitudinẽ q est i fruitione nõ meruit: nõ fuit ex insufficientia meriti: sed ex pfectione merẽtis. ¶ Ad 2m dõm q xpus

magis habuit ex seipso quod ex vnioe habuit ꝙ aliquis habeat id qd ex opatioe acquirit: qꝛ habuit illud naliter: ⁊ io etia glio sius habuit fruitione ꝙ aliquis ali9. ¶ Ad 3m dōz ꝙ ſm illa opinione angeli non semp habuerit btitudine. nec itera aliqd erat i eis. vn eis deberet: et io mereri potuerunt simul qn acceperunt gratia: vt in. 2. li. di. 6. dictu e no est aut ita de xpo q semp beat9 ſm anima fuit: et cui ex ipa vnione debebatur gloria.

¶ Utrum xps meruerit sibi per passionem.



D quintuz sic pcedit. videl ꝙ xps p passione no meruerit sibi. mereri em est aliquid sibi debitu facere: sz q sibi semel aliquid debitu fecit. puta emendo no vlterius emit illd: ḡ ⁊ qui meruit aliqd semel vlteri9 non pot mereri illud: sz xps ab insta ti coceptionis meruit sibi ea que dicta sunt: ergo per passionem nihil sibi meruit. ¶ Preterea. meritu facit vel de no debito debitu: vel de debito magis debitu sz ea q xps meruit non fuerunt sibi magis debita post passione ꝙ an: qꝛ p primu meritu fuerut sibi facta sufficienter debita. ḡ p passione sibi xps nihil meruit. ¶ Preterea passio in corpe xpi fuit: sz meritu no e nisi i aia: ḡ p passione xps nihil sibi meruit. ¶ Prefea meriti pncipiu e i nobis: qꝛ volutariu. e cui9 pncipiuz est intra: vt dr in. 3. ethi. sed pncipiu passiois no est in patiete sed in agete. ḡ xps per passione non meruit. ¶ Preterea oe meritum consistit in charitate: sz pati passiones laudabilr no est op9 charitatis. sed patietie vel fortitudinis: ḡ xps p passione no meruit. ¶ Sz 3. ē est qd dr in lra ꝙ passio charitatis est meritu. ¶ Prefea actib9 vtutu meremur. sz xps est passus ex maxia charitate. Jo. 15. Maiore charitate ⁊c. ḡ ipe p sua passione meruit. ¶ Prefea passio sua maior fuit alioru sctoru passionib9: vt s. di. 15. dictum est: sed alij sancti suis passioibus meruerunt: ergo et xps per suaz passione meruit.]

Respōdeo dōz ꝙ mereri: sicut dictu est: est facere aliqd sibi debitu: hoc aut contingit trib9 modis. Uno mo qn aliqs facit de no debito debitu: sicut aliqs primo motu charitatis meret vita eterna facies eaz debita sibi q prius ei debita no erat. Alio mo qd erat minus debitu faciendo sibi magis debitu: qd cotingit in eo in quo charitas augetur. Tertio contingit qn aliqd qd e vno modo debitu sibi: facit alio mo debitu sibi: sicut puer baptizatus cui debetur vita eterna ex habitu gratie in baptismo infuse. quando vsum libe. arbi. habere incipit; facit sibi debitam eam ex actu. primo igitur modo christus meruit in primo instanti sue conceptionis claritatem corporis. que quidem non erat ei debita: neqꝫ ex conditione nature in se considerate. neqꝫ ꝯsequebatur ex necessitate vnionis: sicut gloria fruitionis: vt dictum est. Secudo autem modo christus mereri no potuit: quia charitas non est augmentata in christo. Tertio modo meruit in

Debitor ꝙs tribus monis efficit.

omnib⁹ actibus suis post primū instans sue conceptiōis: qr fecit sibi debitū aliquibus actib⁹: qd prius aliis actibus debebatur. Actus aūt quo quis meretur est ille cuius agēs est domin⁹: vt supra dictum est: et qui est proportionat⁹ mercedi. Est aūt homo dñs suorum actuū per volūtatē: quā quia charitas perficit in ordine ad finē vltimū: ideo actum fini ꝓportionatū facit. s. btitudini qui ꝓprie merces est nostrorum meritorū et iō ois actus voluntarius charitate informatus est meritorius. Cuz igitur christus passionem suam volūtarie sustinuerit: oblatus em̄ est: quia voluit: et voluntas ista charitate fuerit informata nō est dubiū ꝙ suam passionem meruerit.

Debitor qs tribus monis effici.

Vis charitatis notat.

Ad primum ḡ dōz ꝙ emptio est principalr ꝓpter habendam rem q̄ emitur: ⁊ ideo postꝗ semel empta est: vlterius nō emitur. sed actio qua quis meretur: nō est pncipalr ꝓpter pmiū consequendū: sed ꝓpter bonū charitatis. vñ hō habēs charitatez ēt oparet si nulla retributio seq̄ret vñ etiā postꝗ meruit aliqd opatur: et id qd sibi pmo vno mō debebat: postea alio mō sibi debet ¶ Ad scdz dōz: ꝙ h opz ꝙ faciat sibi magis debitū: qr hoc est fm intensionē charitatis: que est radix merendi: sed facit sibi pluribus modis debitū. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ quāuis passio sit in corpore: tamē voluntas acceptans passionē fuit in aīa. ¶ Ad quartum dōz: ꝙ passio inquantū passio nō est meritoria: qr sic principiū eius est extra: sed est meritoria inquantū est acceptata ꝑ voluntatē: sic em̄ est voluntaria: et pnc ipiū eius est intra. Acceptat aūt passio a volūtate dupl'r. vel sicut volūtariū absolute: sicut in xp̄o qui se volūtarie obtulit passioni vt nostre redēptionis opus expleret. vel sicut volūtariū mixtū: sicut qn aliqs etsi vellet non pati: tñ magis vult sustinere passionem ꝙ aliquid contra deum faciat. ¶ Ad qntū dōm: ꝙ ꝙuis meritū sit in charitate: sicut in radicenō tñ meremur sola charitate sz ēt aliis ꝟtutib⁹: inqꝗtū eorum actus sunt a charitate imperati

¶ Utrum xp̄s potuerit nobis mereri



D sextum sic ꝓcedit. videt ꝙ xp̄s nob mereri non potuit. sicut enim laus requirit volūtarium: ita et meritum. sed ꝓpter hoc ꝙ laus requirit voluntarium in laudato: ideo vnus non laudatur propter actū alterius. ergo similiter nec vnus alteri mereri potest. et sic christus nihil nobis meruit. ¶ Preterea Ezechielis. 18. dicit Anima que peccauerit ipsa morietur: ergo eadem ratione aīa que operatur ipsa premiabit: et ita videtur ꝙ christus nobis mereri nō potuit. ¶ Preterea Xp̄s non meruit fm ꝙ deus: sed fz ꝙ homo habens charitatem: sed vnus habens charitatem nō meretur alteri nisi ex cōgruo quod non est per se loquendo meritum ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra. Christus fm ꝙ homo est caput nostrum: ergo nobis aliqd influit. sed non nisi meritorie: ergo christus nobis aliquid meruit. ¶ Preterea nullus peruenit ad gloriam sine merito. sed pueri baptizati

peruenient ad gloriã: ergo cum nõ perueniãt per meritũ ꝓpriuz peruenient per meritũ xpi: et ita christus nobis aliquid meruit.

¶ Utrum meruerit nobis ianue apertionem.

Prima qstiuncula.

Ulterius videtur q non meruit nobis ianue aptionẽ: quia Enoch et Helias ante christi incarnationẽ in paradisum introierũt: ergo ante xpm ianua erat apta. ¶ Preterea quicũq3 meret paradisum: meretur etiã aptionẽ ianue paradisi. sed antiq patres meruerũt paradisum: cũ haberẽt charitatez ita pfectã sicut et nos: et cũ ꝓpter paradisuz oia operarent: ergo meruerũt apertionẽ ianue padisi. ¶ Preterea posita causa sufficienti nõ reqrit aliquid aliud ad effectũ. si ergo xps sufficiẽter meruit nobis apertionẽ ianue paradisi: videt q nõ oporteat nos aliquid ꝓpter paradisuz opari: qd est falsum: ergo et primum.

¶ Sed ptra ante christũ nullus in paradisum intrauit: quia sancti patres ad limbũ descendebãt. sz postea hoies in paradisum intrauerũt: sicut dicit Luce.23. Hodie mecũ eris in paradiso: ergo paradisi apertionem xps meruit.

¶ Preterea per peccatũ Ade clausa est ianua paradisi: vt p3 Gen. 3. sed christus pro pctõ Ade satisfecit: ergo ipse aptionẽ ianue nobis meruit.

¶ Utrum per passionem meruerit nobis ianue apertionem.

Scda qstiuncula.

Ulterius videt q non tantũ p passionem apertionem ianue nobis meruit charitas. charitas enim eius in passione non fuit maior q ante si ergo p passionẽ meruit: et etiã ante meruit. ¶ Preterea in baptismo celi aperti sunt per eũ. sed baptismus passionez pcessit: ergo ante passionem celi apertionẽ nobis meruit. ¶ Preterea videt q per ascensionẽ. p id qd dicitur Mich.2. Ascendit pandens iter ante eos. ¶ Sz cõtra xps satisfaciẽdo nob ianuaz aperuit. sed satisfecit per passionem: ergo p passionẽ ianue apertionez meruit. ¶ Preterea clausio ianue fuit decretuz qd erat contrariũ nobis. sed hoc tulit christus de medio affigẽs illud cruci. Coll. 2. ergo per passionẽ ianue apertionẽ nobis meruit.

Respondeo dicendum ad primam questionẽ q sicut dicit Damas. li. 3. caro xpi et aia erat quasi instrumentũ deitatis: vnde q̃uis esset alia operatio dei et hois: tñ operatio humana habebat in se vim diuinitatis: sicut instrumentũ vi agit pncipalis agentis. Et ꝓpter hoc dicit Dama. q ea q̃ hois sunt supra holem agebat. vnde et actio christi meritoria q̃uis esset actio hũana tñ agebat in virtute diuina: et ideo erat potestas supra totaz naturam: qd nõ poterat esse de aliqua operatione puri hominis: quia homo singularis est minus dignus q̃ natura cõis: quia diuinius est bonũ gẽtis q̃ bonũ vnius hois. Et quia oẽs homines sunt vnus hõ in nã cõi: vt dicit Porphi. inde est q meritũ xpi qd ad naturã se extendebat et ad singulos se extẽdere poterat: et ita alijs mereri potuit.

Ad primũ ergo dicendum: q xps me-

reri pro alio dr dupl'r. Aut ita q ipse mereat loco alteri'.i.q ptinet ad aliud vt mereat: & sic xps pro aliis nō meruit: qr meritum opz q pcedat ex volūtate merētis: vt obiectio procedebat. Aut ita q ipse aliquid alteri mereat: qd sub merito illius nō cadit. et sic xps aliis meruit: ea q ipi sibi mereri nō potuerūt. ¶ Ad scdm dōm: q mēbra et caput ad eandez psonā pertinēt. vnde cū xps fuerit caput nostrū pter diuinitatē et plenitudinē gre in alios redūdantē: nos aūt sum' mēbra eius: meritū suū nō est extraneū a nobis: sed in nos redūdat pp vnitatē corpis mystici. ¶ Ad 3m dōm: q xps ea q sunt hois agebat supra holem: vt dictū est.

Rñsio ad primā q̄stiunculam

Ad secūdā questionē dōm: q si cur clausio ianue est obstaculuz prohibēs ab igressu domus: ita per silitudinem dr ianua padisi clausa inquātū ē aliqd obstaclm phibēs ab introitu padisi. Obstaculū aūt pōtest esse duplex. Unum ex pte psone: qd est per pctm actuale. Aliud ex pte nāe qd est per pctm originale. Primū quidē obstaculū nō est cōe olbus: sed tm pctōrib': sed scdm obstaculū est olbus cōe. et hoc quidē obstaculū auferri nō potuit nisi per eū cuius opatio in totā naturā potuit.s. xpm. et iō ipse nobis quantū ad hoc apertionē ianue meruit que per peccatū primi hominis toti viriate nature clausa erat.

Ad primū ergo dōm: q ē duplex paradisus.s. celestis q est ipa visio dei. & terrestris. per pctm autem pmi hois clausa fuit ianua paradisi terrestris in signū q humane nature claudebat ostium padisi celest. Enoch ergo & Helias: quis paradisum terrestrez ante passionē ingressi sint: nō tn paradisum celestē: de cuius ianua hic loqmur. ¶ Ad scdm dicendū q antiq patres meruerūt itroitū paradisi quātuz ad id qd psone est: sicut & nos: tn q remoueret impedimentum qd erat ex parte nature mereri non potuerunt. et iō semp remāebat eis ianua clausa. ¶ Ad 3m dōm: q quis remotū sit impedimentū: qd erat ex parte nature per xpm: tn opz q per actū meritoriū efficiatur hoi paradisi debit' quātuz ad id qd est persone. et iō opz q hō agat ad hoc vt paradisuz intrare mereatur.

Ad tertiā questionem dōm: q obstaculū: qd ianuā paradisi claudebat: vt dictū est: fuit pctm totam naturā inficiēs. et iō qr peccatū per satisfactionē tollit: nec satisfactio potuit cōgrue aliter fieri nisi per passionē xpi: vt infra dicet: ideo p passionē ipsius tantū aperta est nobis ianua: et non per alia que prius operatus est. tamen per alia que pri' operatus est meruit nobis conuersionem ad ipsum inquantū meruit se nobis manifestari: p quam nos pficimus: et nō ipse.

Rñsio ad secundā q̄stiunculam

Ad primum ḡ dōz: q meritū satisfactionis nō cōsistit tm in charitate: sed requirit passionem xpi: vt infra dicetur per satisfactionez autē oportebat nob ianuā aperiri. ¶ Ad scdm dōm: q in baptismo aperti sunt celi: quia baptismus est id per quod

efficimur participes passionis xpi consepulti cum ipso in mortem. Ro.7. vnde baptismus nō aperit ianuā: nisi supposita passiōe.

¶ Ad tertiū dōm: q ascēsio non aperuit ianuā quantū ad id qd est essentiale paradiso. s. visionē dei: quia etiā ante ascēsionē deū viderunt sancti educti de limbo sed quantū ad locum congruentem bealis.

¶ Expositio textus.



Vt amota ignea rūphea.) que quidē posita in paradiso terrestri significabat impedimentum qd prohibebat ingressuz paradisi celestis. (Sed vel mox post carnis etc.) hoc probabilius est: qz etiaz alie anime sanctorum que nihil purgabile habent mox post separationem a corpore impassibiles fiunt. (In qua forma crucifixus est in ea exal.) Contra. Exaltatio est vsqz ad equalitatē patris: qd non conuenit sibi fm humanam naturam in qua crucifixus est. Dicendū q exaltatio potest dupliciter itelligi. Aut quātū ad cognitionē nostrā: et sic debetur persone ratione vtriusqz nature. Aut quantū ad rem: et sic cum exaltatio duo importet. s. terminum ad quem: et motum ad ipsum terminus cōuenit persone fm q dicit exaltari vsqz ad equalitatem patris. nature autem assumpte fm q dicitur exaltari ad potiora bona psne. motus autem conuenit tantuz nature: et ideo exaltatio conuenit psone rōne nature. (Non est aūt inuentus aliquis inter homines.) Quia meritū vnius puri hominis non poterat in totaz naturaz. (Vix vnicuiqz sua.) Qz iustitie nostre imperfectionē habent admixtam. Et ideo vix valent quantū ad personale meritum. nullo autem modo ad merendū pro tota natura. (Impleto autem dei decreto.) Decretū dicitur dei preceptum qd Adam trasgressus est: quod christ⁹ obediendo impleuit. Vel decretū dicitur sententia mortis quam in Adam tulit. et hoc etiam decretum christus impleuit qn mortē sustinuit. Cyrographū aūt dicit memoria preuaricationis Ade: siue reatus ipsius: qd christus pro nob satisfacciēdo deleuit. (Tantum enim fuit peccatū.) De hoc infra distinc. 20. quere.

Instātia cōtra textū dissoluit.

¶ Hic qualiter a diabolo et a pctō redemit nos p mortē.

Distinctio. xix.



Nunc igit queramus qūo p mortem ipsi⁹ a diabolo et a pctō et a pena redempti sumus. A diabolo igitur et a pctō p mortē xpi liberati sumus: qz vt ait apostol⁹. in sanguine ipsius iustificati sumus. et in eo q sumus iustificati. i. a pctis soluti a diabolo sum⁹ libati: q nos i vinclis pcōz tenebat. Sz qūo a pctis p ei⁹ mortez soluti sum⁹: Qz p eius mortez: vt ait apl's. cōmendat nobis charitas dei dei. i. apparet eximia vel cōmendabilis charitas erga nos i h q filiū suū tradidit i

mortem pro nobis pctorib⁹ Exhibita autē tāte erga nos dilectionis arra ⁊ nos moue mur accēdimurqꝫ ad diligē dum deū: qui pro nobis tantum fecit: ⁊ per hoc iustifica mur. i. soluti a peccatis iusti efficimur. Mors igitur xpi nos iustificat dū per eā charitas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoqꝫ et aliter ꝑ mortē xpi iustificati: qꝛ ꝑ fidē mortis ei⁹ a peccatis mūdamur. Uñ apl's. Iustitia dei est ꝑ fidē iesu xpi. Et idē. Quē proposuit de⁹ propiciatorē per fidem in sanguine. i. ꝑ fidē passionis ipsius: vt olim aspicientes in serpentē eneum in ligno erectū a morsibus sanabanf serpentiū. Si ergo recte fidei intuitu in illū respicimus: qui pro nobis pependit in ligno: a vīculis diaboli soluimur. i. a peccatis: ⁊ ita a diabolo liberamur: vt nec post hāc vitā in nobis iueniat qd puniat. Morte sua quippe vno verissimo sacrificio q̄cq̄d culparū erat vñ nos diabol⁹ ad luēda supplicia detinebat: xps extinxit: vt in hac vita tentādo nō preualeat. Licet em̄ nos tentet post mortē xpi q̄bus modis ante tētabat: non tn̄ vincere pōt: sicut ante vincebat. Nā petr⁹ q̄ ante xpi mortē voce ancille territ⁹ negauit: post mortē añ reges ⁊ p̄sides du ctus nō cessit. Quare? Quia fortior. i. xps veniēs in domū fortis. i. in corda nostra: vbi diabol⁹ h̄itabat alligauit fortē. i. a seductiōe cōpescuit fideliū: vt tētationem: q̄ ei ad huc ꝑmittitur: nō sequaf seductio. Itaqꝫ in xpi sanguine: q̄ soluit q̄ nō rapuit redēpti sum⁹ a peccato ⁊ per hoc a diabolo. Nam vt ait Aug. in ipso vincuntur inimice nobis inuisibiles potestates vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enim sanguine sine culpa omnium culparum cyrographa deleta sunt: qui bus debitores qui in eū crecdunt a diabolo ante tenebātur. Unde qui pro multis effundetur. Per illum ergo redempti sumus in quo princeps mundi nihil inuenit. Unde Augustinus causam ⁊ moduꝫ nostre redēptiōis insinuās ait. Nihil inuenit diabolus in christo: vt morere tur: sed pro voluntate patris mori christus voluit: non habens causam mortis de peccato: sed de obedientia et iustitia mortem gustauit: per quam nos redemit a seruitute diaboli. Incideram⁹ em̄ in pricipē hui⁹ seculi: q̄ sedu xit adā ⁊ seruū fecit: cepitqꝫ nos, q̄si vernaculos possidere

Uerba ignita vehemēter.

Chyrographum nostre dānationis deletū

Sed venit redemptor et victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro. Tendit ei muscipulam crucem suam: posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris: per quod recessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem fudit: vt peccata nostra deleret. Unde ergo nos dyabolus tenebat deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum. Iste erant cathene captiuorum. Uenit ille. alligauit fortem vinculis passionis sue. intrauit in domum eius idest in corda nostra: vbi ipse habitabat: et vasa eius scilicet nos diripuit: que ille impleuerat amaritudine sua. Deus autem noster vasa eius eripiens: et sua faciens: fudit amaritudinem: et impleuit dulcedine: per mortem suam a peccatis redimens: et adoptionem glorie filiorum largiens.

Cur deus homo et mortuus.



Factus est igitur homo mortalis vt moriendo dyabolum vinceret. Nisi enim homo esset qui dyabolum vinceret: non iuste: sed violenter homini tolli videretur: qui se illi sponte subiecit. Sed si cum homo vicit in re manifesto hominem perdidit. et vt homo vicat necesse est: vt deus in eo sit qui eum a peccatis immunem faciat. Si enim homo per se esset. vel angelus in homine facile peccaret: cum vtramque naturam per se constet cecidisse. Ideo dei filius hominem passibilem sumpsit: in quo et mortem gustauit: quo celum nobis apperuit et a seruitute dyaboli. i. a peccato seruitus enim dyaboli peccatum est. et a pena redemit. A qua pena? Temporali et eterna. Ab eterna quidem relaxando debitum. A temporali vero penitus nos liberabit in futuro quando nouissima mors inimica destructur. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis secundum animam vero iam redempti sumus ex parte: non ex toto: a culpa: non a pena. Nec omnino a culpa. Non enim ab ea redempti sumus vt non sit sed vt non dominetur.

Quomodo penam nostram portauit. Notanda verba.



Peccata enim nostra. i. penam peccatorum nostrorum dicitur in corpore suo super lignum portasse quia per ipsius penam quam in cruce tulit omnis pena temporalis que pro peccato conuerso debetur in baptismo penitus relaxatur vt nulla a baptizato exigatur: et in penitentia minoratur

Non eñ sufficeret illa pena qua penitētes ligat ecclía: nisi xp̄i pena cooperaret: q̄ pro nobis soluit. Unde petā iustoꝝ qui fuerūt ante aduētuz in substētatiōe dei fuisse vsq; ad xp̄i mortē dicit apostolus ad ostensionē ei⁹ iustitie in hoc tempore. Ecce ex parte expositum est qūo et quid christus per mortē nobis meruit ⁊ impetrauit.

¶ Si sol⁹ xp̄s debeat dici redēptor vt solus dr̄ mediator.



Unde ip̄e vere dicitur mundi redemptor ⁊ dei hoīmq; mediator. Sz mediator in scriptura dicit̄ solus filius: redēptor vero aliquādo etiā pater vel spiritussantus. Sed hoc ꝓpter vsuz potestatis: nō ꝓpter exhibitionē humilitatis ⁊ obediētie. Nā ꝑm potestatis simul ⁊ obedientie vsum filius ꝓprie dicit̄ redēptor: q2 ⁊ in se expleuit ꝑ que iustificati sumus ⁊ ipsam iustificationem est operatus: potentia deitatis cum patre et spiritusancto. Est igit̄ redēptor inquantum est deus potestatis vsu: ⁊ inq̄tum homo humilitatis effectu. Et sepi⁹ dicit̄ redemptor ꝑm humilitatem: q2 ꝑm eā ⁊ in ea suscepit ⁊ impleuit illa sacrr̄a que sunt cā redēptiōis nr̄e. Proprie igitur filius dr̄ redēptor.

Insignia christi

¶ De mediatore.



Ui solus dr̄ mediator: nō pr̄ vl' spiritussanct⁹. De quo apostolus. Un⁹ mediator dei ⁊ hoīm hō xp̄s iesus. i. ꝑ hominem q̄ si in medio arbiter est ad cōponendā pacē. i. ad recōciliādum hoies deo. Hic est arbiter quē iob desiderat. vtinaz esset nobis arbiter. Recōciliati eñ sumus deo vt ait apostolus ꝑ mortē xp̄i. Qd̄ nō sic intelligēdum est quasi nos ei sic recōciliauerit xp̄s vt inceperit amare quos oderat. sic recōciliat̄ inimic⁹ inimico vt deinde sint amici q̄ añ se oderāt sz iā nos diligēti deo recōciliati sum⁹. Nō eñ ex q̄ ei recōciliati sum⁹ ꝑ sanguinez filij nos cepit diligere sed ante mundū ꝑusq̄ nos aliq̄d eēmus. Qūo igit̄ diligenti nos deo sum⁹ recōciliati? Propt̄ petm̄ cū eo habebam⁹ inimicitias: q̄ habebat erga nos charitatē: ēt cū inimicitias exercebam⁹ aduersus eum operādo iniq̄tatē. Ita ḡ inimici eram⁹ deo: sic iustici e sunt inimica petā. Et iō remissis petis tales inimicitie finiunt̄: ⁊ recōciliant̄ iusto: q̄s ip̄e iustificat. Xp̄s ḡ mediator dr̄ eo q̄ medi⁹ inter

Apli verba exponunt.

deum & hoïes ip̄os reccõcilia uit deo. Recõciliat autē du3 offendicula hoĩ3 tollit ab ocu lis dei.i.dum pctã delet q̄b⁹ deus offendebat̃. Et nos ini mici ei⁹ eram⁹: s3 cũ pctã de leat nõ solũ fili⁹: s3 pr̄ & spiri tussanctus: quo⁊ deletio est nr̄a ad deũ recõciliatio: qua re sol⁹ fili⁹ d̄r mediator? Nã de pr̄e legit̃ φ recõciliauerit sibi mundũ. Ait em̄ apostol⁹ Deus erat in xp̄o mũdũ sibi recõciliãs. Cũ igr̄ recõciliet quare nõ d̄r mediator? Quia nec medi⁹ est iter deum & ho minē3: nec in se habuit illa sa cramēta: quo⁊ fide & imitatio ne iustificamur.i.reconcilia mur deo. Recõliauit nos igi tur tota trinitas ṽtutis vsu s.dum pctã delet. s3 fili⁹ sol⁹ impletiõe obediētie: in q̄ pa trata sunt ꝭm humanã natu ra p̱ que credentes & imitan tes iustificantur.

Pr̄ nõ d̄r me diator

¶ Secundum quam naturã sit mediator.



Vnde mediator d̄r ꝭm hũanitatē: non ꝭm diuinitatē. Nõ est em̄ mediator in ter deum & deum: q̄r vnus est sed inter deum & hoiem qua si iter duo extrema: q̄r medi⁹ esse non potest nisi inter ali qua. Mediator est igit̃ inq̄ tum homo. Nã inq̄tu3 deus nõ mediator sed equalis pr̄i st: hoc idē q̄d pr̄ cum patre vnus deus. Mediator ergo inter homines & deu3 trinita tem ꝭm hoĩs natura3 in qua suscepit illa per que recõcilia mur deo trinitati: & ꝭm ean dem h3 aliq̄d simile deo: & ali quid simile hominib⁹ q̄d me diatori congruebat: ne p̱ oĩa similis hominibus longe eēt a deo: aut per omnia deo si milis longe esset ab homini bus: & ita mediator non esset. verus igitur mediator chri stus inter mortales peccato res & immortalem iustum ap paruit. mortalis cum hoĩbus iustus cu3 deo. p̱ infirmitatē ꝓpinquans nobis: per iusti tiam deo. Recte igit̃ media tor dictus est: q̄r inter deum immortalem & hoĩe3 morta le3 deus homo recõcilians hominē deo. Jntantum me diator inq̄tum est hõ. Jnq̄ tum aũt verbum non est me dius: q̄r vnus cum pr̄e deus Si ergo xp̄s ꝭm vos o here tici vnam tm̄ h3 natura3: vñ medius erit? Nisi ita sit me dius vt deus sit propter na turam diuinitatis: & hõ pro pter humanitatis naturam quomõ in eo humana recõ cilian̄t diuinis? Na3 ip̄e ve niens prius in se humana so ciauit diuinis per vtrusq̄ nature cõiunctionē in vna p sona. Deinde oẽs fideles per

Medi atiõis miste riu3 in quo cõ sistat.

mortem recõciliauit deo: dū sanati sunt ab impietate qui cunq3 humilitatez xp̄i credē do dilexerunt, z diligēdo imi tati sunt.

¶ Summatim intelligentie premissa perstringit.


Ecce hic aliq̄tenus isinuat quare xp̄s solus dr̄ mediator dei z hoīz: z p3 quā naturam mediet. s. humanaz z cui mediet s. deo trinitati. Trinitati enim nos reconciliauit per mortez: per q̄ etiā nos redemit a seruitute dyaboli. Nam vt petrus ait: non corruptibilibus auro vel argento redempti sumus: sed precioso sanguine agni immaculati.

¶ Diuisio textus.



Ostquā determinauit magister de merito xp̄i s̄m q̄ ordinatur ad bonum cōsequēdū sibi z nobis. hic determinat de merito ipsius s̄m q̄ ordinat ad remotionē mali in nobis ipse eniz in se neq3 subiectus est culpe neq3 debitor est pene. Diuiditur aūt in duas partes. In prima ostēdit quomodo per passionem xp̄i liberamur a malis. In secūda de causa passionis xp̄i. dist. 20. (Si vero queritur.) prima in duas. Primo ostēdit quomodo per meritū passionis christi sumus liberati a malo. Secundo determinat de his que dicūtur de xp̄o ratione huius liberationis ibi. (Unde z ipse vere dicit.) prima in duas. Primo ostendit quomodo per passionē christi liberati sumus a malo culpe: et a potestate instigantis ad culpam. s. demonis. Scd̄o ostendit quomodo per dictam passionem sumus liberati a malo pene ibi. (A pena redemit.) Circa primum duo facit. Primo ponit intentum. Secūdo exequit propositum. ibi. (Sed quomodo a pctis.) Circa qd̄ duo facit. Primo prosequitur modū quomodo per xp̄i passionē et mortem liberati sumus a pctō scd̄o qūo liberati sumus a potestate diaboli ibi. (A diabolo lib̄amur.) Circa quod tria facit. Primo ostendit quantum ad quid liberati sumus a potestate diaboli. Secundo exponit modum liberationis ibi. (Unde Augustinus causam et modū.) Tertio q̄ hoc fieri nō poterat nisi per deum et hoiem. ibi. (Fact⁹ est igitur homo mortalis.) (Et a pena redemit.) Hic ostendit quomodo sumus liberati a pena per christi passionez. Circa qd̄ duo facit. Primo ostēdit a qua pena nos liberauit. Secundo modum liberationis. ibi. (Peccata quoq3 nostra.) (Unde ipse vere mediator.) Hic determinat de his que dicūtur de christo ratione dicte liberationis. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quare dicatur redēptor. Secundo quare dicatur mediator ibi. (Qui solus dicitur mediator.) Circa quod tria facit. Primo ostēdit rationē quare dicit̄ mediator. Secūdo ostendit q̄ ipse solus est mediator: nō pater vel spiritussanctus. ibi.

(Sed cum peccata deleat). Tertio ostēdit ſm quā naturam ipſe ſit mediator ibi. (Unde ꝛ mediator dicitur.) Queſtio.1.



Hic querunt quinqꝫ. Primo vtrū ꝑ paſſionem xp̄i ſimus liberati a pctō. Secundo vtrū per ipſam ſimus liberati a poteſtate dyaboli. Tertio vtrū ꝑ ip̄ꝫ ſimus liberati a pena Quarto vtrū rōne illiꝰ liberationis xp̄s dicēdus ſit redēptor. Et quinto eadeꝫ rōne ſit mediator.

¶ Utrum per paſſionem chriſti ſimus liberati a peccato.



Ad primuꝫ ſic ꝓcedit. videt̄ ꝙ ꝑ paſſionem xp̄i non ſimus liberati a pctō. Chriſtus enim nō eſt paſſus ſm diuinam naturam. ſed ſm humanaꝫ: ſed peccata delere, ſolius eſt dei. vt patet Iſa.43. quia ipſius ſolius eſt gratiam dare: per quā delent̄ peccata; ergo per paſſionē chriſti peccata noſtra deleri non potuerūt. ¶ Preterea. corporale non poteſt agere in ſpirituale. ſꝫ paſſio chriſti fuit quoddam corporale. ergo non potuit agere in animas noſtras ad delenda pctā ¶ Preterea. liberatio a pctō dicitur eſſe iuſtificatio: ſed hec attribuitur reſurrectioni Ro.5. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. ergo liberatio a peccato non debet attribui paſſioni ſed reſurrectioni. ¶ Preterea. ſicut paſſio xp̄i excitat in nobis charitatem: ita ꝛ alia bn̄ficia dei: qꝛ ipſe nobis tp̄alia ꝛ ſpiritualia bona diſtribuit. Similr̄ etiā ſctōꝝ exēpla nos ad charitatē excitāt et tn̄ nō dr̄ ꝙ per oīa bn̄ficia dei a pctō liberemur. ergo neqꝫ debet dici ꝙ per paſſionē liberemur a pctō: qꝛ nos ad charitatē excitat vt dicit magiſter. ¶ Preterea ſicut habemus fidē de paſſione: ſic ēt habemꝰ fidē de creatiōe mūdi: ꝛ tn̄ non dr̄ ꝙ per bona creationis a pctō mundemur: quāuis fides corda purificet; vt dr̄ Act.15. ergo videt̄ ꝙ nec etiā iſta ratione dicendū ſit ꝙ per paſſionē a peccatis liberati ſimus: vt dicit magiſter. ¶ Sed cōtra Apoc.5. Lauit nos a peccatis nr̄is i ſanguine ſuo ſanguinē autē in paſſione fudit: ergo per paſſionem a pctis nos liberauit. ¶ Preterea ſignuꝫ reſpōdet ſignato. ſed ritus ve. legis fuit ſignū ꝛ figura xp̄i. cū igitur in ve. le. non fuerit ſine ſanguinis effuſione remiſſio: vt dicitur. Hebre.9. nec pctōꝝ remiſſio fit niſi per ſanguinis chriſti effuſionem.

¶ Utrum omnia peccata deleta ſint per mortem chriſti. Queſtiūcla

Ulterius videt̄ ꝙ non oīa peccata xp̄i mortē deleta ſint. nullus em̄ dānat̄ niſi ꝑ pctō: ſed multi poſt xp̄i paſſionē dānant̄; ergo nō ꝗcꝗd culparū erat deleuit. ¶ Preterea qđ ſemel deletū eſt vlteriꝰ deleri nō poteſt. ſed pctā ꝑcedētium patrū deleta erāt: et ꝙtuꝫ ad actualia per penitentiam: et ꝙtū ad originale ꝑ circūciſionē ergo per paſſionē chriſti non omnia peccata humani generis deleta ſunt. ¶ Preterea peccatum non poteſt deleri anteqꝫ fiat: qꝛ tunc nunqꝫ fieret: ſed multa peccata facta ſunt poſt chriſti paſſionem. ergo nō omnia peccata deleuit.

deleuit. ¶ Preterea penitētia: et baptism⁹: et alia bona opa nobis indicūtur ad pctōꝝ remissionē. hoc aūt nō esset si oia pctā p mortem christi deleta essent ergo videt̄ ꝙ nō oia deleta fuerūt ¶ Preterea eoꝝ q̄ sunt eq̄lia; vnū nō destruit alterū sed quantum bonū fuit passio christi ex parte patiētis tātū maluꝫ fuit occisio ipsius ex parte occidētiū: qꝛ occidebat̄ deus qui erat infinitum bonum: ergo videt̄ ꝙ illō pctm̄ p xp̄i mortē expiari non potuit: ¶ Sed cōtra Col. 2. Uiuificauit nos cum illo donās nobis oia delicta: sed donare delicta est remittere peccata. ergo p xp̄m oia peccata sunt dimissa. ¶ Preterea passio xp̄i quātū in se est eq̄liter se habet ad oia pctā delēda si ergo aliq̄ na pctā non deleuit nulla deleuit. qđ est absurdum.

Respondeo dōm ad pmā qōnē ꝙ delere pctm̄ đr dupl'r. Uno mō formaliter: sicut albedo đr delere nigredinē p hoc ꝙ aduenit in subo: ꝛ sic grā est delere pctm̄. Alio mō đr effectiue: et hoc contingit tripliciter f̄ꝫ tria genera cause efficiētis: đr enim cā efficiēs vno mō pficiēs effectū: et hoc est principale agens inducens formā: et sic sol⁹ de⁹ pctm̄ delet: qꝛ ipse solus grām infundit. Alio mō dicit̄ efficiēs disponēs mām ad recipiendū formā: ꝛ sic đr pctm̄ deleret ille q̄ meret̄ pcti deletionē: quia ex merito efficit̄ aliq̄s dign⁹ quasi materia disposita ad recipiēdū gratiā; p q̄ꝫ pctā deleāt̄ hoc aūt ꝯtingit dupl'r vel sufficiēter vl' insufficiēt̄. Sufficienter q̄dē disposita est materia: quādo fit necessitas ad formam: et similiter aliquis sufficienter per merituꝫ disponitur ad aliquid quando illud efficitur sibi debitū: ꝛ hoc est meritum condigni: et sic nullus homo neq̄ꝫ sibi neq̄ꝫ alteri potest mereri gratiam vel peccati deletionem. Non sibi quia anteqūꝫ gratiam habeat non est in statu merendi: vt patet ex dictis Alijs non: quia actio vnius non potest sufficienter transire in alterum: nisi inquantum habet aliquam communitatem cum illo que potest esse vel per cōmunionē in natura vel per coniunctionem affectus. sed prima coniunctio est essentialis secūda autē accidētalis. prius aūt homo nō pōt in naturā. qꝛ vt supra dictū est: est inferior quā natura. ꝛ iō non potest actio eius in alium hominem transire f̄m ꝙ cōiungitur ei in natura: sed solū q̄ꝫtū ad coniūctionem affectus: que est cōiūctio accidentalis: ꝛ propter hoc nō pōt alteri sufficiēter mereri: sꝫ ex cōgruo. Solus autem xp̄s alijs pōt sufficiēter mereri: qꝛ potest in naturā inq̄ꝫtū deus est ꝛ charitas sua quodāmodo est infinita: sicut ꝛ gratia: vt supra dictum est. in hoc aūt p tota natura meruit in quo debitum nature scilꝫ mortis que p pctō ei debebatur exoluit ipse peccatū non habēs: vt sic nō p se mortem soluere teneret̄: sed pro natura solueret. vn̄ satisfaciendo pro tota natura sufficiēter meruit peccatorum remissionē alijs qui pctā habebant. 3° modo dicitur agēs instrumētale: ꝛ hoc mō sacramenta delent pctā qꝛ sunt instrumēta diuine mie saluantis.

Pctm̄ delet̄ dupliciter.

Sol⁹ xp̄s pt alijs mereri.

Ad primū ergo dicēdum q̄ ea q̄ hoīs erāt xp̄s supra hoīem faciebat ſm q̄ eius actio habebat virtutē ex diuino cōsortio: vt supra dictū est et iō q̄uis passio eius eēt ſm qd̄ hō: tn̄ p passionē pctā deleuit: sicut p cōtactū corporalē leprosū mūdauit. ¶ Ad scd̄m q̄ quāuis passio eēt in corpe: tn̄ erat in spū acceptāte passionem: ⁊ iō p passionem meruit nostrorum spiritū emūdationē. ¶ Ad 3^m dōm q̄ xp̄s est vnius nature nobiscum vn̄ eius actio in nos ē aliquo mō vniuoca. i. silr̄itudinē habēs cum effectu: q̄uis aūt in iustificatione pctā deleant̄: tn̄ iustificatio nominat illā mutationē de culpa in gratiā ſm terminū ad quē pctī aūt deletio ſm terminū a q̄. Et iō attribuit̄ pctī deletio morti: que vitā passibilem vite peccatrici similē in pena a xp̄o ademit. Justificatio autem resurrectioni. p quam noua vita in xp̄o inchoata est. ⁊ hoc est qd̄ apl̄us dicit. Roma. 5. q̄ resurrexit propter iustificationem nostram: et traditus est ꝓpter delicta nr̄a. ¶ Ad quartū dōm q̄ xp̄s inquātum nobis influit p meritum dicitur caput nostrū. vt supra dist. 9. dictū est. Ex capite aūt non recipitur influxus in mēbris diuisis: sed in membris cōiunctis capiti q̄tumcūq̄ caput ex se sufficiens sit ad influendum: vn̄ q̄uis meritū xp̄i sit sufficiens ad delendum peccata. tamē ad efficientiā deletionis requirunt̄ ea que capiti cōiungūt. hmōi autem sunt fides ⁊ charitas: ⁊ ideo magister assignat fidem passionis et charitatem quasi causas efficientie deletionis culpe cām tn̄ sufficientie assignat in hoc q̄ dicit q̄ mors xp̄i est verū sacrificiū p quod peccata delentur. vnde q̄uis ex alijs diuinis bn̄ficijs et sanctorum exemplis charitas excitet̄: nō tn̄ cōiūgit merito sufficiēti ad culpe deletionē inq̄tū ex eis excitat̄: sed inq̄tū excitat̄ ex passione xp̄i. ¶ Silr̄ dōm ad quintum de fide. (Nota verba.)

Ad secundā q̄ōnem dicēdum q̄ ad hoc q̄ aliquid in alterū effectum inducere possit. duo requiruntur. vnū ex parte agētis. s. q̄ habeat virtutem sufficiētē ad inducēdū illū effectū. Alterū ex pte recipiētis: vt. s. dispositum sit ad suscipiendum actionē. xp̄i aūt q̄ in nobis meruit deletionē pctōꝝ inuenitur sufficientia ad delendū oīa pctā nostra ex duobus. s. ex actione in qua meritum cōsistit que agit vi diuina eo quod est actio dei et hoīs: vt dictum est. ⁊ ex hoc habet infinitā in merendo efficatiā. Et iterum ex eo qd̄ passio abstulit. scȝ animam deo vnitam que etiam habebat infinitū valorē: ex hoc q̄ est deo vnita: et ex hoc est infinita efficatia in satisfaciendo. Ex parte autē nostra requirit̄ vt nos preparemus ad meriti christi effectum in nobis suscipiendū p fidem intellectus et charitatem affectus ⁊ p imitationem operis: quod quidē nō cōtingit in oībus: et iō quo ad sufficieutiā satisfactionis: ⁊ meriti omnia peccata per xp̄i passionem deleta sunt: non aūt quātū ad efficientiam. (Nota la pulchra:)

Ad primū ergo dicēdū q̄ in illis qui dānantur est indispositiō ad recipiēdū effectum meriti

xpi. vñ ex hoc cõtingit q eorum pctã nõ delentur: nõ ex insufficiẽtia meriti passiõis xpi. ¶ Ad 2m dõm q etiã in sctis qui fuerunt añ incarnationẽ habuit effectuȝ passio xpi inq̃tũ fideȝ habebãt passionis ipsius: per quã iustificanbant: qr añt passio nõdũ erat in rerũ natura: sed in fide eoꝝ: inquãtũ psonali actione in xpm credebãt. Ideo illa iustificatio qua per fidẽ passionis xpi iustificabant. non se extendebat nisi ad remouendũ personale impedimentũ: nõ añt ad remouendũ impedimẽtũ nature: ꝛ propter hoc ipsi quidem a pctõ mundabãtur: sed paradisi ianuã nõ intrabãt: qr nondũ erat amotũ impedimẽtũ nature. ¶ Ad tertium dõm q passio xpi q̃tũ ad sufficiẽtiã põt delere pctã etiã ante q̃ fiant. sed efficiẽtia deletionis nõ est nisi postq̃ aliqs a pctõ cõmisso auertit. sicut medicina sufficiẽs ad sanãdũ paratur interdũ anteq̃ aliqs infirmet. sed nõ sanat p ipsam actu nisi postq̃ infirm⁹ fuerit. ¶ Ad quartũ dõm q baptismus penitẽtia et alia sacramẽta exigunt ad deletioneȝ pctõꝝ: sicut instrumẽt alr agentia deletionẽ culpe, vñ agũt in virtute passiõis dñice: et ipsam passionis virtutẽ in nos quodã modo trãsfundũt. ¶ Ad quituȝ dõm q q̃uis ille qui occidebat esset de⁹: nõ tñ cognoscebãt occisores ipȝ esse deũ: qr si cognouissent nunq̃ dñm glorie cruci. pª Cori. 2. vnde eorũ pctm ex ignorantia minuit: quãuis non ex toto excuset. Et etiã q̃uis habeãt equalitatẽ eorũ pctm et meritũ ch̃ isti ßm quid scȝ quãtũ ad obiectum actus: qr vitã corporaleȝ quam xps charitatiue dedit: illi nequiter extinxerunt: nõ tamen habẽt equalitatẽ q̃tũ ad morũ qr multo maior fuit charitas ex parte christi animã ponentis q̃ nequitia ex parte illorũ qui illã animã nequiter extorserunt: et iterũ bonũ est efficacius q̃ malũ qd non nisi virtute boni agit. vt dicit Dio. 4. ca. de di. no.

¶ Utrum simus liberati a dyabolo p passionẽ xpi.



Ad secũdũ sic pcedit. videt q per xpi passionẽ nõ sim⁹ liberati a diabolo: libertas eniȝ hois in hoc cõsistit q cogi nõ põt sed sicut nũc li. ar. cogi non põt a diabolo: ita nec ante xpi passionẽ: ergo passio xpi non liberauit nos a potestate demõis. ¶ Preterea dyabol⁹ nõ habuit ptãteȝ in res ipsi⁹ Iob. neq̃ in carnem eius nisi cum accepit eam a deo sed modo etiã accepta potestate a deo potest homines affligere in rebus et in personis; ꝙ in nullo sumus modo magis liberi ab eius potestate quam ante. ¶ Preterea ante passionem xpi demon aliter non nocebat hominibus nisi tentando quantuȝ ad animã: ꝛ vexando quãtũ ad corpora: sed hoc etiam quotidie facit: ergo in nullo eius virt⁹ est diminuta. ¶ Propterea illi proprie sub diaboli ßuitute detinentur qui ipsi seruitutem latrie exhibent. sȝ adhuc hodie sunt idolatre multi: ergo humanum genus non est liberatũ a seruitute dyaboli. ¶ Preterea Apls dicit 2ª Thim. 3. q in nouissimis diebus instabũt tpa periculosa: et

erūt hoīes ⁊c. ⁊ etiā tpe antixpi magis preualebit ꝙ vnꝗ fecerit: ergo videt ꝙ per passionem xpi nō sit virt⁹ demonis extīcta. ¶ Sed ꝯ Johā. 12. instante passione dixit dñs. pnceps mūdi huius eijciet foras: ergo per passionē xpi pncipatus sui dñiū amisit ¶ Preterea victoris est aduersariū a ptāte dñij eijcere: ſʒ xps p passionē victor fuit. Apo. 4. Vicit leo de tribu iuda: ꝗ ptātē demonib⁹ abstulit. ¶ Preterea dyabolus p pctm̄ hoī dñat: sed xps p passionē hoīes a pctō libauit: ꝗ et a potestate demonis.

Demonis ptās i duobus cōsistit.

Respōdeo dōm ꝙ potestas demonis in duob⁹ cōsistit. s. in ipugnādo ⁊ detinēdo deuictos. Ex eo aūt ꝙ quis impugnat: nōdū seruus fact⁹ est. ſʒ ex eo ꝙ vict⁹ est: vt ptʒ 2ª. pet. 2. Deuicerat aūt dyabolus totū humanū genus in primis parētib⁹ ⁊ eis dominabat: dūʒ eos ad hoc scōm suū votū deduxerat: vt nullus paradisi ianuā introiret. Deuincit etiā vnūquēqꝫ singulariter: dū eū ad peccatū inclinat: quia qui facit peccatū seruus ē pcti: ptātem igitur dyaboli qua victos detinet xps p passionem ex toto amouit: quantū ad sufficiētiā ſʒ nō ꝗtū ad efficiētiā nisi in illis q̄ vim passiōis suscipiunt p fidē charitatē et sacra. ⁊ per hoc dr̄ dominiū dyaboli euacuasse. Sed ptātē qua impugnat non ex toto euacuauit: sed debilitauit dū ipm hostē vicit ⁊ hoībus auxilia multa ad resistēdum tribuit sicut sacramēta gratiā abūdantiorē et alia hmōi.

Ad primū igit dicēdū ꝙ ꝗuis ante passionē xpi non posset cogere ll. ar. sicut nec mō: th poterat magis inclinare: inꝗtū hō erat debilior ad resistēdū. ¶ Ad 2m dōm ꝙ hoc ꝙ hoīes in reb⁹ et psonis affligit: vel est ex merito culpe ipsorū: vel ad pbationem iustorū ⁊ exercitiū patiētie ipoꝝ et nō est ex insufficientia passionis xpi. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ quāuis mō tentet sicut ⁊ ante: nō tamē ita de facili superat: inquātū homo plura remedia hʒ. ¶ Ad quartū dōʒ ꝙ hoc ꝙ idolatre adhuc manēt sub seruitute demonis contingit ex hoc ꝙ auxilia q̄ sunt ex passione xpi accipere negligunt. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ multitudo malorū qui erūt in vltimis temporibus non erit ex hoc ꝙ virtus passionis xpi deficiat: sed qꝛ armaturā dei qua armati sunt per passionē xpi abijcient vel contēnent: qꝛ refrigescet charitas multorū. Mat. 24. ⁊ idō nō est mirū si deuincantur.

¶ Utrū per passionē xpi a pena eterna liberati simus.



Ad tertiū sic pcedit. videt ꝙ p passionē xpi nō simus liberati a pena eterna. pena eni eterna est pena inferni: ſʒ i inferno nulla est redēptio: igit a pena eterna xpi passio nō liberat. ¶ Preterea si xps nō fuisset passus: null⁹ in infernum iuisset nisi peccasset mortaliter: sed nunc etiam xpo passo solū mortaliter peccantes in infernū vadūt ergo christi passio nō liberauit nos a pena eterna. ¶ Preterea pena que finiri pōt eterna non fuit: sed pena a

qua christus homines liberauit finita est. ergo a pena eterna nō liberauit. ¶ Sed cōtra peccatū est causa mortis eterne: sed xp̄s liberauit a peccato: ergo et a pena eterna. ¶ Preterea Zach. 9. Tu autem in sanguine testamēti eduxisti vinctos de lacu rc.

¶ Utrū xp̄s liberauerit nos a pena temporali.

1ᵃ q̄stiūcula.

Ulterius videt̄ q̄ non libauit nos a pena temporali: q: adhuc pro pctis pena tēporalis iniungitur penitentibus. ergo ab ea p̄ xp̄m nō sum⁹ liberati. ¶ Preterea p̄ma Pe. 2. Xp̄s passus est p̄ nobis vobis relinquens exēplū vt se. ves. ei⁹ hoc aūt nō est nisi patiēdo. ergo xp̄s p̄ suā passionē nos obligauit ad patiēdū penā tp̄alē mag̃ q̄ ab alia libauit. ¶ Pret̄ea per resurrectionē mortuorū liberamur ab omni pena tp̄ali: s3 etiā si xp̄s non fuisset passus mortui resurgerent: q: resurrectio mortuorū est articulus fidei. ergo passio xp̄i non liberat nos a pena tēporali. ¶ Preterea posita causa sufficienti ponit̄ effectus. sed adhuc in illis qui vim passionis xp̄i oībus modis in se excipiunt manet pena tēporalis: ergo passio xp̄i nō liberat a pena tp̄ali. ¶ Sed cōtra per claues eccl̄ie remittit̄ pena tp̄alis: s3 claues ecclesie virtutē habent a passione xp̄i: ergo p̄ passionē xp̄i tollit̄ pena tp̄alis. ¶ Preterea de⁹ nō punit bis i id p̄m. Naum p̄⁹ s3 de⁹ posuit in xp̄o iniq̄tates oīm nostrū dū ipse dolores nostros portauit. Isa. 53. ergo nos a pena tp̄ali p̄ suā passionem liberauit.

Et̄na vita dupl'r amittit̄.

Respondeo dōm ad primam q̄ōnē q̄ pena et̄na dr̄ p̄ oppositū ad vitā eternā. vn̄ pena: p̄ quā3 vita eterna p̄uat̄ dr̄ pena eterna. hō aūt vitā eternā amittere pōt dupl'r. s. per pctm̄ nature. s. originale cui⁹ pena est carētia visionis diuine: et p̄ pctm̄ p̄sonale actuale. s. mortale. Penā3 igit̄ eternā3 s̄m q̄ ex originali cōseq̄tur oēs incurrerūt: sed q̄dā s̄m reatū tantū: sicut q̄ adhuc viuebāt in carne. quidā aūt s̄m experientiā illi⁹ pene: sicut q̄ iā mortui erāt. Sil'r etiā penā eternā q̄ debet̄ pctō actuali nō oēs incurrerūt. sed q̄dā vel q̄tū ad reatū tātū: sicut exn̄tes in mortali. vel q̄tū ad experientiā sicut dānati. xp̄s igit̄ p̄ passionē suā a pena eterna q̄ debet̄ originali. q̄ oēs contrahunt dupliciter absoluit. s. auferēdo reatū q̄tū ad illos q̄ participes efficiebant̄ redēptiōis ei⁹: ⁊ adhuc viuebāt. ⁊ auferēdo penā q̄tu3 ad illos q̄ mortui erant. Ab oībus q̄dē q̄tū ad sufficiētiā: s3 q̄tū ad efficiētiā ab illis in q̄b⁹ nullū inueniebat̄. Sed a pena debita mortali actuali dupliciter absoluit. Uno mō p̄bendo auxiliu3 ne aliq̄s reatum illum incurreret. Alio mō p̄bendo etiā medicamenta quibus reatus posset auferri ab illis qui in se vi3 passionis eius receperunt. sed q̄ a pena illa iā actualiter suscepta aliquis liberet̄ esse nō pōt. quia non est in statu viatoris vt grā3 et charitatem suscipere posset: p̄ quā vis passionis christi in homines transfunditur.

Ad primū ergo dōz q̄ pena eterna nō solū dr̄ pena inferni. in q̄ sunt dānati. a qua non pōt esse

redēptio: q2 illi nec grām habēt nec grē capaces sunt vt possit eis cōicari passio xpi. sed dr pena eterna etiā limbi in qua erāt sancti pres. A qua poterat esse redēptio ꝓpter gratiā ⁊ charitatē que in illis sanctis erat: p quā eis xpi passio continuabatur.

¶ Ad 2m dōm ꝙ ꝗuis illi q̄ peccant mortal'r post passionē xpi in infernū vadūt: tamen passio xpi poterat eos ꝑseruare a pctō et etiā sanare vuln⁹ peccati in ipis et ideo quātū in se est a pena infernali liberat. ¶ Ad 3m dicēdū ꝙ pena inferni dr eterna. Tū q2 in eo qui punitur nō est virt⁹ ad liberandū se a pena illa: tum q2 non est dispositio vt virtus liberans in eo effectū habere possit: et ideo nullo mō terminari pōt: sed pena limbi erat eterna inꝗtū deficiebat in punito virt⁹ ad liberandū. vnde in eternū durasset nisi liberatio affuisset: ꝗuis esset dispositio ad recipiendum effectum liberantis: ⁊ in deo terminari poterat: sed pena purgatorū neutro mō est eterna. q2 p virtutē gratie quā ille qui punitur hȝ pena illa purgat ⁊ termiatur purgatione completa.

Ad secundā qōnem dōȝ qđ pena tēporalis dicit: p quā priuat aliqđ bonū tpale q2 bonuȝ tpale nō est natū manere sp. hec autem tēporalis pena in hoīe ē duplex. quedā que; vl'iter inueniuntur i tota humana natura: sicut necessitas moriendi: passibilitas inobedientia carnis ad spm̄ et hmōi. Et hec quidē pena nature hūane debetur ex originali peccato: nihilominꝰ hmōi ex principijs nature consequūtur gratia innocentie destitute. has igitur penas per suam passionis penā christus ab omnibus sufficienter excludit. ꝗuis nō efficaciter ab oībus. s. illis qui eius passionis participes non sunt: nec tamē ita ꝙ statim post passionē ab omnibus auferantur: vel ita qđ auferantur ab illis qui sacramēta passionis eius percipiunt statim post perceptionē sacramēti: sed in fine mundi ab omnibus sanctis simul auferentur: q2 iste pene debētur nature: in qua omnes sunt vnū. Unde tunc nō solū hominum: sed totius mundi natura reparabitur per resurrectionem: quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in reuelationē glorie filiorū dei. Roma 8. Alie autem pene sunt que aliquib⁹ hominib⁹ specialiter infliguntur. Et he pene dupl'r, ad eos cōparant. vno mo vt vindicātes culpā fm ꝙ culpa facit debitum hmōi pene. et hoc mō xps omnes istas penas sua morte quantum ad sufficientiaȝ abstulit remouēdo causam. Sȝ ad hoc quod aliquis his penis quantum ad efficatiam liberet: exigitur ꝙ passiōis christi particeps fiat: quod quidem contingit dupl'r. pmo quidē p sacramētū passionis. s. baptismū in quo cōsepelimur xpo in mortē vt dr Roma. 6. in quo diuina virtus operatur salutem. que inefficaciam nescit: ⁊ iō oīs talis pena i baptismo tollitur. secūdo aliqs fit particeps xpi per realē cōformitatē ad ipm sciȝ inꝗtum xpo patiēte patimur: quod quidem fit per penitentiēm. Et q2 hec cōformatio fit p nostrā opationeȝ iō contingit quod est imperfecta

Rñsio ad q̄stiūculam.

et perfecta. Et qñ quidẽ est perfecta cõformatio ſm ꝓportionẽ ad reatũ culpe: tunc pena totaliter tollitur ſiue hoc ſit in contritione tãtum. ſiue etiã ſit in aliis partibus penitẽtie. Quando autem non eſt perfecta cõformatio tunc adhuc manet obligatio ad aliquã penam: vel hic vel in purgatorio. Non tamen oportet ꝙ ſit conformatio ad paſſionẽ xpi ſm experientiam tante pene: ad quantã aliquis obligatur ex culpa: quia paſſio capitis in mẽbra redundat; et tanto plus quanto eſt ei aliquis per charitatem magis cõiunctus. vñ ex vi paſſiõis chriſti diminuitur quãtitas debite pene: et ſm hoc dr has penas auferre inquantũ eas diminuit. Alio mõ dicte pene cõparantur ad eos quibus infligũtur vt medicine: qz pene ſunt quedam medicine: vt dr 2. Eth. vel ſibi inquãtũ. ſ. ꝓſeruant a culpa ſeu ad ṽtutẽ ꝓmouẽt: vł aliis inquãtũ ſcz eſt aliis exemplum vt vnus ꝓ aliis aliq̃liter ſatiſfaciat. et hoc modo per paſſionẽ xpi pena tẽporalis nõ ẽ neq; totaliter ablata neq; diminuta: ſz magis augmẽtata charitate creſcẽte quantum ad preſentẽ ſtatũ: in quo et peccare poſſumus et ꝓficere nobis ⁊ aliis. ſed in futuro quãdo erit terminus vie oĩno pena tolletur per virtutem paſſiõis xpi.

Ad primum ergo dõz: ꝙ pena tẽporalis iniungitur vel vt ſatiſfactoria. et hoc fine vt aliq̃s paſſiõi xpi per mutationẽ conformet. vñ vbi eſt cõformitas ꝑ ſacramẽtũ baptiſmi nõ iũgit aliq̃ pena ſatiſfactoria: vel etiã iniungitur vt medicina preſernãs vel ꝓmouens; et non tanq̃ debita. ¶ Et per hoc ptz etiam ſolutio ad ſcdm. ¶ Ad tertiũ dõm: ꝙ ſicut cauſalitas iuſtificatiõis attribuitur reſurrectiõi quãtũ ad terminũ ad quẽ. paſſiõi autẽ quantũ ad terminũ a quo: ita glorificationis cauſalitas attribuit reſurrectiõi quantũ ad gloriã que dabit: ſed paſſiõi quantũ ad penalitates q̃ tolluntur. ¶ Ad 4m dõm: ꝙ in cauſis que agũt ex ordinatiõe ſapiẽtie nõ eſt neceſſariũ ꝙ poſita cauſa ſtatim ponat effectus; ſed tunc effectus ponit: quando ſapientie ordo requirit et taliter agit paſſio chriſti.

¶ Utrum chriſtus debeat dici redẽptor rõne ꝓdicte libatiõis.



Ad quartũ ſic ꝓcedit. videt ꝙ ratiõe predicte liberatiõis xps non debeat dici redemptor. Redemptio em̃ emptionẽ ſignificat iteratã ſed xps nos nũq; ante emerat: ergo nec redimere dicẽdus eſt ex hoc ꝙ nos liberauit. ¶ Preterea nullus qd ſuũ eſt emit, niſi forte ſoluendo precium ei q̃ iniuſte detinebat: ſed diabolus iniuſte nos detinebat. et autem xps proprii ſanguinis preciũ nõ ſoluit: ergo nullo modo nos redemit. ¶ Preterea ab eo q̃ aliquid vſurpauit: non opz ꝙ ſuũ eſt emere: ſed violenter auferre. ſi facultas aſſit: ſz chriſto nos liberandi de poteſtate diaboli facultas non defuit: ergo non liberauit nos per modum emptiõis. ¶ Contra. Apocalipſis quarto. Redemiſti nos deo in ſanguine tuo dicit de xpo. ergo ipſe eſt redemptor. ¶ Preterea vbicũq; eſt aliq̃ cõmutatio

diuidetur emptio: sed in passiōe christi fuit quedā cōmutatio: q2 accepit mortem et largitus est vitam: ergo fuit ibi emptio.

¶ Utrum solus dei filius debeat dici redemptor.

prima q̄stiuncula.

Alterius videt q non solus filius sit dicēdus redēptor. ei⁹ enī est redimere cui⁹ est p̄ciū dare: sȝ de⁹ pater dedit nobis filiū in p̄cium redēptionis. Gal. 4. Misit de⁹ filium suū fac. sub le. vt eos qui sub le. erant redi. ergo deus pater redemit. ¶ Preterea eius est redimere ab hoste cuius est hostē vincere: sed xp̄s per potentiā quā hȝ simul cū patre: hostē qui nos detinebat vicit: ergo pr̄ nos redemit. ¶ Pretea omne nomē significās effectū in creatura est cōmune toti trinitati: sed redemptor est hm̄oi. ergo. ¶ Sed contra redēpti sumus per passionē xp̄i. 1. Pe. 1. Redēpti estis p̄cioso sanguine agni. sed solus fili⁹ passus est: ergo solus filius nos redemit. ¶ Preterea ad hoc incarnatus est vt nos redimeret. sol⁹ autem filius incarnatus est: ergo ipse est redemptor.

Respondeo dicendū ad p̄mā q̄stionē q per pctm̄ primi parētis totū hūanū genus alienatū erat a deo: vt dr̄ Ephe. 2. nō q̄dem a ptāte dei: sed a visiōe faciei dei: ad quā filij ꝛ domestici admittūtur. Et iterū in potestatē diaboli vsurpantis deueneramus: cui cōsentiēdo hō se subdiderat: quantū in ipso erat quāuis de iure nō posset: quia suus non erat: sed alteri⁹. Et iō per suā passionē xp̄s duo fecit. liberauit enī nos a ptāte hostis vincendo ipsum p cōtraria eorū quib⁹ holem vicerat. s. hūilitatē obedientiā: et austeritatē pene: que delectationi cibi vetiti opponitur. Et iterū satisfaciendo pro culpa deo cōiunxit: ꝛ domesticos dei ꝛ filios fecit. vnde ista liberatio duas rōnes habuit emptionis. inquantū enī a ptāte diaboli eripuit dr̄ nos redemisse: sicut rex regnū occupatū ab aduersario per laborē certaminis. inquantum vero deū nobis placauit dicitur nos redemisse sicut preciū soluens sue satisfactionis p nobis vt a pena ꝛ pctō liberemur.

Justitia redēptionis ostēditur.

Ad primū ergo dicendum: q iteratio iportata p prepositionem non refertur ad actū emptionis q̄si alias empti fuerimus: sed ad terminū actus: q2 alias sui fueramus in statu innocentie. Emere enī est aliquid suū facere. ¶ Uel dōm: q dr̄ redēptio habito respectu ad illā venditionē: qua nos diabolo per cōsensū pctī vendideramus: a qua venditione hec emptio secūda est. ¶ Ad secūdū dōm: q preciū sanguinis sui nō diabolo: sed deo obtulit: vt pro nobis satisfaceret. A diabolo āt nos per victoriā sue passiōis eripuit vt dictū est. ¶ Ad tertiū dīcendū q quāuis diabolus nos iniuste vsurpauerit: nos tn̄ in eius ptāte deuenim⁹: ex quo ab eo victi sumus: et iō oportuit etiā vt ipse vinceret per cōtraria eorū quib⁹ vicit. nō enī violēter vicit: sed ad pctm̄ fraudulēter iducēs.

R̄sio ad primā q̄stiūculam.

Ad secundā q̄stionē dōm: q effectus redēptiōis pōt attribui cause prime et cāe remote. Et attribuitur cause prime: sic xp̄s

non redemit per ea que in hūana natura fecit & sustinuit: qbus et patri satisfacit ꝓ oibus hoib⁹ & hostē vicit eius tentationibus resistēdo. Si aūt referat ad caucausam primā et remotā: sic attribuit toti trinitati: inquantum tota trinitas acceptauit nostraʒ redemptionē & filiū dedit nobis redēptorē: inquantū per virtutē diuinitatis habuit passio efficaciam ad satisfaciendū ꝓ toto genere hūano: sed qꝛ ille ꝓprie dr emere q̄ emptionis preciū soluit magis q̄ȝ ille q̄ emptorem mittit ideo ꝓprie loq̄ndo dr xp̄s tantū redēptor; quāuis etiā tota trinitas possit dici redemptor. ¶ Et per hoc patet solutio ad vtrāqȝ partem.

¶ Utrum christus reconciliauerit nos deo.



D quintū sic pceedit. videt q xp̄s non recōciliauerit nos deo: qd mediatoris est officiū. nullus eñi reconciliatur diligenti: sed odiēti sed deus pater nos diligebat: qꝛ ipse diligit oia que sunt: & nihil odit eoꝝ que fecit. Sap. 11. ergo christus nos ei non recōciliauit. ¶ Preterea. Jo. 3. Sic de⁹ dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū daret: ergo magis amor patris est causa passionis q̄ȝ econuerso: et ita videt q per morteȝ xp̄i nō simus deo reconciliati. ¶ Preterea Matthei. 22. dicit q hō rex: cui⁹ filiū cultores vinee occiderant: veniēs perdidit homicidas illos et ꝑ illum hoieȝ significat deus pater: cui⁹ fili⁹ occisus est: ḡ per mortē xp̄i sunt inimicitie magis aucte q̄ȝ ablate. ¶ Sed contra Rom. 5. Cū inimici essemus dei recōciliati sum⁹ ꝑ mortē filij ei⁹. ¶ Preterea ꝑ satisfactionē deo recōciliamur: sed xp̄s ꝑ passionē suā ꝓ nob satisfec: ḡ nos deo ꝓreconciliauit. ¶ Utrū christus sit mediator fm hūanā naturā.

Ulterius videt q ipse nō sit mediator fȝ hūanā naturā. Nō eñi est idē extremū & mediū: sed hūana nā ē extremū isti⁹ recōciliatiōis q̄ fit hois ad deum. scōm ḡ q hō xp̄s non est mediator. ¶ Preterea mediū ꝯpositū est ex extremis: sȝ cōpositū ex hūana nā et diuina nō est in xp̄o nisi ꝑsona. ḡ nō ratione hūane nāe: sȝ rōne ꝯposite ꝑsone est mediator. ¶ Preterea fm hoc est mediator fm qd nos deo cōiūxit: sed nō potuisset nos deo cōiūgere nisi inquātū ē deꝰ: ergo fm q deus est mediator. ¶ Sed ꝯtra mediator nō ē vnū cū his iter q̄s mediat: sȝ xp̄s fm q de⁹ ē vnū cū pr̄e. Jo. 11. ḡ fȝ q de⁹ nō est mediator. ¶ Preterea fm hoc ē mediator fm q ē redēptor: sȝ redemit nos fm hūanaȝ nām: ḡ & fm ipam est mediator. ¶ Utrum soli christo conueniat esse mediatorem.

Ulterius videt q non soli xp̄o ꝯueniat eē mediatorē. ille eñi est mediator: q̄ inter nos & deū pacē facit. hic aūt est sp̄ūsctūs q̄ ē amor q̄ deus nō diligit: & in q̄ nos deū diligim⁹ quantū ad charitatē donū in q̄ ipse nobis datur: ergo videt q spūsctūs debeat dici mediator. ¶ Preterea medium est qd conuenit cū extremis: sed demones cōueniūt cum deo in hoc q sunt imortales. nobiscū auteȝ in hoc q sunt miseri: ergo demōes

Prima q̄stiuncula.

Scd̄a q̄stiuncula.

sunt mediatores non solum xp̄s ¶ Preterea angeli beati conue niunt etiā nobiscū ⁊ cum deo. cū deo quidē inquantū sunt immortales ⁊ beati nobiscū vero inquā tum sunt creature: ergo et ipsi sunt mediatores. ¶ Preterea Dio. probat in. 4. ca. ce. hie. q̄ diuine illūinatiões nō deferunt ad nos nisi mediātib⁹ angelis: ergo ipsi sūt mediatores. Preterea sacerdos est mediū inter deū et populum: et silr alij sancti: inquantū pro petōribus intercedūt: ergo nō solus xp̄s est mediator. ¶ Sed cōtra officiū mediatoris est reconciliare discordes: sed solus xp̄s soluit inimicitias q̄ erant inter nos ⁊ deū. Coll. 1. ergo ipse solus est mediator. ¶ Preterea ex hoc dicit mediator: q2 pro nobis satisfecit sed solus xp̄s p hūana nā satisfecit: ergo ipse solus est mediator.

Respondeo dōm ad primaȝ questionē q̄ dilectio dei ad nos sm effectū indicat. Cum eñ ipse quātū in se est ad oēs equaliter se habeat: sȝ hoc aliquos dicitur diligere: sm q̄ eos sue bonitatis participes facit. vltima autem ⁊ cōpletissima participatio sue bonitatis cōsistit in visiōe essentie ipsi⁹: sm quā ei cōuiuimus socialiter quasi amici: cū in ea suauitate btitudo ɔsistat. vnde illos dicit simplr diligere quos admitit ad dictā visionē. vel sm rem vel sm cām: sicut ptȝ in illis quib⁹ dedit spiritūsanctū quasi pignus illius visiōis. Ab hac igitur participatiōe diuine bonitatis. s. a visione essentie ipsi⁹ homo per pctm̄ amotus erat: ⁊ sm hoc hō dicebat priuatus dei dilectione: et ideo inquantū xp̄s p

Dili- gere quō deus dr.

passionē suā satisfaciens pro nobis ad visionē dei homines admitti impetrauit: sm hoc dicitur nos deo reconciliasse.

Ad primū ergo dōm: q̄ oēs creaturas diligit quantū ad aliqueȝ modum: quo cōicat eis bonitatē suam: sed illas dr simpliciter diligere quibus seipsum videndum cōicat. Jo. 14. Ego diligā eum et manifestabo ei meipsum. ¶ Ad scdm dōm: q̄ sicut de⁹ dicitur diligere creaturas qū iam sunt inquantū eis actu suam bonitatē cōicat: quas antequā essent dilexit sm ppositū cōicandi eis suā bonitatē: ita etiā dicit deus hoies dilexisse quantū ad ppositum cōicandi vel cōcedendi hominibus suā visionē ex qua dilectione filiū dedit: sed per morteȝ filij dilexit eos quasi actualiter ad visionē sui admittēs remoto īpedimēto: qd nos a visione dei impediebat. ¶ Ad tertiū dōm: q̄ ex parte illorum qui occiderunt christuȝ non fuit aliqd qd miam puocaret: sed magis irām: sed ex parte xp̄i qui pro nobis mortē sustinuit: fuit immēsa charitas q̄ fecit passionem ex parte patientis deo acceptam: et sic per ipsam sumus reconciliati.

Ad secūdā questioneȝ dōm: q̄ in medio est duo considerare. s. rationē quare dicat mediū ⁊ actū medij dicit aūt aliqd mediū ex hoc q̄ est inter extrema. Actus aūt medij est extrema cōiungere. Mediator igr̄ dr aliquis ex hoc q̄ actū medij exercet in cōiungendo disiūctos. Nō potest autē actum medij exercere nisi aliquo mō natura medij in ipso

Rāsio ad q̄sti unclā.

inueniatur: vt.s.sit inter extrema. Esse aut inter extrema conuenit quantum ad duo.s.quantum ad hoc q medium participat vtrunque extremorum. Et secundum ordinem inquantum est sub primo: et supra vltimum. et hoc exigitur ad rationem medij proprij dicti: quia medium dicitur secundum respectum ad primum et vltimum que ordinem dicunt. christo aut secundum humanam naturam hec tria conueniunt: ipse enim secundum humanam naturam pro hominibus satisfaciens homines deo coniunxit. Ipse etiam ab vtroque extremorum aliquid participat inquantum homo. A deo quidem beatitudinem ab hominibus aut infirmitatem. Ipse etiam inquantum homo supra homines fuit per plenitudinem gratiarum et vnionem: et infra deum propter naturam creatam assumptam: et ideo proprie loquendo ratione humane nature est mediator. Ratione autem composite persone potest etiam dici mediator quantum ad duas dictarum conditionum.s.inquantum coniunxit homines deo.et inquantum vtrique extremorum communicat in natura plenarie non participatiue: sed tertia conditio.deficit: quia secundum personam non fuit minor patre. Sed quantum ad diuinam naturam nullo modo competit sibi ratio mediatoris: quia secundum diuinam naturam neque est inter extrema participatiue neque secundum ordinem: neque iterum coniungit vt causa prima: sed vt causa prima: vt dictum est.

mediationis mysterium exponitur.

Ad primum ergo dicendum: q humana natura prout est in christo non est extremum: quia ipsa non eget reconciliatione: cum in ipsa peccatum non sit. ¶ Ad secundum patet solutio per id quod dictum est. ¶ Ad tertium dicendum q quamuis nos deo coniungere non potuisset nisi deus fuisset: quia humana natura ex diuina sibi coniuncta in persona maiorem efficaciam habebat tamen satisfactionem qua deo reconciliati et coniuncti sumus: non exhibuit nisi per humanam naturam: et ideo secundum ipsam est prima causa coniunctionis.

Ad tertiam questionem dicendum: q quantum ad hanc reconciliationem qua humana natura reconciliata est deo: solus christus est mediator: quia in ipso solo est reperire conditiones mediatoris predictas.

Ad primum ergo dicendum q spiritussanctus coniungat sicut causa prima: non tamen est medium inter extrema nec coniungens proximum et ideo non est proprie loquendo mediator. ¶ Ad secundum dicendum: q demones communicant cum deo in immortalitate. nobiscum autem in miserijs: vnde ad hoc se medios interponunt vt nos ad immortalitatem et eternam miseriam adducant: et hoc faciunt a deo nos seiungendo: et non coniungendo. Et quia recedendo ab vno primo inuenitur multitudo. ideo ipsi non sunt vnus: sed plures medij: non mediatores: sed separatores: christus aut cum deo habuit communem beatitudinem: nobiscum aut mortalitatem: et ideo ad beatitudinem nos ducit eternam: mortalitate quam habuit ad tempus consumpta: et hoc est quod dicit Augu. 9. de ciui. dei. ¶ Ad tertium dicendum: q angeli sunt beati et immortales. vnde non conueniunt nobiscum in hoc quod a nobis amouendum est per actum mediatoris. non enim ad hoc datur mediator vt faciat nos non esse creaturas: et ideo quamuis conueniant nobiscum in hoc q sunt creature: non tamen competit eis ratio mediatoris. ¶ Ad quartum

tum dom q illud qd angeli nobis a deo deferūt quasi mediū inter nos & deum: nō est hoc per quod deo coniungimur: quia gratia non est nobis ab angelis nec satisfactio: sed illa transfusio coniunctionē presupponit: vel ad eā preparat. et ideo ipsi non sunt mediatores: sed eorum officium sequitur vel disponit ad officiū mediatoris: et ideo ipsi sunt ministri mediatoris. ¶ Ad quintū dicendum q aliquis sanctorum non potest esse mediator coniungens totam humanam naturā deo quamuis vnam specialem personam deo possit coniungere. nō quidem merendo ei gratiam ex condigno: sicut christus fecit sed ex congruo tantum inducendo ad bonum. ¶ Expositio textus.

Angelorum circa nos ministerium.



Morte quippe sua.) hic est tertius modus quo per passionem a peccatis liberamur. duo enim prius positi pertinent ad efficientiam iustificationis ex parte nostra. hic autem pertinet ad sufficientiam ex parte sua: quia sua satisfactio fuit sicut quoddā sacrificium ad delendum omnia peccata: quantum in se est: sufficiens. (Culparum cirographa.) Cirographum dicitur a chiros quod est manus & graphos quod est scriptura quasi manualis scriptura: que memoriam debitorū facit & obligationem ad soluendum. dicuntur autem cirographa nostrorum peccatorum per mortem christi deleta, inquantū memoria nostrorum delictorum amota est s̄m q deus eorum nō recordatur ad puniendum: vel inquantum obligatio pene siue reatus amotus est. (In baptismo penitus laxatur.) Contra. requiritur gemitus interior. dicēdum q non requiritur inquantum est pena: sed inquantū cōsequitur ex displicentia veteris vite: cuius si non peniteat non potest nouam vitam inchoare: sed victus abscedit. (Impleuit illa sacramenta.) Sacramentū hic dicitur: non sacrum signum sicut baptismus & huiusmodi: sed sacrum secretum: sicut passio incarnatio & huiusmodi. (Si ergo christus s̄m vos o heretici.) hec sunt verba vigilantij: qui ponit x̄pm mediatorē ratione persone composite: vt dictum est: possumus tamen dicere q si haberet humanam naturā tantū: s̄cdm illam non esset sufficiens mediator: q2 non haberet vnde satisfaceret pro tota natura hūana sicut nec alij qui sūt puri homines.

Instātia contra textū resolutā.

¶ Quod alio mō potuit liberare: & quare potius isto.


¶ Distinctio. xx.



Si vero queritur vtrum alio mō posset deus hominem liberare q̄ per mortem x̄pi dicimus & alium modum fuisse possibilem deo: cuius potestati cūcta subiacent. Sed nostre miserie sanande conuenientiorem moduȝ alium non fuisse nec esse oportuisse. Quid enim mentes nostras tantum erigit: & ab imortalitatis desperatione liberat. q̄ q tāti nos

verba ign ita fecit deus vt dei fili⁹ immutabiliter bonus in se manēs qđ erat: ⁊ a nobis accipiens qđ non erat dignatus est nostrū inire consortium: vt mala nostra moriendo perferret. Est ⁊ alia ratio quare isto potius modo q̄ alio liberare voluit: quia sic iusticia superat dyabolus: non potentia. Et quomodo id factum sit explicabo vt potero. quadam iustitia dei in potestatē dyaboli traditum est genus humanum peccato primi hominis in oēs originaliter transeunte: ⁊ illius debito omnes obligante. Unde omnes homines ab origine sunt sub pn̄cipe dyabolo. vnde apostolus. Eramus natura filij ire. Natnra scȝ vt est depravata peccato: non vt est recta creata ab initio. Modus autem ille quo traditus est homo in dyaboli potestatem: non ita debet intelligi tanquam de⁹ hoc fecerit aut fieri iusserit: sed qđ tantum permiserit. iuste tamen. Illo enim deserente peccantē peti auctor ilico invasit. Non tamen deus continuit in ira sua miserationes suas: nec hominem a lege sue potestatis emisit: cum in dyaboli potestate esse permisit: quia nec dyabolus a potestate dei est alienus: sicut nec a bonitate. Naȝ qualicumqȝ vita dyabolus vel homo nō subsisteret nisi per eum qui vivificat oīa. Non ergo deus hominem deseruit vt nō se illi exhiberet deum: sed inter mala penalia etiam malis multa prestitit bona. Et tandem hominem quem commissio peccatorum dyabolo subdit remissio peccatorum per sanguinem christi data a dyabolo eruit: vt sic iustitia vinceretur dyabolus non potentia.


¶ Qua iustitia sit vict⁹ dyabolus.



Sed qua iustitia? Jesu xp̄i. Et q̄uo vict⁹ est ea? Q: in eo nihil dignum morte inueniens: occidit eum tn̄. Et vtiqȝ iustū est vt d̄bitores quos tenebat liberi dimittant in eum credētes: quē sine vllo debito occidit. Ideo autem potentia vincere noluit: q: dyabolus vicio perversitatis sue amator est potētie: ⁊ desertor oppugnatorqȝ iustitie: in quo homines eum magis imitantur: qui neglecta vel etiā perosa iustitia potētie magis student: eiusqȝ adeptione letantur vel cupiditate inflammātur. Ideoqȝ placuit deo vt non potentia: sed iustitia vincens hoīem erueret. In quo hō̄ euȝ imitari disceret. Post vero in resurrectiōe se

cuto est potentia: qr reuixit mortuus nunq̄ postea moriturus. Sed nōne iure eq̄ssimo vinceret̃ diabolus si potētia tm̄ xp̄s cū illo agere voluisset: Utiq̄. Sz postposuit xp̄s quod potuit: vt prius ageret quod oportuit. iustitia ergo humilitatis hominem liberauit: quem sola potētia equissime liberare potuit.

¶ De causa inter deum ꝛ hominem ꝛ diabolum.



S I em̄ tres illi in cām venirēt. s. deꝰ ꝛ hō ꝛ diabolus. diabolꝰ ꝛ hō q̄d aduersus deū dicerēt nō haberēt. Diabolꝰ em̄ dei iniuria dei cōuinceret̃: qr seruū eius. s. hoiez ꝛ fraudulēter abduxit: ꝛ violēter tenuit. Hō ēt iniuriosus deo cōuinceret̃: qr precepta eiꝰ cōtēpsit ꝛ se alieno dn̄o mancipauit. De hominis iniuria ēt cōuinceret̃ diabolus: qr illū ꝛ prius fallaci ꝓmissione decepit. ꝛ post mala inferēdo lesit. Iniuste igitur diabolus q̄tum ad se hominem tenebat: sed homo iuste tenebatur: quia diabolus nunq̄ meruit hr̄e ptātem super hominē: sz hō meruit p culpā pati diaboli tyrānidē. Si igit̃ deus qui vtrīq̄ preerat potētia hoiez liberare vellet: sola iussiōis virtute hoiez poterat rectissime liberare. Sed ob cām p̄missam iusticia humilitatis vti voluit q̄ dn̄ in carne mortali crucifixus est iustificati sumus. i. p remissiōem pctōrum eruti de ptāte diaboli. ꝛ ita a xp̄o iusticia diabolus victꝰ ē: nō potētia. Quō āt in eiꝰ sanguine vob pctā sūt dimissa supra expositū est.

¶ De traditiōe xp̄i q̄ dr̄ facta a pr̄e: a filio. a iuda ꝛ a iudeis.



C Hristus ergo ē sacerdos idēq̄ hostia ꝛ p̄ciū nostre reconciliatiōis q̄ se in ara crucis nō diabolo: sz deo trinitati obtulit. ꝓ oībus q̄tuz ad p̄ciū sufficiētiā: sz ꝓ electis tm̄ q̄tū ad efficiētiā: qr p̄destinatis tm̄ salutez effecit. De q̄ ēt legit̃ q̄ sit traditꝰ a pr̄e: ꝛ q̄ seipz tradidit: ꝛ q̄ iudas tradidit cū ꝛ iudei. Ipse se tradidit qr spōte ad passiōez accessit. Et pr̄ eū tradidit: qr volūtate pr̄is: immo totius trinitatis passꝰ est. Iudas tradidit prodendo: ꝛ iudei instigādo. Et fuit actus iude ꝛ iudeorū malus ꝛ actus xp̄i vel patris bonus. Opus xp̄i ꝛ patris bonum: quia bona patris ꝛ filij voluntas: ꝛ malum fuit opus iude. et iudeorum: quia mala fuit intentio. Diuersa fuerunt ibi

xp̄s varie traditꝰ a diuersis.

facta siue opera. id est diuersi actus: et vna res siue factum scilicet passio ipsa. Ideoque doctores aliquando vniunt in facto illo patrem filium iudam et iudeos: aliquando disiungunt. Respicientes enim ad passionem vnum opus illarum dicunt: attendentes intentiones et actus facta diuersa discernunt. Unde august. facta est inquit traditio a patre facta est traditio a filio facta est traditio a iuda. vna res facta est. Quid ergo discernit inter eos? Quia hoc fecit pater et filius in charitate et ex charitate. Judas vero in proditione. Uidetis quia non quid faciat homo: sed quia voluntate considerandum est. In eodem facto inuenimus deum quo iudam. Deum benedicimus: iudam detestamur. Quia cogitauit deus salutem nostram: iudas cogitauit precium quo vendidit dominum: filius precium quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio diuersa facta facit. cum tamen sit vna res ex diuersis. Ecce dicit vnam rem ibi fuisse diuersa facta: quia ibi vna fuit passio sed diuersi actus. Et actus quidem iude ac iudeorum mali: quibus operati sunt christi passionem que bonum est et opus dei est.

Voluntas consideranda in opere.

Quod xpi passio dicitur opus dei et iudeorum: et quomodo.




Passio ergo christi et opus iudeorum dicitur: quia ex actibus eorum prouenit: et opus dei quia eo auctore id est eo volente fuit. Unde Augustinus. Nemo aufert animam christi ab eo: quia potestatem habet ponendi eam et sumendi. Ecce habes auctorem operis. Ponet animam. Ecce habes opus auctoris. Et vt generaliter concludam: quotiens in carne christus aliquid patitur opus auctoris est. Qui enim sua voluntate non alio cogente perpetitur: ipse auctor est operis.

Si iudei suntque ibi operati bonum.



Cum autem passio christi opus dei sit et ideo bonum est: eandemque operati sunt iudas et iudei: queritur an concedendum sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum est. Potest enim dici quod operati sunt bonum: quia ex actibus eorum prouenit bonum id est passio christi. et iterum quod operati non sint bonum: sed malum: quia actio eorum non fuit bona: sed mala.

Diuisio textus.



Ostq̃ determinauit magister quõ per passionem xp̄i liberamur a malis. hic determinat de causis passionis. Diuiditur autẽ in duas partes. Primo assignat passionis cõgruẽtie causam. Secundo determinat de cã ipsius efficiente ibi. (Xp̄s ergo sacerdos ꝛ hostia.) prĩa in duas. In prĩa assignat cãm cõgruẽtie ex vtilitate nostra. in scd̃a ex decẽtia iustitie ipsi⁹ ibi. (Est ꝛ alia rõ.) Et circa hoc tria facit. Primo assignat cõgruẽtiã passionis ex iustitia dei. Secũdo prosequitur iustitie ordinẽ ibi. (Sꝫ qua iustitia.) 3° . ostẽdit ꝙ etiã isto ordine pretermisso nulli iniuria fieret vt sic iustitie ꝓcessus cõmẽdabilior appareat: inquãtum nõ fuit necessarius ibi. (Si em̃ tres illi xp̄s.) (Ergo sacerdos) hic determinat de cã efficiente passionis ꝛ prĩo quãtũ ad ipsam operationem cãe efficiẽtis. 2° quãtũ ad opus operatũ ibi. (Passio ergo xp̄i.) Et circa hoc duo facit. Primo ostẽdit quõ opus operatum ex diuersis causis processit. Secundo inquirit vtrũ ipsum op⁹ operatũ sit licitũ vel malum ibi. (Cũ aũt passio christi. ¶ Qõ. 1.



Ic querũtur quinqꝫ. Prĩo de reparabilitate hũane nature. Scd̃o an ali⁹ q̃ xp̄s potuit satisfacere pro humana natura. 3° vtrũ satisfactio cõueniẽter facta sit p christi passionẽ. 4° vtrũ potuit humanũ genus alio mõ liberari. 5° de passione xp̄i per cõparationẽ ad causam efficientem.

¶ Utrũ humana natura fuerit reparanda.



D primũ sic procedit. vr ꝙ humana nã non fuerit reparãda. peccatuꝫ em̃ hoĩs nõ fuit grauⁱ⁹ q̃ peccatũ angeli: sꝫ post peccatũ angeli bona naturalia ipsi⁹ integra remãserũt: vt dicit dyo. 4. c. de di. no. ergo in hoĩe natura integra ꝑmansit: ꝛ ita reparatiõe nõ indiguit. ¶ Preterea. id qd̃ cõseqtur humanam naturam inuenitur in oĩb⁹ hñtib⁹ hũanã naturã: sꝫ nõ oẽs hoĩes erãt reparãdi. cũ multi fuerãt ꝑuisi dãnati: ḡ nãe hũane repatio non debet. ¶ Preterea nã angelica nõ est minꝰ ꝑciosa q̃ nã hũana: sꝫ nã angelica post pctm̃ repata nõ fuit: ḡ nec hũana nã reparãda erat. ¶ Preterea prius hõ per pctm̃ meruit: vt ipe ꝛ sua posteritas i eternũ a diuia visiõe separet: sed ad iustitiã dei ptinet vt reddat vnicuiqꝫ sꝫ sua merita. ḡ hoc reddere debuit vt i eternũ excluderet hũana nã ꝛ hũanũ gen⁹ a diuia visiõe: ꝛ sic repari nõ debuit hũana nã. ¶ Sꝫ ꝯ nõ decet diuinã sapiam vt aliq̃ creatura suo fine frustret: qꝛ tũc vane facta eẽt: sꝫ finis ad quẽ fctã ẽ hũana nã ẽ vt videat deũ ꝛ fruat eo. cũ igit ad hũc finẽ ꝑuenire nõ potuissꝫ nisi repata fuisset: qꝛ per pctm̃ primi hoĩs ab hoc fine deordinata fuit cõgruũ fuit ꝙ reparet. ¶ Preterea nõ est decẽs vt aliq̃ ꝑfectio vniuerso deesset: sꝫ de ꝑfectiõe vniuersi est creatura rõnalis beata cõposita ex aĩa et corpe: ergo cõ

grui m

gruũ fuit ad pfectionẽ vniuersi φ nã talis.s.hũana repararetur ad beatitudinẽ: a qua per peccatum abducta erat.

¶ Utrũ hũana natura debuerit p satisfactionem reparari.

1ª questiũcula. Alterius vĩ φ non debuerit p satisfactionẽ repari. p eadẽ. n. res reparaꝰ p q̃ constituiꝰ: sꝫ hũana nã istituta fuit solo vbo dei: qꝛ dixit et facta sunt: ergo solo vbo debuit repari: ꝛ mandato: et non p aliquã satisfactionẽ creature. ¶ Preterea sicut in ope cõditionis maxime manifestaꝰ potẽtia ita in ope repationis maxie manifestatur diuina mia: sed maioris mie est pctm̃ absq͡ oi pena satisfactionis dimittere q̃ satisfactionẽ reqrere. ergo absq͡ oi satisfactione debuit humana nã reparari. ¶ Preterea eiꝰ ẽ p pctõ satisfacere cuiꝰ est peccatũ facere. sed humana nã nõ est corrupta p actũ quẽ natura fecit: sed p actũ quẽ fecit psona. ergo satisfactio aliqua nõ dꝫ exigi p natura. sed solũ p psona. ¶ Sꝫ ↄ̃ culpa ordinaꝰ p penã: sed si pctm̃ remitteꝰ absq͡ oi satisfactiõe: remaneret culpa sine pena. ergo remaneret aliq̃d inordinatũ in vniuerso. quod est incõueniens. ¶ Preterea satisfactio est medicina pcti. sꝫ dimittere morbũ absq͡ medicina nõ est sapiẽtis medici. ergo nõ decuit deũ nãm humanã sine satisfactione repare. ¶ Utꝝ fuerit necessariũ naturã hũanã repari mõ dicto.

2ª questiũcula. Alterius vĩ φ nõ fuerit necessariũ nãm hũana repari mõ dicto solꝰ eñ deꝰ nãm repare potuit: sꝫ in deũ nõ cadit necitas: sicut nec coactio: ergo nõ fuit neciũm naturã hũanã repari modo dicto. ¶ Preterea q̃to aliq̃d ẽ magis necessariũ tãto est minꝰ volũtariũ et q̃to ẽ minꝰ volũtariũ. tãto ẽ minꝰ grarũ actiõe dignũ. sꝫ opꝰ repatiõis hũane ẽ maxie dignũ vñ grãs deo agamꝰ. ergo nullo mõ est necessariũ. ¶ Preterea ad miaꝫ dei ptinet vt pctm̃ citra cõdignũ puniat. aliq̃d de pena pcõ debita diminuẽs: sꝫ p quã rõnẽ dimittit partẽ p eãdẽ põt dimittere totã. ergo nõ est necessariũ φ p satisfactionẽ humanã nãm repauerit. ¶ Preterea eadẽ rõne dona gratis danꝰ. et debita gratis remittunꝰ. vñ sicut iudex nõ põt rẽ vniꝰ alteri dare: ita nõ põt offensam alteri factã sine pena dimittere pnceps aũt cuius sunt oia põt penas relaxare. sed deꝰ gratis dat dona hoibꝰ: nec ex hoc sequiꝰ aliqua inordiatio ergo ꝛ põt penas debitas dimittere: pcipue cũ pena ex hoc debeaꝰ: qꝛ per culpã ipe offendiꝰ. ¶ Sꝫ ↄ̃ impossibile ẽ aliq̃d esse frustra factũ a sapiente ꝛ oipotẽte et optimo artifice sed si natura hũana nõ repararet eẽt frustra facta: ergo necesse est eã reparari. ¶ Preterea impossibile ẽ aliquid esse inordinatum in vniuerso: sed si culpe humane nature non adhiberetur pena vel satisfactionis vel cõdẽnationis: esset aliquid inordinatum in vniuerso. ergo necessarium est si a dãnatione humana natura reparatur quod hoc fiat par modum satisfactionis: cum culpa p penam ordinetur.

Respondeo dicẽdũ ad pmã questionẽ φ cõgruentissimũ fuit

Congruitas reparationis humane

humanã naturam ex quo lapsa fuit reparari. Fuit eñ cõueniẽs quãtũ ad ipm deũ: quia hoc manifestat misericordia dei potẽtia & sapientia. Misericordia quidem siue bonitas: quia ꝓprij plasmatis nõ desperit infirmitatẽ potẽtia vero inquãtũ ipse oim nostrũ defectum sua virtute vicit: sapiẽtia autẽ inquãtũ nihil frustra fecisse inuenitur. Cõueniẽs etiã fuit quãtũ ad humanã naturã: quia gñaliter lapsa erat. Silr. etiam ex ꝑfectione vniuersi qđ totũ quodãmõ ad salutẽ hoĩs ordinat.

Ad primũ ḡ dõm qđ nãle dupliciter dr. Uno mõ id qđ cõsequit ex ꝑncipijs speciei: & hoc nõ mutatur per peccatũ: nec in homine nec in demone: sicut nec species. Alio modo dicitur naturale id ad quod natura est ordinata: et quantum ad hoc naturale per peccatum tollitur: quantum aufertur beatitudo: ad quã natura ordinata est: & diminuit habilitas ad ipsam: et sic natura corrupta erat: quia non poterat perueniri ad beatitudinẽ ab aliquo illius nature corrupte nisi natura reparata esset. ¶ Ad secũdũ dicẽdum qđ hoc ꝙ omnes homines nõ reparantur nõ est ex insufficientia medicine reparantis: cum sit sufficiens: quantum in se est ad reparandũ omnes qui naturã humanã habẽt vel habere possunt: sed ex defectu eorum qui reparationis effectum in seipsis impediunt sicut etiam carentia visus qui humanã naturam consequitur causatur in cecis natis ex defectu materie. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ natura angeli non tota corruerat: et iterum angelus peccans statim in malo cõfirmatus fuit: nõ autẽ homo & ideo natura humana reparari debuit. nõ autẽ natura angelica. de hoc etiã sunt plura notata supra distinc. 1. ar. 2. ¶ Ad quartũ dõm ꝙ exclusio a visione dei põt dici eterna propter duo. Aut quia in eo qui excluditur non est virtus ad finiẽdũ istã exclusionẽ: neq3 dispositio ad recipiẽdũ effectum alicuius terminãtis: et sic efficit eterna in obstinatis: qui sunt in inferno. vnde ipsi nunq3 reparabunt. Aut dicitur eterna: quia non est virtus in excluso ad terminandum exclusionẽ. q3uis sit in eo dispositio ad recipiẽdũ effectũ alicuius terminãtis. & sic hõ ꝑ pctm originale: & ꝑ pctm etiã actuale mortale meret exclusionẽ eternã q3diu est in vita ista: s3 qñ transit a vita ista: sine gratia transit efficitur eterna: ꝑm primã modũ

Ad secũdã qõnẽ dõ3 ꝙ cõgruũ etiã fuit ꝙ nã hũana ꝑ satisfactionẽ repararet. ꝑmo ex parte dei. q2 in hoc diuina iustitia manifestat ꝙ culpa ꝑ penã diluit. scđo ex pte hoĩs q̃ satisfaciens ꝑfectius integrat nõ eñ tãte glorie esset post pctm q3te erat in statu innocẽtie: si non plenarie satisfecisset: quia magis est hoĩ gloriosum vt peccatũ cõmissũ satisfaciẽdo plenarie expurget q3 si sine satisfactiõe dimitteret. Sicut etiã magis hoĩ gl'iosum est ꝙ vitã eternã ex meritis h3. q3 si sine meritis ad eam perueniret. q2 qđ q̃s meret quodãmõ ex se h3 inq3tũ illud meret. silr satisfactio facit vt satisfaciẽs sit quodãmodo causa sue purga-

Rñsio ad 1am 3 q̃stiunculã.

tionis. Tertio etiã ex parte vniuersi. vt scz culpa per penã satisfactionis ordinetur: ꝛ sic nihil inordinatũ in vniuerso remaneat.

Ad primũ igit̃ dicẽdũ ꝙ eẽ rei ꝑcedit oꝑari ipsi⁹: ꝛ ideo nõ põt eẽ qđ aliquis per suã oꝑationẽ in esse cõstituat: nec ꝙ sit aliquo modo cã suipsius: sed sicut hõ ẽ causa sue corruptionis peccãdo. ita et decẽs est vt sit quodãmõ cã sue purgationis satisfaciẽdo. ¶ Ad scđm dicẽdũ ꝙ in hoc ꝙ deus ꝑ satisfactionẽ hominẽ reparare voluit maxime manifestat̃ eius misericordia. qꝛ nõ tantũ culpã ab eo voluit remouere: sed etiã ad pristinã dignitatẽ humanã nãm integrał̃r reducere: que qđẽ dignitas ꝑpetuo in natura manet sꝫ pena ad modicũ transit: vnde magis manifestatur mĩa in ꝑducendo ad eternã dignitatẽ ꝙ̃ in dimittendo tẽporalẽ culpam.

¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ nature: put ꝯsiderat̃ in nuda cõtemplatione non est agere; sed agere est ꝑsone subsistẽtis in natura sicut igitur peccatũ nature iductũ est ex actione ꝑsone peccantis: ita opꝫ ꝙ ꝯctus ꝑsone satisfacientis ꝓ natura satisfaciat.

Rñsio ad 2am qstiunculam

Ad tertiã qõnẽ dicẽdũ ꝙ reꝑatio humane nature a deo facta est. vñ põt dupl'r cõsiderari. s. ex parte dei: et ex ꝑte ipsi⁹ nãe reparãde. Ex ꝑte aũt dei põt attẽdi triplex necẽitas vna ẽ necẽitas coactõis ꝛ hec respectu nulli⁹ põt deo attribui: qꝛ nõ põt in eo aliqđ violẽtũ esse. neqꝫ extra naturam: cũ sit immutabilis: vt dicit phs. 5. Metaph. Alia necessitas est absoluta. ꝛ hec qđẽ cadit in deo respectu ipsorũ que in ipso sunt que. s. naturã suã cõsequũtur: qꝛ ipossibile est ea aliter se hẽre sicut necessariũ est deũ eẽ vel eẽ bonũ ꝛ alia hmõi: sed hec necessitas nõ est dei respectu alicui⁹ effectus. qꝛ non agit ex necessitate nãe. sed ex liberalitate voluntatis. Tertia necessitas est ex suppositiõe: non quidẽ finis. qꝛ nõ est dubiũ qn deus ad aliquẽ finẽ posset inducere multis alijs vijs. etiam ꝙ̃ illis que mõ determinate sunt ad finem aliquẽ: sed ex suppositione alicui⁹ qđ est in ipso scꝫ ꝑscientie vł voluntatis q̃ mutari nõ possunt: ꝭꝫ quẽ modũ dicitur ꝙ necessariũ est ꝑdestinatũ saluari. et hec dr̃ necessitas imutabilitatꝭ a qbusdã. ꝛ per hũc modũ necessariũ fuit ex ꝑte dei humanã naturaꝫ reparari. qꝛ ipse ꝓuiderat ꝛ ordinauerat reparandã: sed hec necessitas: vt dictum est: est necessitas cõditionis nõ absoluta: siue cõsequẽtie nõ cõsequẽtis. Et sił'r ex parte hominis põt cõsiderari triplex necessitas vna necessitas absoluta q̃ est respectu eoꝝ q̃ nãliter hoi insunt. sicut hoiem necessariũ est esse risibilem et alia hmõi: ꝛ sic nõ ẽ necẽiũ hũanã nãꝫ reparari: qꝛ reꝑatio non sequitur ex principijs nãlib⁹. Alia ẽ necẽitas coactiõis: ꝛ hec quidẽ est respectu eorũ que hõ maiori virtute coactus facit ꝛ inuoluntarius simpl'r vel ꝭm quid ꝛ talis necessitas nõ fuit i nã humana respectu reꝑationis: qꝛ de⁹ ad virtutẽ nõ cogit. Tertia vero necẽitas est ex suppositiõe finis: sicut necẽiũ est hoi habere nauẽ si debet ire vltra mare: et hac necessitate necessariũ fuit humanã naturam

aurea vba.

reparari: si. s. ad visionem dei ad mitti debuit.

Ad primu̅ ꝙ dõz ꝙ nõ ois necitas est coactionis vt pꝫ ex dictis. et idõ in ꝓcessu est fallacia cõsequẽtis. ¶ Ad 2m dõm ꝙ necessitas q̃ est ex suppositiõe volũtatis i̅mutabilis aliqd volẽtis non mi̅nuit rõnẽ volũtarij. sꝫ auget tãto magis q̃ntũ ponit firmi⁹ inherẽs volito vt moueri non possit.

¶ Ad tertiũ dõm ꝙ q̃ntuꝫ est de potẽtia dei de⁹ posset pctm̃ absq̃ oi pena dimittere: nec iniust⁹ esset si hoc faceret. sꝫ q̃ntũ est ex parte illi⁹ q̃ peccauit fm ordinẽ quẽ nũc de⁹ iposuit reb⁹: nõ põt pctm̃ cõgrue sine pena dimitti. Nec seqr ꝙ si cõgrue ps pene dimittit: ꝙ ẽt cõgrue tota dimittit pp duo. pmo qr effectus hꝫ aliqd et ab agẽte et a recipiẽte: vñ sicut in collatiõe diuinoꝝ donoꝝ donũ ex parte dãtis eleuat recipiẽtẽ supra statũ suũ: ex pte aũt recipiẽtis ẽ infra modũ quo deus influit. Ita in remissiõe pctõꝝ opꝫ ꝙ sit aliqd ex pte mie remittẽtis vt aliqd de pena debita dimittat: et aliqd ex pte recipiẽtis: vt scꝫ in aliquo puniat. Secũdo qr remissio pene q̃ fit alijs hoib⁹ p̃cipue pene satisfactorie: fundatur supra virtutem satisfactoriã xp̃i que supabũdauit ad amouẽdas oẽs penas q̃ntũ in se fuit: vñ opꝫ ꝙ particulata satisfactio fũdet supra satisfactionẽ xp̃i cõdignã sicut impfectum in quolibꝫ genere oꝛit ex pfecto. ¶ Ad q̃rtũ dõm ꝙ in eo cui de⁹ dat sua dona gratis non est aliqd quod donis illi⁹ repugnet faciẽs collationem donorũ indecentẽ: sed in eo qui peccauit est aliqd qd repugnat impunitati. et ideo ex pte creature non est simile.

¶ Utrũ aliqua pura creatura potuerit satisfacere p hũana nã



Ad secundũ sic pcedit. vr ꝙ aliqua pura creatura satisfacere poterat p hũana nã sicut em̃ p peccato debet satisfactio. ita p bñficio debet gratiarum actio: sed sufficit deo grãꝝ actio q̃ntũ hõ põt sibi reddere ẽt si non sit suis bñficijs eq̃lis: qr vt dicit phs. 8. Ethi. scdm potentiã famulans hõ dijs et patrib⁹ videt iustus eẽ: q̃uis ad equalia nõ possit: ergo videt ꝙ sitr sit sufficiens satisfactio quã hõ põt reddere ad expiãdũ pctm̃ ¶ Preterea bonũ est potẽti⁹ ad agendũ q̃ȝ malũ: qr malũ agit virtute boni: vt dicit Dio. 4. cap̃. de di. no. sꝫ vna pura creatura potuit p actum malum totã humanaꝫ naturam inficere: ergo multo fortius potest p vnum bonum actũ p tota hũana natura satisfacere vna pura creatura. ¶ Preterea magne crudelitatis videt esse in dñ̃o vel iudice exigere ab aliquo plus quã possit: sed a deo longe est ois crudelitas. ergo nõ requirit ab aliquo plusq̃ȝ possit; ergo satisfactionẽ quã deus ab hoie requirebat pur⁹ homo facere poterat. ¶ Preterea natura nõ repat nisi in indiuiduis vt supra dictum est. sꝫ vn⁹ hõ est ita bonus sicut humana natura q̃ est in ipso. ergo vnus hõ satisfacere poterat pro natura hũana que est in ipso: et oẽs p humana natura in omnib⁹ indiuiduis existente. ¶ Preterea natura an

gelica est supra humanã: sed qd melius est põt accipi p recõpensatione min⁹ boni: ergo angel⁹ poterat p hũana nã satisfacere
¶ Sed contra ille solus reparare potuit q̃ potuit cõdere: sed solus deus humanã naturã cõdere potuit: ergo ipe solus potuit reparare: ergo ad hoc ꝙ naturã aliquis satisfaciendo repararet: oportuit qd esset deus.
¶ Preterea hõ in instãti sue ꝯditionis tante erat dignitatis qd nulli creature debitor erat rõne sue beatitudinis. sed est debitor et obnoxius rõne sue beatitudinis ei qui ipm ad beatitudinem reparauit: ergo si p aliquã purã creaturam facta esset reparatio nõ eẽt hõ reddit̃ pstine dignitati. ¶ Preterea nullus p alio reddere põt qd p seipso debet: sed quelibet creatura totum qd est deo debet: ergo nulla pura creatura potest pro alia sufficienter satisfacere.

Misterĩu reparationis p̃cħre tractatur.


Respõdeo dõm ꝙ sicut dictum est oportebat ꝙ pro pctõ hũane nature fieret cõdigna satisfactio tum qr aliter homo nõ restitueretur pristine dignitati: tũ qr est cõueniens esse vnũ pmũ in gñe satisfactionis pfectum supra qd oẽs alie imperfecte satisfactiones fundent̃. Ad hoc aũt ꝙ satisfactio esset condigna oportebat ꝙ haberet virtutem infinitam: quia pctm̃ p quo fiebat satisfactio infinitatẽ quẽdã habebat ex tribus. Primo ex infinitate diuine maiestatis inquantum offensa fuerat p contẽptum inobedictie. quãto eñ maior est i quẽ peccat̃. tãto ẽ grauior culpa. Scdo ex bono qd p pctm̃ auferebat̃ qd est infinitũ. s. ipe de⁹ cui⁹ pticipatione fiũt hoies btĩ. Tertio ex ipsa nã q̃ corrupta erat: q̃ qdã infinitatẽ quandã hz: inq̃tũ in ea pñt supposita in infinitum multiplicari. Actio aũt pure creature nõ põt habere infinitam efficatiã: et iõ nĩa pura creatura poterat sufficienter satisfactionẽ facere.

Ad primum ergo dõm ꝙ impossibile est vt hõ ad hoc pducatur vt semp deo debitor non sit gratiarũ actionis: q̃si ab eo habẽs totũ qd est: iõ non exigit̃ in gratiarũ actione vt sit equalẽs donis pceptis; sz possibile ẽ hominẽ eẽ i tãta dignitate q̃ta fuit in statu innocẽtie: et iõ ad perfectam repationẽ: per quã totum repatur qd repari põt reqrit̃ qd satisfactio sit equiualẽs culpe.
¶ Ad scdm dõm qd comparando bonũ ꝛ malũ ad effectus ei⁹ proportionabiliter rñdentes bonum potẽti⁹ est q̃ malũ: quia bonũ agit virtute sua: malũ autem non nisi p virtutem boni: sed tñ homo põt facilius in actũ malũ q̃ in actũ pfecte bonũ: qr plura reqrunt̃ ad bonũ q̃ ad malum qd ex vno singulari defectu contingit: et ideo prius hõ potuit in actũ malũ: qui erat pportionatus ad corrũpendũ totã hũanã naturã: nõ aũt potuit in actum bonũ ita pfecte ꝙ esset pportionatus ad reparationẽ. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ esset crudelitas in dño exigere plus q̃ possit: nisi cũ hoc etiam seruo detur vnde soluere possit qd exigitur. vnde in hoc maxime eius misericordia cõmendat̃ ꝙ ab hoie pfectaz satisfactionem exigit vt pfecte re-

pareť: ꝛ q2 hoc ꝑ se non poterat ei filiũ suũ q̃ posset dedit. ¶ Ad quartũ dõm ꝙ ꝯ̃uis nã non sit corrupta nec reparatione indigẽs nisi ẜm ꝙ est in ꝑsona: tñ aliqua corruptio debeť nature non ẜm ꝙ est determinata in hac persona: sed ẜm hoc ꝙ est in oĩbus illis q̃ per viciatã originẽ ab adã hũanã naturã acceperũt: vñ pro ista cõi corruptione nõ põt vnus solus satisfacere. nec etiã simul omnes: q2 natura excedit ẽt illos oẽs q̃ nãm humanã hñt: cuȝ ad plures se extendere possit. ¶ Ad quintũ dõm ꝙ angelus ꝯ̃uis sit hoĩe superior q̃tũ ad nãm: non tñ quãtũ ad gloriam in q̃ eq̃les angelis erimus: ꝛ ideo angelus ad gloriã non potest humanam naturam reparare. Et etiã cum sit creatura q̃cq̃d põt deo debet

Nã viciata est in supposito.

¶ Utrum debuerit fieri satisfactio ꝑ passionem christi.



Ad tertiũ sic ꝑcediť. videť ꝙ satisfactio nõ debuit fieri ꝑ passionẽ xp̃i minus eñ pcĩn non expiať ꝑ maius: sed magis aggrauatur: sȝ maius fuit pcĩn occidẽtiũ xp̃m q̃ comestio pomi vetiti qua nã hũana corrupta ẽ. ꝗ corruptio hũane nãe nõ põt expiari per passionẽ xp̃i. ¶ Preťea nihil corpale est equalẽs rei spũali. sȝ vita xp̃i quã ꝑ passionẽ xp̃s dedit fuit vita corpalis: ergo nõ fuit sufficiẽs ad recõpensandum vitã spũalem q̃ per pcĩn amissa erat. ¶ Preterea pcĩn õmi hominis per qδ natura hũana corrupta est: fuit pcĩn supbie. vt in 2°. li. dis. 22. dictũ ẽ: sȝ maior fuit hũilitas xp̃i in assumptione humane nature: q̃ñ exinaniuit semetip̃m formaȝ serui accipiens q̃ supbia ade. ergo ex ip̃a assũptione hũane nature sufficiẽter fuit satisfactũ ꝓ peccato hoĩs: ꝛ ita nõ fuit cõueniẽs ꝙ xp̃s pateret. ¶ Preterea Ber. dicit ꝙ vna gutta sanguis xp̃i fuit sufficiens p̃ciũ nr̃e redẽptionis. sed aliq̃d de sanguine xp̃i effusuȝ est in circũcisione: ergo nõ oportebat ꝙ vlteriꝰ patereť. ¶ Preťea tanta põt eẽ cõtritio in nobis peccantibus ꝙ totũ pcĩn dimittiť: ꝛ q̃tũ ad penã ꝛ quãtũ ad culpã: sed in xp̃o ab instanti sue conceptiõis fuit ꝑfectissima charitas q̃ cõtritioni vim tribuit expurgãdi peccatũ. ergo xp̃s ab instãti sue cõceptionis sufficiẽter satisfecit ꝓ oĩbꝰ peccatis nr̃is: ꝛ ita nõ oportuit ꝙ ꝑ passionẽ mortis satisfaceret. ¶ Preťea pena q̃ d̃s puniť q̃titatẽ accipit q̃tũ ad virtuteȝ satisfaciendi ꝛ ex cõditiõe patiẽtis. sȝ xp̃s inq̃tũ deꝰ est ꝛ hõ hȝ infinitã dignitatem: ergo q̃libet pena quã sustinuit. s. fames sati gatio: ꝛ hmõi fuit sufficiens ad satisfaciendum ꝓtoto humano genere. ergo nõ oportuit ꝙ mortẽ patereť. ¶ Sed contra. Heb. scdo. Decebat eum per passionem consumari. ¶ Preterea homo erat debitor mortis; ergo si debuit pro aliis satisfacere recõpensando oportuit ꝙ ip̃e mortẽ quam non debebat exolueret. ¶ Preterea christus non solum debuit hostem vincere: sed etiã exemplum vincendi nobis dare ergo debuit in diffi cillimis victor existere: sed difficillimuȝ est mortem sustinere: ergo debuit ꝑ passionẽ mortis nos libare.

copiosa apd̃ xp̃ȝ redẽptio

Respondeo dicendum: quod christi satisfactio fuit nō pro vno hoīe tm̄: sed pro tota hūana natura. vnde duas ɔditiōes cōcernere debuit vt esset vniuersalis respectu oīū satisfactionū quodāmō. et vt eēt exemplaris oīm satisfactionum particularium. Uniuersalis autē erat non per predicationē de multis: quasi per mltas particulares satisfactiōes multiplicata: sed habens virtutē respectu oīū. vnde nō oportebat quod ipse omēs penas quę ex pctō qualicumque mō cōsequi possent assumeret in seipso: sed illam ad quā oēs ordinātur. et quę continet in se virtute omēs penas: quamuis non actu. Finis aūt oīm terribiliū est mors: vt dicit phūs 3. Ethi. et ideo per passionē mortis debuit satisfacere. Inquantum vero fuit exēplaris respectu nostrarū satisfactionum debuit habere magnitudinē excedētē oēs alias satisfactiōes: quia exemplar dz esse pstantius exēplato: et ideo sm maximā penarū debuit satisfacere. s. mortem.

Satisfactio xpi quomodo dr vniuersalis.

Ad primū ergo dicendum quod passio christi nō fuit satisfactoria ex parte occidētiū xpm: sed ex parte ipsius patiētis qui ex maxima charitate pati voluit. et sm hoc fuit deo accepta. ¶ Ad 2m dicendum: quod vita corporalis xpi habebat quēdā infinitum valorē ex diuinitate cōiunctū: inquantum non erat vita puri hominis: sed dei et hominis. et ideo poterat esse sufficiens recōpensatio vite spiritualis: et precipue rōne charitatis eximie: ex qua offerebat. ¶ Ad tertiū dicendum: quod in peccato Ade nō solū fuit superbia: sed delectatio: et ideo in satisfactione non solū debuit esse humilitas quę in incarnatione factū est: sed etiam acerbitas doloris: quę in passiōe accidit. ¶ Ad quartum dicendum: quod quamuis gutta sanguinis quam in circuncisione fudit: esset sufficiēs ad oēm satisfactionem: cōsiderata cōditione persone. non tamen quantū ad genus pene: quia pro morte: ad quam humanū genus obligatū erat: oportebat quod mortē exolueret. ¶ Ad quintū dicendum: quod cōtritio nō tantū habet vim ex charitate: sed etiā ex dolore: et ideo ratione charitatis delet culpam: ratione aūt doloris cōputatur in satisfactione pene. ¶ Ad sextum dicendum: quod alie pene quas christus sustinuit: quamuis sufficientes essent ad satisfaciendum pro humana natura considerata conditione patientis. nō tamen considerato genere pene: quia in penis illis non continebantur omnes alie pene: sicut in passione mortis cōtinentur.

¶ Utrum fuerit possibilis alius modus satisfaciendi.



Ad quartū sic pceditur. videtur quod alius modus nō fuerit possibilis. Hebre. 2. Decebat eum per passionē consummari. dicit glo. Nisi christus pateretur homo non redimeretur. ¶ Preterea Anselmus. in libro cur deus hō. Non potuit trāsire calicem nisi biberet: non quia mortem vitare nequiuerit: sed quia aliter mundus saluari non posset: ergo videtur quod alius modus possibilis non fuit. ¶ Preterea minimum incōueniens est deo impossibile: sed incōueniēs est peccatū dimittere sine debita

satisfactione vt.dictū est. Cū igit debita satisfactio nō potuerit eē nisi per moduz istum: videtur q̄ alius modus possibilis nō fuit. ¶ Preterea fidei nō potest subesse falsum: sed antiq̄ patres crediderūt christū passurū: ergo nō potuit aliter esse. ¶ Sed cōtra. Grego.2.li.mora. Qui fecit nos ex nihilo reuocare ēt sine morte ⁊ passiōe sua nos potuit. ¶ Preterea. Luce p̄mo. Nō erit impossibile apud deū omne verbū. ergo quocūq; alio modo potuisset nos liberare.

¶ Utrū alius modus satisfaciendi fuisset conuenientior.

prima q̄stiuncula.

Alterius videt̄ q̄ alius modus fuisset conueniētior. Si eñ christus mortē subijsset naturalē: nihilo minus gen⁹ hūanū redēptū fuisset: q̄r mortē soluisset: quā nō debebat: sed hoc fuisset sine oī peccato alicui⁹: & videt̄ q̄ hic fuissz modus cōueniētior: q̄r vnūqd' q̄ modo est cōueniētius: q̄to ad ipz pauciora incōueniētia sequunt̄. ¶ Preterea diabolus nos oīno iniuste inuaserat: nec aliqd ius in nobis habebat. sed nihil est conuenietius q̄ q̄ vis vi repellatur ergo cōueniētissim⁹ modus fuisset vt p potētiā nos eripet a potestate diaboli: non redimendo. ¶ Preterea ipse venerat a demonis ptāte hoīem liberare: nō aūt a ptāte hoīs. ergo cōuenientius fuissz fuisset q̄ a demone passus fuissz q̄ ab hoīe. ¶ Preterea christus ad hoc venit vt hoīes ad se traheret. sed plures eū sequerent̄ si p viā deliciarū incessisset q̄ q̄ p viam passiōis de hoc mūdo exiuit. ergo videt̄ q̄ ille fuisset cōuenientior modus. ¶ Sed contra. super illud psal. Et nō ad insipiētiam mihi. dicit glo. Nullus conueniētior modus nostre redemptiōis fuit q̄ q̄ hō qui p supbiā ceciderat p hūilitatē resurgeret ¶ Preterea optimi est optima adducere. si igit̄ deus est optimus modum optimū nostre liberationis elegit.

Respondeo dicendū ad p̄mā questionē q̄ quantū ex parte dei est fuit alius modus nr̄e liberationis possibilis: q̄r eius potentia limitata nō est: quem si elegisset cōuenientissimus fuisset: non tñ habuisset rationē redēptionis: sed liberatiōis tantū: quia liberatio nō fuisset facta per solutionem precij. Ex parte autē hoīs nō fuit alius modus possibilis nisi quē deus ei dedit; q̄r p se satisfacere nō poterat; sed solū diuino munere. sed ex parte nostra simul ⁊ dei fuit quidē alius modus possibilis; sed nullus ita cōueniens.

Ad primū ergo dicendū: q̄ si hō alio mō liberaret̄ nō redimeret̄: q̄r redēptio sufficiētē satisfactionem importat: sed tñ alio mō liberari potuit. ¶ Ad scd̄m dōm: q̄ Ansel. loquitur quantū est ex parte nostra: supposita dei ordinatione. ¶ Ad tertiū dōm: q̄ q̄uis sit incōueniēs ex parte nr̄a fm ordinē quē de⁹ reb⁹ posuit: vt pctm̄ sine satisfatiōe dimittat̄ tñ si ipse faceret cōueniētissimū esset. q̄r ipse simul cū hoc faceret aliquā cōueniētiā in re poneret. ¶ Ad quartū dōm: q̄ fides antiquoꝝ fuit de passiōe xp̄i futura p̄supposita dei ordinatiōe q̄ ita fieret ex cui⁹ suppositione passio

xpi necessitatē hz vt dictum est.

Ad secundā qstionē dōm: q quantū est ex parte nr̄a cōueniē tior modus esse nō potuit: sed tn̄ deo nō auferr potētia qn potuisset aliū modū cōueniētior ē fecisse cui⁹ potentia limitata nō est: sed hoc esset sm aliū ordinem rebus impositum.

Ad primū ḡ dicendū q christus pro oibus pctis quantū ad sufficientiam debuit satisfacere non solum p originali: sz et p actuali: p quo infligit violenta mors. Et iō vt sua satisfactio oēm comprehēderet: decēs fuit: vt morte turpissima: quantū ad gen⁹ mortis moreret. vt sic nō solū sub angelis descēderet p mortē: sz etiā sub hoib⁹ p gen⁹ mortis: quātuz ad acerbitatē sil' et turpidinem. Nec pctm̄ alioꝝ aliqd de conuenientia satisfactionis adimit: qr satisfactio non est ex passione ex parte infligentiū passionez: sz ex parte patiētis. Ad scdm dōm: q qūuis diabolus nos iniuste detineret: tn̄ nos iuste ab ipo detinebamur eius tyrannidē pp nr̄am culpā patientes. vnde ex pte nr̄a fuit congruū vt satisfaciēdo nos eripet: vt nō solū ipse iuste nos liberaret. qd esset si violētia vtereť sed etiā nos iuste liberaremur. ¶ Ad tertiū dōm: q sicut pctm̄ hois fuit cōmissum ab hoie instigante diabolo: ita etiā cōueniēs fuit vt medicina morbo responderet q xp̄s occideret ab homie suadēte diabolo. ¶ Ad quartuz dōm: q satisfactio dz esse penal': et iō vt p nobis satisfaceret oportuit q in hoc mūdo penas sustineret: r nō delicijs vtereť. ¶ Ul' dōm: q xp̄s ad hoc vēit vt a terrenis bōis: p qb⁹ hoies a deo recesserāt ad celestia nos reuocaret. et iō decuit vt terrena bona abijceret: quatenus ea cōtēnendi nobis exemplum daret.

¶ Utrum deus pater filium tradiderit ad passionem.



Ad quintū sic pceditť. videť q de⁹ pater filiuz non tradididerit ad passionē. maxima em̄ crudelitas est filiū innocentez tradere. sed xp̄s fuit innocētissim⁹: cū ergo crudelitas nō sit in deo: vr̄ q ipse xp̄m ad passionē nō tradiderit ¶ Preterea si pater xp̄m in mortē tradidit: hoc non fuit nisi qr xp̄s ex obediētia ad patrē mortuus est sed quicūq facit aliquid ex obedientia facit ex debito: ergo xp̄s debitor mortis fuit: et sic nō fuit mors eius deo gratissima: debitum em̄ diminuit de gratitudie actus. ¶ Preťa si pr̄ tradidit filiū ergo voluit eū mori. sz hoc etiaz voluerūt iudei: ergo formauerūt volūtatē suā volūtati diuine: et ita nō peccauerūt. ¶ Preťa phs dicit in. 6. Ethic. q puenire ad bonū finē per mala media ē mali cōsiliatoris. sed ɔsiliū diuinuz est optimū: ergo si ex consilio voluntatis pr̄is xp̄s eēt mortu⁹: nō eēt hoc cōsiliū expletū mediātibus malis actib⁹ iudeorū: qd tn̄ falsuz est: ergo pr̄ filiū ad passionem nō tradidit. ¶ Sz ɔ̄. Ro. 8. pro op filio suo non pepercit ꝛc. ¶ Preťea ois pena ē a deo sz passio xp̄i qdā pēa fuit. ḡ fuit a deo ¶ Utrū passio xp̄i fuerit bona.

Questiuncula. **Ulterius** videt quod passio xpi non fuerit bona: quia secundum Boetiu cuius generatio est bona corruptio est mala. sed generatio xpi fuit optima. ergo passio mortis ipsius fuit pessima. ¶ Preterea omne iniustu est malu. sed xps iniuste passus est .1. pe. 2. Tradebat aut iudicanti se iniuste. ergo illa passio xpi fuit mala. ¶ Preterea sic eadem materia non pot esse in naturalibus sub contrarijs formis: ita unus actus in moralibus no potest esse bonus et malus. sed opus iudeoru ut dr in lra fuit passio xpi: ergo cu opus iudeorum fuerit malu passio xpi no pot dici bona. ¶ Sed contra nihil est deo acceptu nisi bonum. sed mors xpi fuit deo acceptissima: quia ipse tradidit semetipm pro nobis oblatione et hostiam deo in odore suavitatis. Eph. 5. ergo passio xpi fuit bona. ¶ Preterea omne qd est ex charitate est bonu. sed christus ex maxima charitate fuit mortuus et passus. ergo passio sua fuit optima.

Respondeo dicendum ad primam qonem quod in passione xpi fuit tria considerare. Unu ex parte patientis: qui s. voluntarie passus est ex charitate. Aliud aut ex parte occidentium: qui ex iniqua volutate cu occiderunt. Tertium est ex parte ipsorum pro quibus passus est. s. effectus salutis in toto humano genere. Et secundum hoc tripliciter deus pr: imo tota trinitas eum tradidit. Uno modo preordinando passione eius ad salute humani generis. Secdo xpo homi volutate dando et charitate ex qua pati voluit. Tertio dando ptate: et no cohibendo volutate occidentium; sicut dr Jo. 19. No haberes in me potestate nisi data tibi fuisset desup

Tria contemplant in xpi passione.

Ad primu ergo dicendum quod deus pater no tradidit xpm in morte quasi cogedo ipm mori: sed dando ei voluntate bona: qua mori vellet et io no seqtur quod fuerit aliqua crudelitas in deo. ¶ Ad secudu dicedu quod xps no fuit debitor mortis ex necessitate: sed ex charitate ad homies: qua hois salute voluit: et ex charitate ad deu: quia eius volutate implere voluit: sicut dicit Matth. 26. No sicut ego volo sed sicut tu. et hoc debitu non diminuit aliquid de gratitudine actus. ¶ Ad tertiu dicendum quod conformitas volutatis humane ad divina no est simpliciter in voledo qd deus vult: sed in voledo eode modo. i. ex charitate sicut deus vult: vel ad eunde fine. vel in volendo id qd deus vult nos velle. et hoc modo iudei volutate sua divine no conformaverunt: quia xpm ex nequitia occiderunt ad impediedu salute: qua ex eius predicatione seq videbant. ¶ Ad quartu dicendum: quod facere aliquod malu propter bonu fine consequendu est mali consiliatoris. sed uti malicia alioru qua ipse no facit ad bonum finem hoc est summe sapientie.

Ad secuda questionem dicendum: quod iudiciu absolutu est de re qn consideratur ipa secundum quod est actu in reru natura existens. et hoc est qn consideratur cu oibus circustatijs que sunt in ipsa sed qn consideratur res secundum aliqd qd in re est sine consideratione alioru: illud iudiciu non est de re simpliciter: sed secundum qd. Si igitur consideretur passio secundum quod est in patiente cu oibus que circustat. s. charitate xpi et efficacia ipsius: sic est dicenda simpliciter

Rnsio ad questiunculam.

pliciter bona. Si aũt consideret ſm q̄ est passio tm̃.s. inquantuz adimit vitã nihil aliud cõsiderã do: sic est malũ i genere mali na ture: vnde dicenda est bona sim pliciter: et mala ſm quid.

Ad primũ ergo dicen dũ q̄ passio xp̄i inquantũ est corruptiõis in= ductiua sic est mala: et hoc ẽ cõ= siderare ipam ſm q̄d: sed inquã= tum est passio volita: et ad hũa= nã salutẽ ordiata: sic est optima ¶ Ad scdm dõm q̄ iniuste illata est ex pte occidẽtiũ: sed pte ipsi⁹ patiẽtis ex iustissima voluntate pcedit. ¶ Ad tertiũ dõm: q̄ op⁹ operãs iudeoꝝ est malũ simplr. sed passio q̄ est opus operatũ est quidem simpliciter bona ſm q̄ est in patiente: q̄uis possit dici mala ſm quid. ſm q̄ est in actio ne illoꝝ sicut in causa ⁊ ſʒ q̄ est corruptiua nature: et ita non est ponere contraria circa idem.

¶ Expositio textus.




Quia sic iu stitia supat⁹ est dia= bolus.) Cõtra. iusti= tia dei nõ potest esse sine potẽtia nec ecõuerso. Dõm q̄ intelligẽdũ est nõ potẽtia tm̃. sed si etiã potẽtia tm̃ diabolum supasset adhuc esset iustitia ex parte dei liberãtis: q̄uis nõ eẽt ex pte nr̃a. (Peccãtẽ pcti auctor ilico inuasit.) Cõtra. Magis pec= cauit diabolus q̄ hõ: ergo ma= gis debuit ipse inuadi q̄ homo. Dõm q̄ ambos inuasit sentẽtia iudicis ſm culpe modũ si hoiem inuasit et pcti auctor: tum q̄ hõ illi se subdidit: tum q̄ hõ ex or= dine nãe sub angelis erat. vnde etiã homini ad exercitiũ datur.

Instã= tia cõ= tra ter tũ, dis= soluit.

(Predestiatis tm̃ effecit salutẽ.) Cõtra. Aliq̄ etiã non p̄destinati gratiã accipiũt. Dõm q̄ loquit de salute finali p quã homo ab omni malo liberatur. Hic distin guendũ est q̄ potest intelligi de ope operãte et sic malum opati sunt. Uel dõm de ope operato: ⁊ sic bonum opati sunt.

¶ Si in christo diuisio fuit i morte aĩe vel carnis a vbo.

¶ Distinctio. xxi.



Post predicta con siderãdũ est vtrũ in morte a verbo sit separata ani= ma vel caro. Qui dam putauerunt carnẽ sicut ab aĩa ita a diuinitate i mor= te fuisse diuisam. Si eñ in= quiunt aĩa media diuinitas carnẽ sibi vniuit sicut supius pretactuz est: ergo qñ diuisa est caro ab anima: diuisa est etiã a diuinitate: q̄ non po= tuit ab aĩa seiungi: per quaz verbo erat vnita: quin a ver bo diuideretur. Fuit autem diuisa i morte ab aĩa: alioq̄n vera mors ibi non fuisset: q̄ vt ait Augustinus mors quã timent homĩes separatio est anime a carne. mors autem quam non timent separatio est anime a deo. Utraq̄ ve= ro diaboli suasionibus ho= mini propinata est. Si er= go in christo homine ve= ra mors fuit: diuisa est ibi anima: ac per hoc diuini=

tas a carne Huic sue proba-bilitati addunt auctoritatis testimonium. Ambrosius eñ tractans de christi derelictione: qui in cruce voce magna clamans dixit. Deus deus meus quare me dereliquisti. ait. Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis ubi libera sit: vtiq ibi mors esse non poterat nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Hic videtur tradi q diuinitas separata sit in morte ab homine que nisi discessisset: homo ille mori nõ posset. Quod illi ad carnem referũt quam dicunt a deo separatam. Quibus respõdemus illam sepatiõez sic esse accipiẽdã sicut intelligit derelictio q illis verbis significat. Ut qd me derelinqsti. Quõ igr erat derelict⁹ a pře: cum in cruce se derelictũ clamabat Nõ recesserat deus ab homine: ita q esset soluta vnio dei 7 hoĩs. Alioqn fuit qđdã tps qñ xps adhuc viuus hõ erat: 7 nõ deus: quia adhuc viuus se derelictum clamabat nõ derelinquendũ. Si ergo illa derelictio vnionis intelligatur solutio: ante facta fuit solutio dei 7 hominis q xps mortuus esset. Sz qs hoc dicet? Fateamur igitur deum quodammõ illum hominem in morte deseruisse: q2 ptãti persequentium cum exposuit ad tempus: nõ suaz potẽtiam exercendo illuz defendit vt nõ moreretur. Separauit se diuitas: q2 subtraxit ptectiõem: sed nõ soluit vniõem. Separauit se foris vt nõ adesset ad defensionez sed nõ intus defuit ad vnionem. Si non ibi cohibuisset potentiam sed exercuisset nõ moreretur christus. Mortuus est christus diuinitate recedente id est effectum potentie in defendendo nõ exhibente. Hic est hircus a põpeyus qui altero hirco imolato in sollicitudinem mittebatur: vt legit in Leuiti. Hirci enim duo humanitas 7 diuinitas christi intelliguntur. Humanitate igitur immolata diuinitas in solitudinem abijt. i. in celum. vñ Esitius super Leuiti. In solitudinẽ i. in celũ tpe passiõis diuinitas abijsse dicit: nõ locum mutans sed quodãmõ virtutem cohibẽs: vt possent ipij cõsummare passiõez. Abijt ergo. i. vtutẽ cohibuit: 7 portauit iniqtates nras: nõ vt haberet: sed vt consumeret. Deus eñ ignis ɔsumẽs est. Ex his satis ostẽdit pmissa verba Amb. sic esse accipiẽda vt prediximus.

Respõsio ad qõnẽ.

Nota misterium.

¶ Aliã inducũt auctoritatẽ.


Liĩ quoq; auctoritatib⁹ innitunt̃ qui asserũt diuinitatez in morte recessisse ab hoĩe ɓm carnẽ. Ait enim athanasius Maledictus qui totũ hoiez: quẽ assumpsit dei fili⁹ denuo assumptũ vel liberatũ tertia die a mortuis resurrexisse nõ cõfitet̃. fiat fiat Si inquiũt denuo assumpt⁹ est hõ in resurrectiõe: quem assumpserat in incarnatiõe. deposuit ergo eum in morte. Seprata ergo fuit diuinitas in morte ab hũanitate. Quibus respõdemus ꝙ sibi sverbis assumptio talis intelligatur: q̃ sit ɓm vnionẽ nõ carnẽ tm̃ ꝫ totũ hoĩem. i. aĩaz ⁊ carnẽ denuo sibi vniuit in resurrectiõe: q᷑ nõ simpliciter hominẽ: sed totũ hoiem assumptum dicit. Totum igit̃ hominem in morte deposuit. i. animam ⁊ carnẽ. Sed q̄s nisi hostis veritatis dicat animã a verbo depositaz? Et tñ nisi hoc fateant̃: ꝙ totus hõ sit assumptus nõ pro eis facit illa auctoritas: que totuz dicit assumptum: sciẽdum est igit̃ athanasium id dixisse cõtra illoꝝ ꝑfidiã q̃ resurrectiõem xp̄i negabãt putãtes morteð tineri q̃ sol⁹ inter mortuos liber est. Jð illũ maledicit qui nõ cõfitet̃ totũ hoiez denuo assumptũ resurrexisse. i. xp̄m aiam corpi denuo cõiũtisse: ⁊ in illis duob⁹ denuo cõiunctis in resurrectiõe vere ɓm hoĩem vixisse sicut añ mortẽ. Nã in morte separata est aĩa a carne. vñ vere dr̃ xp̄s mortuus: sed neutrũ separatũ est a verbo dei.

Astruit carnem a verbo in morte separatam nõ esse.


Jcut aug. super io. doce tractãs illð verbuz. Ego pono aĩam meaz vt iterũ sumã eã. Nemo tollit eã a me: ꝫ pono eã a meipso. Potestatem habeo ponẽdi eã: ⁊ iterũ sumendi eã. Hic aĩam dicit emissaz a quo emissa est: a seipsa nõ est emissa q᷑ seip̃az nõ posuit nec verbũ aĩam posuit vel carnem. Caro em̃ aĩam posuit: sed ptãte in se manẽtis deitatis. Potentia g̊ deitatis aĩa diuisa est a carne: ꝫ neutrũ a verbo dei vñ aug. verbũ ex q̃ suscepit hoiez. i. carnẽ ⁊ aĩam nunꝙ̃ deposuit aĩaz vt eẽt aĩa a verbo sepata ꝫ caro posuit aĩaz qñ expirauit: qua redeũte surrexit. Mors g̊ ad tẽp⁹ carnẽ ⁊ aĩaz sepauit ꝫ neutrũ a verbo dei. Caro igit̃ ponit ⁊ sumit aĩaz nõ ptãte sua: sed ptãte inhabitãtis carnẽ deitatis. Hic euidẽter traditur nec aĩam nec carnez a verbo dei in morte diuisam: vt aliq̃

Respõsio.

Euangeliũ verba tractant.

mō solut a fueritvniorū aug. cōtra felicianuʒ. Absit: vt sic xps senserit, morteʒ: vt q̄tū in se estvita vitam pdiderit. Si enī hoc ita eēt vite fons aruisset. Sensit igit̄ mortē pticipatiōe humani affect⁹ quē spōte susceperat. nō nature sue pdidit potētiaʒ per quā cūcta viuificat. Sic in sepulchro carnē suā cōmoriendo non deseruit: sicut in vtero virginis cōnascendo formauit. Mortu⁹ est ergo nō discedēte vita: sicut passus ē non peunte potētia. Nemo tollit aiaʒ eius ab eo q̄ potestatem habet ponendi ꝛ sumēdi. Ecce ꝛ hic habes christum non deseruisse carnem in morte ꝛ vitā non discessisse a mortuo: ꝛ ꝙ sponte tradidit spiritum: non alius extorsit. vnde Ambro. Emisitꝫ christus spiritum: ꝛ tn̄ quasi arbiter eruendi suspendendiq; corporis emisit spm̄: nō amisit. Pendebat in cruce ꝛ oia commouebat. Sed vnde emisit? Ex carne. Quo emisit? ad patrem.

¶ Qua ratione dicit̄ christ⁹ mortuus ꝛ passus.



Recedēte ꝟo aīa mortua est caro xpi. Et q: caro mortua est mortuus est xps. Sicut enī mortuus dꝛ deus q̄ñ mortuus est homo: ita mortuus dicit̄ hō quādo mortua est caro. Separatio anime mors carnis fuit. Propt̄ carnem vero vnitā verbo q̄ mortua est dꝛ deus mortuus. ꝛ ppter carnē ꝛ aiaʒ q̄ vtraq; dolorem sensit dicit̄ deus pass⁹ cuꝫ diuinitas omnis doloris expers existeret. Unde Augu. Uerbum caro factum est: vt per carneʒ panis celestis ad infantes trāsiret: ꝛ sm̄ hoc ipsum verbum crucifixum est. sꝫ non est mutatum in homineꝫ hō in illo mutatus est vt melior fieret q̄ erat. Per id ergo ꝙ hō erat mortu⁹ est de⁹ ꝛ per id ꝙ deus erat homo excitatus est ꝛ resurrexit. Quicquid passus est homo nō potest dici non passus deus: q: deus erat homo. Nō potes dicere non esse passum iniuriam si vestis tua conscindat̄ quamuis vestis tua non sis tu. Multo magis ergo quicquid patitur caro vnita verbo debebat dici pati deus: licet verbum nec mori nec corrumpi nec mutari potuerit. Sed quicquid horuꝫ passus est in carne passus est. De hoc etiam ambrosius in tertio libro de spiritu sancto ait. Quod verbi caro patiebatur manens in carne verbum in se pro corporis assumptione

Passio xpi et corpi ascribitur.

referebat vt pati diceretur. quia caro patiebatur sicut scriptum est. Christo in carne passo. Hic docetur qua ratione deus vel dei filius passus vel mortuus dicitur nõ quia mortem senserit in quãtum deus est sed quia caro ei vnita mortua est. Secundum quam rationem dicit augustinus. Si quis dixerit atque crediderit filium dei deũ passum anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda est aperiens in eodem subdit. Si quis dixerit quod dolorem in passione sentiebat filius dei deus et nõ caro tantum cum anima quã sibi acceperat: anathema sit. sane igitur dici potest quod mortuus est deus et nõ mortuus passus est dei filius et non passus passa est tertia persona et nõ passa. crucifixum est verbum et non crucifixum. secundum alteram naturam passus est: secundum alteram impassibilis. Unde ambrosius. Generalis est ista fides quia christus dei filius et natus ex virgine: quem quasi gigantem propheta describit eo quod biformis gemineque nature vnus sit: consors diuinitatis et corporis. Idem ergo patiebatur et non patiebatur: mouebatur et non mouebatur. sepeliebatur, et non sepeliebatur: resurgebat et non resurgebat: resurgebat secundum carnem que mortua fuerat: non secundum verbum quod apud deum semper manebat.

¶ Diuisio textus.



Postquã determinauit magister de his que xps cum humana natura assumpsit scilicet gratia et scientia et defectibus. et de his que per humanã naturã operatus est. i. de meritis ipsius. hic determinat de morte quã in humana natura sustinuit. Diuidit autẽ hec pars in duas. Primo determinat ea que ad mortẽ xpi pertinẽt. Secundo ea que ad mortem xpi cõsequuntur di. 22. ibi (Hic querit) Prima diuidit in duas. Primo inquirit vtrũ mors fuerit in xpo secundum separationem deitatis a carne. Secundo supposito quod nõ ostẽdit qua ratione xps dicatur mortuus ibi. (Recedẽte verbo.) Circa primũ duo facit. Primo mouet questionẽ. Secundo determinat eã ibi (Quidã putauerũt) Et circa hoc duo facit. Primo excludit errorẽ. Secundo veritatem confirmat ibi. (Sicut Aug. super Jo.) Circa primũ duo facit. Primo excludit probationem erroris sumptam ex rõne et auctoritate Aug. Secundo probationem sumptã ex auctoritate Athanasij. ibi. (Alij quoque) Circa primum tria facit. Primo ponit rõnem ipsarum. secundo auctoritatem que videtur pro eis facere ibi. (huic sue probabilitati.) tertio soluit ibi. (Quibus respondemus.) (Alij quoque) hic tria facit. Primo ponit obiectionẽ ex auctoritate athanasij. Secundo ostendit quod illa auctoritas nõ facit pro eis ibi (Quibus respõdemus.) tertio auctorũ

tatē athanasij exponit ibi.(Sciē dum est igit.) Hic est duplex qō. Prima de morte xpi. Scda de resurrectione eius. Questio. 1.


Circa primū queruntur tria. Primo vtrū in morte xpi fuerit separata deitas ab hūanitate. Secundo vtrū corpus xpi fuerit dissolutū vel incineratum. Tertio vtrū debeat simpliciter cōcedi q̄ xps vł filius dei sit mortuus.

¶ Utrum in morte christi deitas a carne separata sit.


Ad primum sic pcedit. Videt q̄ in morte xpi deitas a carne separata sit. Remoto em̄ medio separant extrema q̄ per mediū coniūgūtur. sed sicut in.2.di.dictū est: diuinitas ɔiūgebat carni mediāte aia: ergo sepata aia a carne separabatur etiā diuinitas. ¶ Pretea sicut in.2.di.dictū est: corpus insensibile nō est assumptibile. sed sepata aia caro remanet quoddā corpus insensibile: ergo non potuit remanere deitati vnita: cū nihil possit esse vnitū: qđ non est assumptibile. ¶ Preterea nulla res est mortua q̄ habet in se vitam: sed si deitas in morte a carne sepata nō fuisset: habuisset in se vitā: que etiam est fons indeficiens vite: ergo mortua non fuisset. ¶ Preterea vnio hūane nāe ad diuinā est per gratiā. sed corpus non est capax gratie nisi mediante aia: ergo corpus separata aia nō potest remanere deitati vnitum. ¶ Sed cōtra filius dicitur iacuisse i sepulchro: a'ls de hoc non esset fides: que hꝫ obiectū veritatē increatā. sed hoc nō dicitur nisi quia corpus in sepulchro fuit: ergo deitas a corpore separata non fuit. ¶ Preterea Leo papa dicit. Tanta fuit vnio dei et hois: vt nec supplicio posset diminui: nec morte distingui sed supplicium pati et mori corporis est: ergo corpus in morte a diuinitate non est separatum.

¶ Utrum deitas separata sit ab anima.

Ulterius videt q̄ deitas sit separata ab aīa. vtraq; em̄ mors vt dicitur in littera. s. qua separat corpus ab anima: et qua separatur anima a deo. diaboli suasu homini propinata est. sed christ⁹ in se accepit mortem: qua separatur corpus ab anima: vt a nobis excluderet quod suasu demonis in noƀ deuenit: ergo simpliciter debuit pati mortem que est separatio anime a deitate. Que- stiūcła vnica. ¶ Preterea quicūq; deponit aliquid illud a se separat. sed filius dei dicit đ seipso. Joan.10. Ego pono animam meam. ergo eam a se separauit. ¶ Preterea sicut supra.di.5.dictum est vniens est vnitum: sicut ratiōe vnionis de⁹ est homo. si igit anima esset deo vnita post mortem: posset dici q̄ de⁹ esset anima. ¶ Preterea ratione vnionis dei ad hominē est communicatio idiomatum: vt dicit Damascenus. sed anime idiomata non dicuntur de filio dei. non enim potest dici q̄ fili⁹ dei sit forma corporis. ergo nō remanet post mortē anima verbo vnita. ¶ Preterea. si esset verbum vnitum anime et corpori: cum illa sint adinuicem diuisa:

diuisa: essent due vniones verbi ad illa duo. sed ante mortē erat tm̄ vna vnio: ergo aliq̄ vnio facta est de nouo in morte xp̄i: qđ est incōueniēs. ¶ Preterea. aīa & corpus sepata fuerūt duo quidē. si ergo verbū vtriq; vnitū remāsit: vr̄ q fuerūt duo vel tria christus in morte: qr vniens est vnitū. ¶ Sed ꝯ. maior est cōiunctio aīe ad deum per vnionē in persona: q̄ que est per fruitōeʒ. sed aīa deo cōiuncta p fruitōeʒ nunq̄ ab ipso sepat: ergo multominus cōiuncta ei per vnionē in psona. ¶ Preterea. filiꝰ dei dicitur descendisse ad inferos. sed hoc non cōuenit sibi nisi ratiōe anime: ergo filius dei post mortem habuit animam sibi vnitaʒ.

Mortꝫ xp̄i mysteriuꝫ tractaᵗ

Rn̄deo dōm ad primam qōnem q corpus christi in morte nō fuit sepatum a deitate. Cuius rō ex tribus accipi potest. Primo ex pte dei: qr cum sit imutabilis ei qđ perfecte sibi cōiunctū est: incōmutabilitatē prestat: vt scʒ imutabiliter ei adhereat. Secundo ex parte ipsiꝰ assumpti: qr p mortem: quā ex obedientia patris sustinuit: nō debuit suā dignitatē amittere: sed magis clarificare. Tertio ex fine assumptionis: qr ea que post mortem ipsius circa ipsum acta sunt: salutaria nobis non fuissent nisi deitas adiuncta esset.

Ad primū ꝫ dōm q sicut supra. di. 2. dictum est: aīa quātum ad vnibilitatē corporis est mediuʒ necessitatis: qr corpus non esset vnibile nisi inquātuʒ est aīatū. sed quātum ad vnioneʒ in actu est mediū ꝯgruētie: quo remoto nō necessario vnio tollitur: vt supra. 2. dist. dictū est. & ideo qr separata aīa a corpore adhuc remāsit in corpore ordo ad animā & vnibile remāsit & vnitū. ¶ Ad scđm dicendū q q̄uis esset actu isensibile: tm̄ hoc habebat supra alia corpa insensibilia: q inerat ei ordo ad animā humanam. ¶ Ad tertiū dicēdū q deitas nō pōt esse forma corporis. Ad hoc autē q corpus sit viuū opʒ q sit aliqd viuificans formalr̄. ¶ Ad quartū dōm q corpus nō est susceptiuuʒ gr̄e habitualis: qr illa ordinaᵗ ad actꝰ spūales: qui nō pn̄t corpori cōicari. hec aūt gratia est mediū cōgruētie ad vnionē ex pte aīe. sed gr̄a vniōis que est ipsa vnio gratis facta potest esse in corpe: qr ista gr̄a ordinat ad esse in psona diuina: cuiꝰ particeps est corpus sicut & anima: ideo etiā corpus pōt remanere vnitū aīa sepata: in quo etiam manet aliquis ordo ad gloriaʒ: ex eo q fuit instrumentū anime habētis gratiā: vt dictum est: vt sic etiā habitualis gratia quodāmodo in corpus redundet vt supra di. 13. dictum est.

Gratia q̄ō est mediū in xp̄o.

Ad scđaʒ qōnem dōm q ppter easdem ratiōes aīa a verbo in morte christi sepata nō fuit: & adhuc amplius inquātum aīa imediatius et pluribus modis verbo vnitur q̄ corpus.

Ad primū ergo dicēdū q mors aīe est p̄m sepationem aīe a deo per peccatū opposita cōiūctioni que est per charitatē: quā mortem christū assumere nō decuit: sicut nec peccatū vt supra di. 15. dictū est. & ideo hec rō nō est ad

propositū. qꝛ etiā si esset sepatio perfecta aie a v̄bo ꝯtrā ad ꝯiunctionez que est in p̄sona: adhuc aīa nō esset mortua: sꝫ viua: inquātū remaneret deo p̄ charitatē ꝯiūcta. ¶ Ad 2m dōm q̄ filius dei dr̄ aīaz ponere: nō quidez a se: sed a carne: a q̄ in morte sepata fuit. ¶ Ad tertiū dōm q̄ anima nō noīat personā sed partez nature. vn̄ aīa nō est vnita v̄bo: sicut importās id in q̄ facta est vnio: sicut est de hoc noīe hō: et iō nō pōt dici q̄ fili⁹ dei sit aīa: sicut pōt dici q̄ sit hō s̄m q̄ est habēs aīaz. ¶ Ad 4m dōm q̄ sicut ea que dñr de nā hūana s̄m rōnē nature nō p̄nt predicari de filio dei: vt qd̄ dr̄ esse cōis christo ⁊ alijs hoīb⁹: ita etiā ea que p̄dicant de aīa xp̄i inq̄ntū est ps nature: nō p̄nt dici de filio dei sicut q̄ est forma vel aliq̄d hm̄ōi. Ea autē que predicātur de ipsa inquātū est q̄d subsistens p̄nt de filio dei p̄dicari: sicut q̄ descēdit ad inferos: et alia hm̄ōi. ¶ Ad quintū dōm q̄ sicut supra. di. 8. dcm̄ est: relatōes s̄m rē multiplicātur s̄m multiplicationē illorū supra que fundātur relatiōes. vnde cōtingit q̄ relatio ex parte vnius extremi est vna q̄ ex p̄te alteri⁹ multiplicat̄: sicut de illo qui vna p̄nitate ad multos filios refert: q̄ ad ip̄m multis filiationibus referunt̄. ita ēt est hoc: qꝛ ex p̄te ipsi⁹ filij dei est vna tātuꝫ: ꝯuis nō sit ex parte ipsius relatio realis sed ratiōis tantū. Ex parte autē assumptorū: que diuisa sunt: sūt due vniones in actu post mortē. ante autez erat vna in actu ⁊ multe in potētia. vnde nō oportet q̄ aliqua vnio fiat ibi de nouo: sicut nec in diuisione cōtinui fit aliq̄d de nouo: inq̄ntuꝫ id qd̄ prius erat multa potētia: vnū actu: fit actu plura. ¶ Ad sextū dōm q̄ sicut humana natura nō est ypostasis in christo: ꝯuis possit dici singulare ⁊ indiuiduū: vt supra. di. 6. dictū est. ita etiā aīa ⁊ corpus nō sunt due cōplete ypostases: sed vnite vni ypostasi filij dei ꝯuis possint dici duo singularia vel duo indiuidua. sed nō sequit̄ ex hoc q̄ christus sit duo: qꝛ neutrum illorū de christo p̄dicatur vel de filio dei.

¶ Utrū corpus christi post mortem debuerit dissolui.



Ad scdm sic p̄cedit. vr̄ qd̄ corp⁹ christi post mortē dbuit dissolui siue incinerari. Hebr. 2. dr̄. Christ⁹ debuit p̄ oīa fratribus assimilari. sed alij hoīes q̄ dñr fratres xp̄i s̄m corpus incinerant̄: ḡ ⁊ corpus christi icinerari debuit. ¶ Preterea. sicut sepatio aīe a carne fuit inflicta hoī p̄pter pctm̄ primi parētis: ita etiā incineratio: qꝛ dicit̄ Gene. 3. Terra es ⁊ in terraz ibis. sed xp̄s p̄ nobis sustinuit mortē: vt debitum nature solueret: ḡ sil'r corpus ei⁹ icinerari debuit. ¶ Preterea hūilitas ē meritū exaltatōis. phil. 2. sꝫ corp⁹ xp̄i fuit maxie exaltādū sꝫ corp⁹ xp̄i fuit maxie exaltādū: ḡ dbuit vsq̄ ad incinerationē humiliari. ¶ Pretea. oē cōpositū ex ꝯrijs nāl'r est dissolubile in cōtraria. sed corpus xp̄i fuit ex ꝯrijs ꝯpositū: qꝛ fuit eiusdē nature: cuius sunt corpora nr̄a: ergo cū incineratio nihil aliud sit q̄ꝫ resolutio

corporis ad ɔ̃ria: ex q̃bus consti tuitur: vr̃ q̃ corpus xp̃i incinera ri debuit. ¶ Preterea. aĩa nõ re-cedit a corpore q̃diu i corpore manet eq̃litas cõplexionis: que requirit̃ vt dispositio in corpore aĩato: q: per hãc dispõnez mate ria fit necessaria ad talẽ formaz sed i morte christi aĩa recessit a corpore: ergo in corpore non re-mãsit illa eq̃litas que exigit̃ ad corpoꝝ animationẽ. sed ablata eq̃litate cõplexionis vnũ ɔ̃rium supat aliud ⁊ corrũpit illud: ⁊ sic seq̃tur corpis dissolutio ⁊ incine ratio: ergo corpus xp̃i fuit corru ptũ ⁊ incineratuz. ¶ Sed cõtra. Psal. Non dabis scm̃ tuũ videre corruptionez. hoc autẽ non põt itelligi de corruptiõe mortis: q: ipse mortu⁹ fuit: ergo intelligit̃ de corruptione incinerationis. ¶ Preterea. corpi nõ debet̃ inci neratio nisi ꝑpter corruptionez fomitis. s; in xp̃o nunq̃ȝ fuit cor ruptio fomitis: q: natus ⁊ cõce-ptus fuit sine origiali: ergo cor-pus christi nõ debuit icinerari. ¶ Preterea. aĩa cõiuncta corpo ri ipm̃ seruat ab incineratõe. sed ꝟtus diuina est maior q̃ȝ ꝟt⁹ aĩe ꝫ cũ corpi xp̃i sit ɔ̃iũcta deitas: videt̃ q̃ non debuit incinerari.

Respõdeo dicendũ q̃ mors ⁊ in-cineratio ⁊ hm̃oi defect⁹ sunt pene originalis p̃cti. in xp̃o au tem nunq̃ȝ fuit originale: vnde xp̃s nõ cõtraxit hm̃oi defectus ex necessitate sue originis: q: si ne originali ɔ̃cept⁹ fuit: nec i eo fuerũt: q: ipse eẽt dèbitor eoꝝ: q: pctm̃ in eo nunq̃ȝ fuit. s; vo-lũtarie defectus hũane nature assumpsit ad cõplendũ op⁹ no-stre redemptiõis: ⁊ vt in his noꝫ

Notu-la pul hra.

bis mereret̃. Vñ cũ op⁹ redem-ptiõis esset in passiõe ɔ̃pletũ: q: dixit: ɔ̃sũmatũ est. Jo. 19. ⁊ corp⁹ sine aĩa nõ est i statu merẽdi: iõ corpus eius incineratũ nõ fuit.

fas: ita nec in hac opatiõe intellectus. Et iõ sicut vox incõplexa ppter hoc q nõ est in ea veritas et falsitas nõ concedit nec negatur: ita sm hãc operationẽ intellectus nõ assentit vel dissentit. et ppter hoc in hac opatiõe nõ potest inueniri fides cuius est assentire. sed in alia operatiõe qua intellectus cõponit et diuidit in q̃ iam inuenit verũ et falsum sicut in enũciatione. Et ppter hoc intellectus in hac sua operatione assentit vel dissentit: sicut et enũciatio concedit aut negat. Et iõ in hac opatiõe inuenit fides que hꝫ assensum. Cũ aũt ab assentiẽdo sentẽtia dicat: q̃ vt dicit Ysa. est determinata acceptio alteri⁹ partis cõtradictionis: oportet q qui assentit intellectũ ad alteraꝫ partẽ cõtradictionis determinet Qđ quidẽ cõtingit tripliciter sm triplicẽ nostri intellectus considerationẽ. Põt eñ intellect⁹ noster considerari vno mõ smuse: et sic determinat ex p̃sentia intelligibilis sicut materia determinatur ex p̃sentia forme. et hoc q̃dẽ contingit in his q̃ statim lumine intellectus agẽtis intelligibilia fiunt: sicut sunt p̃ma principia: quoꝝ est intellectus. et similiter determinatur: iudiciuꝫ sensitiue partis ex hoc q sensibile subiacet sensui: quoꝝ principalior et certior est visus: et ideo predicta cognitio intellectus vocatur visio. Alio mõ potest cõsiderari intellectus nr̃ sm ordinẽ ad rõneꝫ q̃ ad intellectũ terminat: dum resoluendo cõclusiones in principia per se nota earum certitudinẽ efficit. et hoc est assensus sciẽtie. Tertio mõ cõsiderat intellectus in ordine ad voluntatẽ: que quidem oẽs vires aĩe ad actus suos mouet. et hec quidẽ voluntas determinat intellellectũ ad aliqđ: qđ neq per seip̃m videtur neq ad ea q̃ per se videnť resolui posse: determinat ex hoc q dignũ reputat illis esse adherẽdũ ppter aliquã rationẽ: qua bonũ videť ei illi rei adherere: q̃uis illa ratio ad intellectũ terminandum nõ sufficiat ppter imbecillitatem intellectus q̃ non videt p se hoc cui assentiendũ ratio iudicat neq ip̃m ad p̃ncipia p se nota resoluere valet. Et hoc assentire pprie vocat credere. vnde et fides captiuare dicitur intellectum: inquantũ nõ sm propriuꝫ motũ ad aliquid determinatur: sed sm imperiũ voluntatis. et sic in credẽte ratio per se intellectũ nõ terminat: sed mediãte voluntate. Quãdo vero ratio q̃ mouet ad alterã parteꝫ: neq sufficit ad intellectũ terminandũ; qr nõ resoluit cõclusiões in p̃ncipia per se nota: neq sufficit ad volũtatẽ terminandã: vt bonũ videatur illi parti adherere: tũc homo opinatur illud cui adheret: et nõ terminatur intellectus ad vnum: qr semp remanet motus ad cõtrariũ. Accipit eñ vnam partẽ cum formidine alterius: et ideo opinans non assentit. Quando vero homo nõ habet rationem ad alteram partẽ magis q̃ ad alterã vł quia ad neutrã hꝫ q nesciẽtis est. vel quia ad vtrãq habet sed equalẽ; qđ dubitãtis est: tũc nullo modo assentit. cum nullo modo determinetur eius iudicium sed equaliter se habeat ad diuersas. ¶ Patet ergo ex predictis q cum assensione cogitare separat credentẽ ab oĩbus aliis.

resolũo subtilissima

Cum enim cogitatio discursum rationis importet intelligēs assensum sine cogitatiōe habet: qr intellectus principiorū est: que quisq statim probat audita. ꝼm Boe. in lib. de hebdo. Sciēs autem ⁊ assensum ⁊ cogitationem habet: sed nō cogitationē cū assensu: sed cogitationē ante assensum: qr ratio ad intellectū resoluendo pducit: vt dictum est. Credens autem habet assensum sil' et cogitationē. qr intellectus ad principia per se nota nō perducitur. vnde quantū est in se adhuc habet motū ad diuersa: sz extrinseco determinatur ad vnum. s. ex volūtate. Opinās autē habet cogitationē sine assensu pfecto. sed habet aliquid assensus inquantum adheret vni magis ꝙ alij. Dubitās aūt nihil hz de assensu sed habet cogitationē. Nesciēs autem neq assensum neq cogitationem habet.

Nota verba

Ad primū ḡ dicendū ꝙ quia sensus nō habet se ad multa: sed determinate vnū accipit: quia non confert: ideo determinatio potētie etiā supiorīs a sensu denoiaṫ sed differēter: qr determiatio cognitionis ad aliquid diciṫ assensus: qr aliquid nō precedit. determinatio autem volūtatis ad vnū dicitur consensus: qr cogitatiōez psupponit: cum qua simul sentit dum in illud tendit: qđ ratio bonū esse iudicat. et iō cōsentire dicitur voluntatis: sed assentire intellectus. ¶ Ad scđm dđm: ꝙ p hoc ꝙ dicit Dam. ꝙ fides est nō inquisitus assensus: excludiṫ inquisitio rōnis intellectum terminantis: nō inquisitio voluntatē inclinans. et ex hoc ipso ꝙ intellectus terminatus nō est: remanet motus intellectui: inquantū naturaliter tendit in sui determinationē. vnde fides consistit media inter duas cogitatiōes: quarum vna voluntatem inclinat ad credendū. et hec pcedit fidē. alia vero tendit ad intellectū eorum q̄ iam credit. et hec est simul cū assensu fidei. vñ diciṫ Isa. 7. Si nō credideritis non intelligetis. ¶ Ad tertiū dđm: ꝙ illa potētia que a phis diciṫ cogitatiua est i confinio sensitiue et intellectiue partis: vbi pars sensitiua intellectiuā attingit. hz eñ aliqđ a pte sensitiua. s. ꝙ consideret formas particulares. et hz aliqđ ab itellectiua. s. ꝙ confert: vnde ⁊ in solis hoibus est. Et qr pars sensitiua notior est ꝙ intellectiua: iō sicut determinatio intellectiue partis a sensu denoiatur; vt dictum est: ita collocatio oīs intellectus a cogitatione nominaṫ. ¶ Ad quartū dđm: ꝙ iam ptz ex dictis ꝙ illa assignatio soli credenti conuenit.

Ad scđam questionē dicendum: ꝙ sicut ex pdictis ptz actus credentis ex trib⁹ depēdet. s. ex intellectu qui terminaṫ ad vnū. ex voluntate q̄ determinat intellectū per suū imperiū. et ex rōne q̄ inclinat voluntatē. et ꝼm hoc tres actus assignanṫ fidei. Ex hoc eñ ꝙ intellectus terminaṫ ad vnū actus fidei est credere deū: quia obm fidei est de⁹ ꝼm ꝙ in se cōsideraṫ: vel aliqđ circa ipm vel ab ipso. Ex hoc vero ꝙ intellectus determinaṫ a voluntate ꝼm hoc actus fidei est credere in deum idest amando in eū tendere. Est eñ volūtatis amare. ꝼm autē ꝙ

Rñsio ad primā q̄stiūculam.

ratio voluntatē inclinat ad act⁹ fidei est credere deo. Ratio enim qua voluntas inclinatᷣ ad assentiendum his que nō videt: est qꝛ de⁹ ea dicit: sicut hō in his que non videt credit testimonio alicuius boni viri qui videt ea q̄ ip̄e non videt.

Ad primum ergo dicendū: ꝙ per oīa predicta nō noīatᷣ nisi vnus cōpletus actus fidei: sꝫ ex diuersis q̄ in fide īueniūtᷣ diuersimode noīatur. illo eñ actu q̄ credit ī deū: credit deo ꝛ credit deū. ¶ Ad scōm dōm: ꝙ q̄uis deum esse simpliciter possit demonstrari. tamen deū esse trinū ꝛ vnum ꝛ ꝛ alia hmōi que fides in deo credit nō possunt demonstrari: ſm q̄ ē act⁹ fidei credere deū. ¶ Ad tertiū dōꝫ: ꝙ fidelis credit homini nō inquantū hō: sed inquātuꝫ deus in eo loquitᷣ: qd̄ ex certis experimētis colligere pōt. īfidelis aūt nō credit deo ī hoīe loquēti. ¶ Ad quartū dōꝫ: ꝙ amare simpliciter est actus charitatis: sed amando credere est actus fidei per charitatē mote ad actū suū. ¶ Ad quintū dōm: ꝙ illa quattuor ptinent ad fidē ſm ordinem ad voluntatē: vt dictū est. voluntas aūt est finis: ꝛ ideo ista quattuor distinguūtur ſm ea que exiguntᷣ ad cōsecutionē finis. prexigitᷣ eñ p̄mo affectio ad fineꝫ: ꝛ ad hoc ptinet credēdo amare. Ex amore autē ꝛ desiderio finis aliq̄s in finē incipit moueri. ꝛ ad hoc pertinet credendo in eū ire. Mot⁹ aūt ad finē pducit ad hoc ꝙ aliq̄s fini cōiungatᷣ. et ad hoc ptinet credendo ei adherere. Ex ꝯiūctiōe aūt ad finē aliq̄s ī pticipationē pfectionū finis pducitᷣ. et ad hoc pertinet credendo mēbris eius incorporari.

Ad tertiā qōnē dōꝫ: ꝙ certitudo nihil aliud est q̄ detetermīatio intellect⁹ ad vnū. tanto aūt maior est certitudo: quāto est forti⁹ qd̄ determinationē causat. Determinatᷣ aūt intellectus ad vnū tripliciter: vt dictū est. In itellectu eñ principiorꝫ causatur determinatio ex hoc ꝙ aliq̄d per lumen intellect⁹ sufficiēter inspici p ip̄ꝫ pōt. In sciā ṽo cōclusionū cātur determīatio ex hoc ꝙ ꝯclusio ſꝫ actū rōnis in p̄ncipia p se visa resoluitur. In fide ṽo ex hoc ꝙ volūtas itellectui impat. Sꝫ qꝛ voluntas hoc mō nō determīat intellectū vt faciat inspici que credunt sicut inspiciuntur principia per se nota: vel que in ipsa resoluuntur: sed hoc modo vt intellectus firmiter adhereat: ideo certitudo que est in sciētia et intellectu est ex ipsa euidētia eorum que certa esse dicuntᷣ. certitudo autem fidei est ex firma adhesione ad id qd̄ creditᷣ. In his ergo que per fidē credimus ratio voluntatem inclinans: vt dictū est: est ipsa veritas prima siue deus cui creditur: que habet maiorem firmitatem q̄ lumen intellectus humani: in quo conspiciuntᷣ p̄ncipia vel ratio humana ſm quā cōclusiones in principia resoluūtur. ꝛ ideo fides hꝫ maiorē certitudinem quantū ad firmitatē adhesionis q̄ sit certitudo scientie vel intellectus: q̄uis in scientia et intellectu sit maior euidentia eorum quibus assentitur. Rñsio ad 2ᵃ ꝫ q̄stiunculaꝫ.

Ad primū ergo dicendum: ꝙ certitudo fidei dicitur media inter

certitudinē sciē ꝛ opiniōis: nō intēsiue ꝑ modū ꝗtitatis cōtinue sed extensiue per modum numeri Certitudo enim scientie consistit in duobus. s. in euidentia et firmitate adhesionis. certitudo autem fidei consistit in vno tantum. s. in firmitate adhesiōis. certitudo vero opinionis in neutro ꝗuis certitudo fidei de qua loquimur ꝗtum ad illud vnum sit vehementior ꝗ certitudo sciē ꝗtum ad illa duo. ¶ Uel dōꝫ ꝙ loquitur de fide que est opinio firmata rationibus: nō autem de fide infusa. ¶ Ad secundum dōm ꝙ credenti accidit aliquis motus dubitationis ex hoc ꝙ intellectus eius non est ſm se terminatus in sui intelligibilis visione sicut est in scia ꝛ' itellectu sꝫ solū ex imperio voluntatis ꝛ iō sciens ꝗtum ad id non recedit a dubietate magis ꝗ credēs: sed credēs ſm firmitatē adhesionis magis recedit ꝗ sciens ſm illa duo.

Scie certitudo est in duobus.

¶ Ad tertiū dōm ꝙ ratio illa ex insufficienti ꝓcedit: vt dictū est.

¶ Utrum fides sit in voluntate sicut in subiecto.



D tertiū sic ꝓcedit. videt ꝙ fides sit in volūtate sicut in subiecto: qꝛ ſm Hug. de san. vict. fides habet in cognitiōe materiam: sꝫ in affectu substantiā sed. illud est subiectum accidentis vbi est sua essentia que substantia dī: ergo fides est in affectu sicut in subiecto. ¶ Preterea. sicut certitudo sciē est ex intellectu ita certitudo fidei est ex voluntate: qꝛ credere nō pōt hō nisi velit: vt dicit Aug. sed subiectum sciē est intellect⁹: ergo eadē rōne subm fidei est voluntas. ¶ Preterea. meritū in volūtate cōsistit. sꝫ actus fidei ē meritori⁹ ꝙ est act⁹ volūtatis. ¶ Preterea. opposita sunt circa idē. sed infidelitas est in volūtate: qꝛ ſm ꝙ est in intellectu hꝫ ignorātiā ꝗ non est pctm̄ sed excusat: ergo fides est in volūtate. ¶ Sed cōtra obiectū habit⁹ cōcordat obo potentie ꝗ est ei⁹ subm. sꝫ obꝫ fidei est verū qꝺ est obiectū intellect⁹ nō aūt bonū qꝺ est obiectū volūtatis: ꝙ subiectū fidei nō est volūtas sed intellect⁹. ¶ Preterea ad eandē vim ꝑtinet fides: ꝛ id qꝺ fidei succedit in gloria: sed id qꝺ fidei succedit. s. visio ꝑtinet ad intellectum: ergo ꝛ fides.

¶ Utrū fides sit in itellectu practico.

Ulterius videt ꝙ ptineat ad intellectū practicū. sicut eñ dicit phs in. 3. de aīa. intellectus speculatiuus nihil dicit de fugiendo vel imitabili. sed per fidem instruimur quid facere vel quid vitare debeam⁹: ergo fides est in intellectu practico. ¶ Preterea. intellectus speculatiuus ꝓportionaliter respōdet imaginatiōi: sicut intellectus practicus estimatiōi: ꝗ est in parte sensitiua: sed imaginatio nō facit cōfidētiā ꝛ terrorē vt dī in. 2. de anima. immo per eam nos habemus ad terribilia ac si essemus in pictura cōsiderantes: ergo nec intellectus speculatiuus: sed fides est ꝑncipiuꝫ spei: ꝛ facit tremorē: qꝛ demones credūt ꝛ cōtremescūt: vt dī. Jaco. 1. ergo fides nō est in intellectu speculatiuo. ¶ Preterea. intellꝰ speculatiu⁹ nō ꝑmiscet volūtati: sed practicus. Fides autē cōsistit

1ª questiuncula.

in intellectu ꝛ volūtate: vt dictū est: ergo subiectū eius nō est itellectus speculatiuꝰ: sꝫ practicus. ¶ Sed cōtra. intellectus practicꝰ est ꝯtingētiū operabiliū a nobis sed fides est eternoꝝ: ergo fides nō est in itellectu practico. ¶ Preterea. cognitio practica est cā cognitoꝝ: sꝫ fides nō ē cā reꝝ q̄ credunt: ergo nō est in itellcu practico. ¶ Utrum fides sit virtus intellectualis.

2ª q̄stiūcula. **Ulterius** vr̄ ꝙ sit virtꝰ itellectualis. virtus eni intellectualis est: que hꝫ p subiecto intellectū sed fidei subiectū est intellectꝰ ergo est virtus itellectualis. ¶ Preterea. articuli fidei: quoꝝ est fides: sunt sicut p̄ncipia in aliis scientiis: ex q̄bus pcedit theologia: sed intellectus p̄ncipioꝝ est virtus intellectualis: vt pꝫ per p̄hm in. 6. ethic. ergo ꝛ fides articuloꝝ est virtus intellectualis. ¶ Preterea virtus intellectualis: vt dicit philosophus in. 6. ethi. est p quā nō dr nisi verū: sed fidei falsum subesse nō pōt: ergo fides est virtꝰ intellectualis. ¶ Sed cōtra est qđ p̄hs dicit in. 6. eth. ꝙ suspitio nō est virtus intellectualis: sicut nec opinio: ꝛ eadē rōne nec fides que est ex coꝝ genere. ¶ Preterea virtus est vltimū in re de potētia: vt dr in p̄mo de ce. ꝛ mū. sꝫ fides nō ponit intellectū in vltimū sui: qr per ipam intellectus non termiatur in aliqua visione: ergo fides nō est virtus intellectualis.

Respondeo dōm ad p̄mā q̄ōnē ꝙ volūtas importat actū intellectꝰ: sicut ꝛ actū irascibilis ꝛ concupiscibilis. Ad hoc aūt ꝙ actꝰ irascibilis ꝛ cōcupiscibilis sit pfectꝰ opꝫ ꝙ nō solū sit aliqs habitꝰ in volūtate vel rōne imperāte: sed etiā ꝙ sit aliqs habitꝰ in irascibili ꝛ cōcupiscibili exequēte: vt faciliter actū exequatꝰ vñ ꝛ opꝫ aliquē habitū esse in intellectu ad hoc ꝙ volūtati facilit obediat in his que sunt supra rationē. ꝛ hoc est habitus fidei: ꝛ ideo subiectum fidei est intellectus.

Ad primū ergo dōꝫ ꝙ suba nō sumit ibi p essentia: sꝫ p forma. Fidei aūt forma quodāmō est charitas: vt infra patebit: q̄ in voluntate est. ¶ Ad scōm dōm ꝙ scia ꝛ intellectus habēt certitudineꝫ p id qđ ad cognitiōeꝫ ptinet. s. euidentiā eiꝰ cui assentit. fides autē hꝫ certitudinē ab eo ꝙ est extra genus cognitiōis in genere affectiōis exn̄s. ꝛ iō scia ꝛ intellectus est sicut in subiecto i eo a quo hꝫ certitudinē: nō aūt fides. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ meritū cōsistit in volūtate: sicut in cā iꝑtū ipa semꝑ iportat actū meritoriuꝫ. nō aūt sempꝛ ipa est sicut in subiecto qr actus meritorius qn̄qꝫ elicit ab aliis potētiis. ¶ Ad quartū dōꝫ ꝙ ifidelicitas ē ēt in intellcu sicut in subiecto. in volūtate aūt sicut in imperāte ifidelitatis actū ꝛ est actus infidelitatis demeritoriꝰ.

Ad secundā questionē dōꝫ ꝙ intellectus speculatiuus ꝛ practicus in hoc differunt: ꝙ intellectus speculatiuus cōsiderat verū absolute. practicꝰ autē cōsiderat verū in ordine ad opus. Contingit aūt qn̄qꝫ ꝙ verum ipsum qđ in se cōsiderabat nō potest considerari vt regula opis sicut accidit in mathematicis: ꝛ in his q̄ a motu separata sūnt. vñ hmōi veri cō- Respōsio ad p̄mā q̄stiūculam.

ſideratio eſt tñ in intellectu ſpeculatiuo. Qñq; aũt verũ qd in ſe conſiderat põt vt regula operis cõſiderari: ⁊ tũc intellectus ſpeculatiuus fit practicus p extẽſionẽ ad op⁹. hoc aũt cõtigit dupl'r: q2 aliqñ illd verũ qd vtroq; mõ põt cõſiderari nõ h3 magnã vtilitatem niſi inq̃ntum ordinat ad opus: q2 cũ ſit cõtingẽs non h3 fixã veritatem: ſicut eſt cõſideratio de operibus virtutũ: ⁊ tũc talis cõſideratio q̃ntũ ſuis poſſit eſſe ⁊ ſpeculatiui ⁊ practici: intellectus tñ principaliter eſt practici itellectus. Aliquando vero illius veri conſideratio h3 in ſe dignitatem q̃ndam etiam ſi nunq̃ ad opus ordinet: ſicut accidit in conſideratione diuinorum: quorum cognitio dirigit in opere: ⁊ tamen viſio dei eſt vltimus finis operis: ⁊ tũc illa cõſideratio principaliter eſt in intellectu ſpeculatiuo: ⁊ ſecũdario in practico. Cũ ergo fidei obiectũ proprium ſit veritas prima: que in q̃ntum eſt finis operis regulat in opere: fides principaliter erit in intellectu ſpeculatiuo: ⁊ ſecundario in practico: q2 intellectus ſpeculatiu⁹ ⁊ practic⁹ nõ ſunt diuerſe potẽtie: ſ3 differũt fine: vt dr in 2. meta. ⁊ 3. de aia. inq̃tum practicus ordiat ad op⁹ ſpeculatiu⁹ aũt ad veritatis inſpectionẽ tãtũ

Obẽ ſi dei eſt prima vitas.

Ad primũ ergo dõm q fides inclinat ad operãdũ ⁊ fugiendũ: inq̃tum illud verũ qd in ſe cõſiderari poteſt accipitur vt regula operis. ¶ Ad ſcõm dõm q inq̃tum verũ qd fides cõſiderat accipit vt cõueniẽs vel cõtrariũ: ſm hoc fides inducit vel tremorẽ vel ſpẽ vel aliqd h'mõi. ¶ Ad 3m dõm q cõiunctio intellectus ad volunta

tem nõ facit intellectũ practicũ ſ3 ordinatio eius ad opus: q2 voluntas cõis eſt ⁊ ſpeculatiuo ⁊ practico. voluntas enim eſt finis. ſed finis inuenitur in ſpeculatiuo et practico intellectu.

Ad tertiã qõnem dõm q cũ virtus ponat potẽtiã in vltimo q̃tũ ad actum: nõ ſufficit ad rõnem virtutis q potentia per actum ponatur in vltimo q̃tum ad obiectu3: ſed op3 q ponat in vltimo q̃tu3 ad modum agendi: vt ſc3 actus ſit bonus non ſolum ex eo q bonum eſt qd fit: ſed ex eo q bñ fit. ſicut pt3 in virtutib⁹ moralib⁹ bonũ aũt intellectus eſt verũ qd eſt finis ⁊ pfectio eius. vñ nõ ſufficit ad rõnem virtutis intellectualis q per eam cognoſcat verum: ſed oportet q actus quo verum cõſiderat ſit pfectus etiam ex mõ: vt bene qs itelligat. Bene aũt operari intellectũ nõ cõtingit ex hoc q ex bona voluntate eius operatio pcedit: vt dictu3 eſt: ſed ex efficacia intellectus ad obiectũ ppriũ cõſpiciendũ; vel in ſe vel p reſolõnem ad id qd in ſe conſpicitur. Fides autem per actũ ſuum ponit intellectũ in vltimo q̃tu3 ad obiectum: inq̃tum facit aſſentire prime veritati. nõ aũt q̃tũ ad modum ppriũ ipſius intellect⁹: q2 intellectus noſter nõ eſt per fidẽ tãte efficacie vt id qd credit inſpicere per ſe poſſit: vel ad ea que inſpicit reducere ⁊ ideo fides nõ eſt virtus intellectualis.

Reſpõſio ad ſcdam q̃ſtiunculã.

Ad primũ ergo dõm q non ois habitus q h3 p ſubiecto intellectum põt dici virt⁹ intellectualis niſi pficiat intell'm: ⁊ q̃tu3 ad obiectũ: ⁊ q̃tũ ad modũ act⁹. ¶ Ad

scdm, dicendum quod ad principia aliarum scientiarum videnda sufficit lumen intellectus agentis. et ideo habitus illorum principiorum est virtus: sed ad visionem articulorum: neque lumen intellectus agentis sufficit; neque lumen fidei. et ideo non est virtus intellectualis. ¶ Ad tertium dicendum quod hoc quod fides non errat; sed semper verum dicit; non est ex perfecto modo intelligendi: sed magis ex alio quod est extra intellectum .s. ex infallibili ratione que dirigit voluntatem.

¶ Utrum fides sit virtus: et utrum sit habitus.



Ad quartum sic proceditur. videtur quod fides nullo modo sit virtus. nulla enim virtus preter intellectualem habet verum pro obiecto: nec est habitus cognitiuus: sed operatiuus; sed fides est habitus cognitiuus: et habet verum pro obiecto: ergo cum non sit virtus intellectualis videtur quod nullo modo possit dici virtus. ¶ Preterea. credere videtur vniuoce dici secundum quod credimus articulos et secundum quod dicimur aliis credere: sed fides aliorum non est virtus: ergo nec fides articulorum. ¶ Preterea omne quod est contra rationem est vituperabile: quia malum hominis est contra rationem esse vt dicit Diony. 4. ca. de di. no. sed fides cum faciat abnegare rationem: videtur contra rationem esse: ergo credere est vituperabile: ergo fides non est virtus. ¶ Preterea. sicut per fidem cognoscimus ea que sunt supra rationem: ita et per prophetiam: sed prophetia non est virtus: ergo nec fides. ¶ Preterea. in deo dicuntur esse virtutes exemplares: sed fides non habet exemplar in deo; ergo fides non est virtus. ¶ Sed contra. nihil iustificat nisi virtus sed fides iustificat. Ro. v. Iustificati ergo ex fide: ergo fides est virtus. ¶ Preterea. vita spiritualis est per virtutem. est autem vita spiritualis per fidem vt dicitur Ro. et abbac. i. ergo fides est virtus. ¶ Preterea per virtutes efficimur filii dei. hoc autem fit per fidem. Io. i. dedit eis potestatem etc. ergo fides est virtus.

¶ Utrum fides sit vna virtus. Et vtrum sit vnus habitus.

Ulterius videtur quod fides non sit vna virtus quedam enim articuli fidei sunt de eternis; vt qui pertinent ad trinitatem personarum. quidam vero de temporalibus. sicut que pertinent ad incarnationem christi: sed scientia et sapientia sunt diuersa dona per hoc quod sunt de temporalibus et eternis: ergo fides non est vna virtus. ¶ Preterea. spes et timor differunt per hoc quod spes est de bonis futuris. timor vero de malis sed fides est de vtrisque quia est de suppliciis et premiis: ergo fides non est vna virtus. ¶ Preterea. ad fidem pertinent multa que sunt moralis philosophie sicut fornicationem esse mortale peccatum. Et que sunt naturalis. sicut mundum non esse eternum. Et que sunt philosophie prime: sicut deum habere curam de actibus humanis: ergo videtur quod fides non sit vnus habitus. ¶ Sed contra. Eph. 4. Una fides. ¶ Preterea. sicut prudentia dirigit intentionem in polliticis ita fides in gratuitis vt dicit augustinus. sed prudentia est vna: quamuis in diuersis intentionem dirigat: ergo et fides. Questiuncula.

Respondeo dicendum ad primam questionem quod sicut supra dictum est cum virtutis sit reddere opus bonum; operatio potest dici bona vel formaliter in quantum procedit ex potentia que

moueť in bonū ſm rōnē boni: vel materialiter ſm eſt ꝙ congrua ⁊ cōnaturalis potētie. Et vtroqꝫ modo actus fidei eſt bonus: q2 et cōgruit itellectui inquantū eſt veroꝝ. Et iterū ꝓcedit a volūtate ipetrāte q̄ mouetur i bonū q̄ſi in obiectū. Ex parte aūt intellectus ꝗuis habeat bonitatē rōne obiecti: nō tamen habet perfectionē: q2 deficit modus vt dictum eſt: eo ꝙ nō habeat cōſpicuā veritatem cui adheret: ſed ex pte volūtatꝫ pōt hr̄e pfectionē ĩquātū volūtas pfecta in appetitu boni firmitatem et certitudinēꝫ facit in fide. Et ideo Ber. dicit ꝙ fides eſt voluntaria quedā et certa prelibatio nondum ꝑpalate v̄itatis: vn̄ ptꝫ ꝙ fides eſt virt⁹ non quidēꝫ intellectualis: ſed eo mō quo cōmuniter loq̄mur de virtute que ꝑducit actū bonū ex bonitate voluntatis ꝓcedentē. Nec tn̄ eſt virtus moralis: q2 nō eſt ordiatiua appetit⁹ ſenſibilis vt cōſiſtat circa delectatiões ⁊ triſtitias ⁊ operationes: ſicut circa materiam ⁊ obiectū: ſed eſt virtus theologica: qḋ quidē gen⁹ philoſophi nō cognouerūt.

Fidei act⁹ dr̄ bonus

Ad primū ergo dicendū: ꝙ ꝑma ꝑpoſitio hꝫ veritatē de v̄tutib⁹ quas phi cognouerunt q̄ preter itellectuales nullas v̄tutes niſi morales poſuerūt. ¶ Ad ſecūdū dōm: ꝙ ratio inclināns volūtatēꝫ ad credēdū articulos eſt ipſa veritas ꝑma q̄ eſt infallibilis: ſꝫ rō q̄ inclinat voluntatē ad credendum alia: eſt vel aliqḋ ſignū fallibile vel dictū alicuius ſciētis q̄ et falli et fallere poteſt. vn̄ volūtas nō dat infallibilē veritatē intellectui credenti alia credibilia ſicut dat infallibilē veritatē credenti articl'os fidei: ⁊ ꝓpter hoc hec fides eſt virtus et non alia. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ fides nō eſt contra rationē: ſed ſupra rōnēꝫ. et iō non dr̄ abnegare rationem q̄ſi rationē verā deſtruēs: ſed q̄ſi eaꝫ captiuās in obſequiū xp̄i: vt dicit ap'ls. 1. Coꝛ. 10. ¶ Ad q̄rtum dōm: ꝙ ꝓphetia nullo modo poteſt eſſe virtus neqꝫ intellectualis cū nō ꝑficiať per eā operatio intellectus ſm modū intellectui cōnaturalē: q2 ea q̄ per ꝓphetiā reuelanť: non poſſunt reſolui ad ꝑncipia naturaliter cognita. Neqꝫ eſt virtus theologica: q2 nō habet deū ꝓ obiecto: ſꝫ res tꝑales. Neqꝫ iterū actus intellectus ꝑ prophetiā a voluntate imperať. ¶ Ad quintū dōꝫ: ꝙ fides hꝫ exēplar in deo quantuꝫ ad id qḋ perfectionis in ipſa eſt. ſcꝫ cognitionē et certitudinē: ſed non quantū ad id qḋ eſt imperfectionis. Ex hoc enim non habet rationem virtutis.

Ad ſecundā q̄ſtionē dōm: ꝙ habitus multitudinē et vnitatē habet ex obiecto: obiectū aūt fidei eſt veritas ꝑma; que eſt ſimplex ⁊ iuariabil'. Et iō in fide iuenitur duplex vnitas. Ex hoc eñ ꝙ vnū et ſimplex eſt cui fides innititur habitus fidei in habente non diuidiť in plures habit⁹. Ex hoc aūt ꝙ veritas eſt: habet potentiā vniendi diuerſos habentes fidē in ſĩl'itudinē vni⁹ fidei que attenditur ſm idem creditum: quia ſicut dicit Dionyſi⁹ 7. ca. de diui. no. veritas habet vim colligēdi et vniēdi. E cōtrario error et igrantia diuiſa ſūt.

Rn̄ſio ad q̄ſtionē.

vnitas duplex in fide.

Ad primum

Ad primū ergo dōz: q fides non ē de aliquo tpali. sicut de obiecto sed inq̄ptū pertinet ad veritatē eternā quē est obiectuz fidei: sic cadit sub fide: sicut fides credit passionē inquātū deus passus ē. ¶ Ad scōm dōm q spes & timor ad effectum ptinēt cui9 pprium obiectum est bonum et malum: inquātū hmōi & iō diuersificant fm ōnām boni et mali: sed bonū et malū nō differūt in rōne veri. Et iō fides cuius obiectū est verū non distinguitur ex hoc q aliquo modo est de bonis & malis. ¶ Ad tertiū dōm q fides considerat oīa illa diuersa sub vna rō nō scz fm q innituntur veritati prime. et ideo fides nō diuersificatur penes ea: quāuis sint diuerse scientie de eis. que ea considerant rationibus proprijs q̄ diuerse sunt.

¶ Utrum fides sit prior alijs virtutibus.



D quintū sic pcedi. videt q fides nō sit prior alijs virtutib9. oēs eñi virtutes simul infundunt. sz eorū q̄ sunt simul. vnū nō est post alterz: ergo fides nō est prior alijs virtutibus. ¶ Preterea fundamētū ē prima ps edificij: sz sup illud Luce. 11. Dico vobis amicis meis ne terreamini. dicit glo. Fortitudo est fundamētū fidei. Et Bern. dicit q in humilitate fundāt alie virtutes. Et silr timor videt eē fundamētū: qz dr. Initiū sapientie timor dñi. ergo videt q fides non sit pma. ¶ Preterea ṽtutes theologice vt prius dictuz est ad hoc sunt vt fiat quedā hominis ordinatio ad finem: sed spes & charitas ppinqniores sunt fini q̄z fides: qz habēt finē p obiecto sub rōne finis. ergo fide priores sunt ¶ Preterea sup psal. Noli emulari &c. dicit glo. q spes introducit ad fidē. ergo spes est prior fide ¶ Preterea fm ordinē potētiaruz est ordo habituū: sed fides est in intellectu fm q est motus a volūtate vt pz ex pdictis: cū ergo charitas sit in voluntate: videt q charitas sit prior fide et sic fides non est prima. ¶ Preterea. fides est principiū i intellectu speculatiuo: sed speculatiua vita sequitur actiuā: qz nullus peruenit ad cōtemplatiue ocium nisi prius depuretur mens per exercitium actiue. ergo virtutes morales q̄ pertinent ad vitā actiuā sunt priores fide. ¶ Sz q cognitio pcedit affectionē: qz nihil diligitur nisi cognitū: vt dicit Augu. sed fides est in cognitione cetere autē virtutes in affectiōe cōsistunt. ergo fides alijs prior est. ¶ Preterea in olb9 virtutib9 requiritur recta intētio sz fides intētionē dirigit vt dicit Aug. g fides est añ alias ṽtutes. ¶ Preterea p oēs virtutes hō accedit ad deū sed accedentē ad deū oz credere vt dicitur Heb. 11. ergo fides est añ alias virtutes.

Respōdeo dōm q aliqd pōt dici pri9 altero & tpe et natura: tpe qdē oēs ṽtutes sunt simul: qz silr diuinitus infundūtur. sz fm nāz ordo ṽtutū pensand9 est ex actibus sicut et ordo potētiarū q̄ silr in aīa concreantur. Actus autez fidei consistit in cognitione veri quā psupponit affectio boni q̄ Duplex p oritas distinguit.

exigit in oib⁹ aliis ꝟtutib⁹. Et sic fides q̄tū ad id q̄ fidei ē ꝑor est oib⁹ aliis ꝟtutib⁹ ſm naturam.

Ad primū ḡ dōm q̄d obiectio illa ꝓcedit de ordine tēporis.

¶ Ad scōm d. cēdū q̄ fundamētū dr in spūalib⁹ metaphorice ad siſitudinē fundamēti mālis: pōt aūt ista siſitudo attēdi q̄tū ad duo. s. q̄tū ad ordinē: q̄r fundamētū ꝑcedit alias ptes. Et ēt q̄tū ad virtutē fundamēti: quia fundamētum totū edificiū sustē tat. quorū vtrūq̄ p̄ siſitudinem in fidē inuenit: q̄r ipa in oibus aliis naturaliter ꝑor est: ⁊ alie in ipa firmant: q̄r sine ipsa ipossibile est placere deo'. Heb. 11. Fortitudo aūt dicit fundamentū q̄tū ad alterū: in q̄tū. s. spūale edificiū ꝯ aduersa firmū reddit. hūilitas cōtra ꝓspera que sunt occasio culpe. Sed timor cōtra ipsam culpā: q̄r timor dñi expellit pctm̄. Eccl. ꝑmo timor precedit alia q̄ ad affectionem ꝑtinēt cū ad charitatē introducat: vt dicit Augusti. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ spes ⁊ charitas sūt ꝓpinquiores fini q̄tū ad consecutionē: quia charitas quodā modo attingit finē. vñ ex hoc nō habēt q̄ sint ſm naturā prius fide: sed cōsequūtur eā. q̄r eis finē ostēdit. ¶ Ad quartū dōm q̄ sicut finis est prior in intētione: et posterior in esse: ita quato aliquid est ꝓpinquius fini est pri⁹ in ꝓposito. q̄uis sit posteri⁹ in esse vel tpe vel natura: ⁊ iō, spes ſm q̄ magis propinquat ad cōsecutionem finis q̄ fides ꝑcedit fidē in ꝓposito: sꝫ nō in esse Et ſm hoc dicit spes introducere ad fidez: non que iam sit: sed

Spēs q̄uo dr̄ deus.

que ꝓponitur futura. sicut cum alicui ꝓponūtur eterna bona. primo vult ea. scdo vult eis inherere per amorē: ⁊ tertio vult sperare ea. ⁊ quarto vult credere ea vt credēs possit iā sperare ⁊ amare et hr̄e. vñ i eēndo fides ꝑor est. ¶ Ad quintū dōm q̄ q̄uis fides ꝑsupponat volūtatem nō tn̄ ꝑsupponit volūtatem iam amātē: sꝫ amare intēdētē in q̄tū est fides: q̄r non pōt affectus in aliquo firmari p̄ amorē in quo intellectus nō est firmat⁹ p̄ assensū sicut ēt nō pōt tendere in aliq̄d p̄ desideriū: q̄d pri⁹ itell's nō apꝑhendit. vñ iste ē nālis ordo actuū: q̄ prius apꝑhēdit de⁹: q̄d p̄tinet ad cognitionē ꝑcedentē fidē: deinde aliq̄s vult ad eū peruenire: deinde amare vult: ⁊ sic deinceps vt dictum est prius. ¶ Ad sextū dōm q̄ fides nō pertinet tātū ad vitā cōtēplatiuam immo est principiū ⁊ actiue ⁊ cōtēplatiue: in q̄tū ostendit finem vtriusq̄. ¶ Questio. III.



De fide q̄rit de formatiōe fidei: ⁊ circa hoc querunt q̄tuor. primo vtrū fides per charitatem formet. scdo vtrū fides i formis sit donū di. tertio vtrū sit i demonibus. quarto vtrum remaneat charitate aduenlente.

¶ Utrū fides formet p̄ charitatē



Ad primū sic ꝓcedit. vr̄ q̄ fides non formet p̄ charitatez Forme em̄ est ꝑcedere: cū sit ꝑn-

cipium rei: sȝ charitas est posterior fide vt dictū est: ergo fides non formatur per charitatem.
¶ Preterea omnis res habet speciem a propria forma: sȝ fides ꝯ sȝ suam speciem differt a charitate. ergo charitas non est forma fidei. ¶ Preterea vnius rei non sunt diuerse forme. sȝ fides formatur per gratiam: ergo nō formatur per charitatem.

Sed contra fides sine charitate nō potest elicere actuȝ meritorium: quem charitate veniente elicit: ergo charitas dat fidei aliquam vim: et ita videtur eaȝ aliquo modo formare. ¶ Preterea forma rei est decor eius. sed fides fit decora vt deus eam acceptet per charitatē. ergo charitas format fideȝ.

¶ Utrum fides informis sit virtus.

1ª questiūcula. **Alterius** videtur ꝙ fides informis sit virtus: quia dicit augustinus in libro de vera innocentia ꝙ cetere virtutes preter charitatem possunt inesse bonis et malis. ergo fides ꝯm qđ est virtus pōt esse in malis: sed fides que est in malis est informis: ergo fides informis est virtꝰ. ¶ Preterea virtus ē circa difficilia. ꝛ ex hoc hȝ laudē vt dicit phūs: sȝ difficillimū est credere articulos fidei. vñ August. dicit: ꝛ habetꝛ i seq. dis. ꝙ laus fidei est credere que nō vides: ergo videtꝛ ꝙ fides informis que vēs articulos credit sit virtꝰ. ¶ Preterea nihil opponitꝛ vitio nisi sit virtus aut vitium: sȝ infidelitatis vitio opponitꝛ fides informis: cū ergo fides īformis non sit vitium, videtꝛ ꝙ sit ꝟtus.

¶ Sȝ contra: fides informis est mortua vt dicitur Iac. i. sed nihil mortuum habet rationē virtutis. ergo fides informis non est virtus. ¶ Preterea virtute nullus male vtitur vt dicit Augustinꝰ sed fide informi aliquis male vtitur. ergo fides īformis non est virtus.

¶ Utrum fides formata ꝛ informis differant specie.

2ª questiūcula. **Alterius** vr̄ qđ fides formata ꝛ informis differant specie: qꝛ dicit phs. v. metha. quecūq; differūt genere differūt ꝛ spē. sȝ fides formata et informis differūt genere. quia fides formata est virtus non aūt fides informis. ergo fides formata ꝛ informis differūt spē. ¶ Preterea spēs rei ē de forma sua: sed fidei forma est charitas: ergo fides informis non ē illiꝰ spēi cuius est fides formata. ¶ Preterea eiusdē forme ꝯ spēm est idē actꝰ ꝯm spēm: sȝ fidei formate actꝰ est credere in deū non aūt fidei informis: ergo fides formata et informis differunt spē. ¶ Sed cōtra habitꝰ diuersificātur ex actibꝰ ꝛ obiectis: sȝ fides informis et formata nō differūt q̄ntū ad obiectum propriū fidei quod est veritas vna ergo fides formata et informis nō differūt spetie. ¶ Preterea illud qđ ē extra essentiā rei nō variat spēm: sicut lumē adueniēs aeri in corpe lucenti: sȝ charitas est habitꝰ separatus a fide per essentiam ꝙ fides formata charitate non differt specie a fide informi.

Respondeo dicēduȝ ad primā questionē ꝙ in agentibus ordinatis fines agentiū scdoꝝ ordinatꝛ ad

finē agentis primi: sicut totū vniuersum ordinat ad bonū qđ est deus: vt dicit phs in. 11. Metha. sicut exercitus ad bonum ducis et ideo actio pmi agētis ē ꝛ pōr et posterior: prior in mouēdo: qꝛ actiones oim scđoꝝ agentiū fundantur sup actionē primi agentis: q̄ cum sit vna cōiter oēs firmans: specificatur eius effectus in hoc et in illo ſm exigentiā illius: sicut vno precepto ducis ꝓcipiētis bellū vnꝰ accipit gladiū alius parat equū: ꝛ sic de alijs. Est autē posterior in vtēdo alioꝝ actibus ad finē ꝓpriū: ꝛ sic oēs actiones alioꝝ agentiū modificant per actionē primi agentis. Cū ergo in virib' aīe voluntas habeat locū primi motoris actus ei' est prior quodāmodo actibus aliarū virtū: inq̄ntū imperat eos ſm intentionē finis vltimi: ꝛ vtit eis in cōsecutiōe eiusdem. Et ideo vires mote a volūtate duo ab ea recipiunt: primo formā aliquā ipsius ſm qđ omne mouēs ꝛ agens imprimit suā similitudinē in motis ꝛ patiētib' ab eo hec aūt forma. vel est ſm formam ipsius voluntatis ſʒ ꝙ oēs vires mote a volūtate libertatem ab ea paraticipant vel est ſm habitū perficientem voluntatem qui est charitas. et sic omnes habitus qui sunt in viribus motis a voluntate charitate ꝑfecta participāt formam charitatis. hec tamē forma quā a volūtate vires mote ꝑticipāt est oībus cōis. vñ ꝓter eā hītus. q̄ sunt ꝑfectiōes earū habēt spāles formas ſm ꝙ cōgruit potētie quaʒ perficiūt ꝑ cōparationē ad actꝰ obiecta. Scđo recipiunt a volūtate consumationem in fine: ꝛ sic charitas dicitur finis aliarū virtutum: inquātū ꝑ eā fini vltimo coniūgantur. Quia ergo fides vt dictum est: est in intellectu ſm ꝙ mouetur a voluntate: ideo per charitatem que est perfectio voluntatis formatur forma cōmuni sibi et alijs virtutibus: tamē preter eā hʒ formam specialē ex rōne ꝓprij obiecti et potētie in qua est: ꝛ silr cōsummationē ꝑ charitatē recipit.

Reso= lutio meta= physi calis.

Ad primū ergo dicendū ꝙ fides simplr charitatē precedit: qꝛ velle qđ ad fidē exigit sine charitate esse potest. sed fides formata charitatem sequitur. ¶ Ad secūdum dōm ꝙ oēs virtutes cōueniunt in fine. vnde earū actꝰ nō differūt ſm modū illū quē recipiūt ex ordine ad finē. quē modum dat eis charitas: sed scđm modū quē habēt ex natura potētie et obiecto proprio: ꝛ ideo ſʒ hāc ēt formā distinguitur a charitate fides: et ſm hanc non formatur ab ea. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ fides formaī a gr̄a mediāte charitate: qꝛ inq̄ntū actꝰ fidei est ex charitate ſm hoc est deo acceptus.

Ad secūdā q̄ōnē dōm ꝙ virtutis est facere actū perfectū: Actꝰ autē potētie mote ab alia potētia nō pōt esse perfectus: nisi ꝛ superior potētia sit ꝑfecta ꝑ habituʒ vt nō deficiat in dirigendo vel mouēdo: et inferior vt non deficiat in exequēdo. sicut pʒ in actu cōcupiscibilis: qui ad hoc qꝰ sit ꝑfectus reqritur ꝙ cōcupiscibilis sit perfecta per habitū tēperantie: et rō per habitū prudētie: ꝙ si desit prudentia in ratione ꝙ

Rnsio ad 1ᵃʒ q̄stiunculaʒ.

sticëq sit dispositio in cõcupiscibili ad actũ tẽperantie virtutis rationẽ non habebit vt dicit phs in. 6. eth. Quia ergo credere est actus intellectus fm q est motus a voluntate ad hoc qđ iste actus perfectus sit: opz q intellectus perfectus sit p lumẽ fidei: et voluntas sit perfecta p habitum charitatis: et ideo informis fides non habet actum pfectum et ideo nõ potest esse virtus.

Ad primũ ergo dđz q Aug. large accipit nomen virtutis p quacũq dispõne inclinãte ad actũ quo bonũ agitur. ¶ Ad scđm dđz q ad hoc q sit virtus non solũ opz q hõ faciat ea q̃ sunt virtutis: vt q faciat iusta vel fortia: sed qđ faciat eo modo quo ꝟtuosus facit: quis etiã aliquo mõ ex hoc q facit ea q̃ virtutis sunt laudari possit hic aũt modus vt ex dictis patz deficit in actu fidei informis et ideo nõ est virt⁹. ¶ Ad tertiũ dđm q etiã dispositio ad virtutẽ opponitur vitio. vñ non opz q fides informis q̃ infidelitati opponit sit virtus.

Rñsio ad 2ᵃᵐ q̃stiunculam

Ad tertiã qõnẽ dđm q dñia hitus pensanda est ex actib⁹. Contingit aũt aliquos actus dupl'r cõsiderari: vel fm speciẽ nature: vel fm speciem moris. ⁊ quandoq cõueniunt fm speciẽ q̃tũ ad vnũ dictorũ: et differunt fm aliud. sicut occidere nocentem et innocentem non differunt fz speciẽ nature: sed fm spẽm moris: quia vnum est actus vitij. s. homicidij: alterum actus virtutis siue iustitie. sed occidere latronem et liberare innocentem sunt actus diuersi fm speciem nature: et cõueniũt fm speciem moris. quia sunt actus iustitie. Si ergo actus fidei formate et informis considerentur fm speciẽ nature sic sunt idem specie: q2 spẽm naturalẽ habet act⁹ ex subiecto ꝓprio. Si aũt considerent fm esse moris: tunc differunt fz completum et incõpletum in eadem specie: sicut actus quo q̃s facit iusta non vt iustus et quo facit iusta vt iustus. Et similiter fides formata et informis. in specie nature sunt penitus idem: sz in specie moris differunt nõ quasi in diuersis speciebus existentes: sed sicut perfectum et imperfectum in eadem specie sicut dispositio et habitus virtutis.

Ad primum g dđm q virt⁹ est gen⁹ fidei scđm esse moris a quo tamẽ non penit⁹ fides informis est aliena. sed est sicut imperfectum in illo genere. ¶ Ad 2ᵐ dicendũz q a forma quã habet virtus ex rõne potentie et obiecti proprij habet speciem nature: sed speciẽ moris habet a forma quam habet a potentia mouente ⁊ dirigente: et ideo nõ sequitur q differant specie nisi sicut dctũ ẽ. ¶ Ad 3ᵐ dđz q sič supra dictũ est p illa tria vn⁹ numero actus designatur q̃tũ ad diuersa. vñ aliq̃d est in actu fidei formate qđ non in actu fidei informis: nõ tñ est penitus alius.

Spẽs náe spẽs a mou

¶ Utrũ fides informis sit donũ dei: vel habit⁹ acq̃situs.



D scđm si pcedítur. videt q fides informis nõ sit donuz dei. sed habitus acq̃situs. August. enim dicit qđ per

scientiam fides acqritur nutrit et defendit: sed nullus habitus acquisitus per scientiã aliquã est donũ dei. quasi habitus infusus ergo fides informis nõ est habitus infusus. ¶ Preterea Ro. x. dr ꝙ fides ex auditu est. Et Johã. xx. dicit Thome: quia vidisti me credidisti. Et Joh. 4. voca virũ tuũ. glo. intellectũ ad credẽdum Et Aug. dicit qđ nullus credit nisi volens. Ex quibus oĩbus habetur ꝙ fides est ex aliquo qđ in nobis est: sed omne tale est habitus acquisitus. ergo fides est habitus acquisitus. ¶ Preterea phi crediderunt deum oĩpotentem sed nõ habuerũt habitum infusum. ergo fides nõ est habitus ĩfusus ¶ Preterea habitus ꝑ seipm est sufficiẽs ad monẽdũ potẽtiã ĩ actũ sed in actũ fidei hõ fidelis nõ ĩpt nisi instruat. ergo fides est hitus acqsitus. ¶ Preterea dei pfecta sũt opa. Deut. 32. sed fides informis est quid imꝑfectũ: ergo nõ est a deo. ¶ Preterea actio pcti non dicitur esse a deo ꝓpter deformitatem quã habet annexam: que a deo non est: sed ex hoc ipso qđ fides informis est habet quandam deformitatem: ergo fides informis non est a deo. ¶ Sed cõtra. prima Corin. 13. Si habuero omnẽ fidẽ: dicit glo. ꝙ fides que est sine charitate donũ dei est: quia etiã in malis sunt multa dona dei. ergo informis fides est a deo infusa. ¶ Preterea nullus potest in his que sunt supra naturaꝫ nisi ꝑ aliqđ diuinitus datum: sed aliquis habẽs fidẽ ĩformem assentit his que sunt supra naturã ergo opꝫ ꝙ hoc fiat per aliqđ diuinitus infusum. ¶ Preterea altiora sunt ea de quibus est fides quam ea de quibus est prophetia: sed prophetia nõ potest esse sine lumine infuso: sicut in bonis similiter in malis. ergo multo minus fides.

Respõdeo dĩcẽm ꝙ sicut supra dictum est habitus ad hoc sunt necessarij vt potentie que ꝑ naturam non sunt determiate ad actũ pfectũ determinentur per habitũ. Contingit autem quãdoqꝫ ꝙ ĩferior potentia non ẽ determinata ad actũ illũ pfectũ: sed superior potẽtia determinat ad ipꝫ: sicut cõcupiscibilis non est determinata ad tenendum medium in delectatione ex propria natura: sꝫ rõ determinatur per naturam suã ad illud: ꝛ ideo habitus tẽperãtie acqrit in concupiscibili ex vi superioris potẽtie. Nulla ãt potẽtia ẽm suã naturã determinatur ad alia q̃ sunt supra nãm rõnis nr̃e quorũ est fides: et iõ ad hũc actũ ĩ digemus habitu q̃ nõ ẽ acqsitus q̃ qdẽ in duobus nos adiuuat. In hoc. s. ꝙ itellꝫ fac facilẽ ad credẽda. credẽdaꝫ duritiẽ et discretũ ad refutãdũ non credẽda cõtra errorem.

Ad primum ergo dicendũ ꝙ habitus infusus similis est habitui innato: quia sicut naturaꝫ lis habitus datur in creationeꝫ ita infusus in reparatione: naturalis autem habitus sicut intellectus principiorum indigetꝫ vt cognitio determinetur per sensum quo acquisitus non indiget. quia dum acquiritur per actum determinationeꝫ recipitꝫ Et similiter opꝫ ꝙ fidei habitus determinationem recipiat ex parte nostra. Et quantuꝫ ad

Similitudo ẽ inter habitus ĩfusos et innatos.

istam determinationem dicitur fides acquiri per scientiã theologie que articulos distinguit. sicut habitus principiorum dicit acquiri per sensum quantum ad distinctionẽ principiorũ: non quantum ad lumen quo principia cognoscuntur. ¶ Ad scdm dicendum: q in fide quattuor considerãtur. s. ipsum qd credendum est. Ratio voluntatẽ determinãs ad credẽdum. Voluntas intellectũ imperans. Intellectus exequens. Et sm hoc fides quantũ ad eius determinationem et quantum ad eius actũ qui in nobis est: quãuis habit⁹ sit infusus dicitur esse ex quattuor que i nobis sunt: quia quantum ad ipsum credendum dicit esse ex auditu: q determinatio credendorũ fit in nobis p locutionẽ interiorẽ: qua de⁹ in nobis loquitur: vel vocẽ exteriorẽ. Quantum vero ad rationẽ que inducit voluntatẽ ad credenduz dicit esse ex visione alicuius: qd ostẽdit deũ esse qui loquit in eo qui fidẽ annũciat. quantũ vero ad iperiũ volũtatis dr fides esse ex volũtate quãtũ aũt ad executionẽ itellcs dr eẽ act⁹ fidei ex itellectu ¶ Ad tertiũ dcdz: q phi pprie loquendo non crediderũt deũ omnipotentẽ sed sciuerũt: q demõstratiue illud pbauerũt: sz si alii qui illud sine demõstratione crediderũt: nõ crediderunt illud qsi deo dicenti hoc: sz alicui signo ex quo illud coniecturati sunt.

quattuor in fide

¶ Ad quartuz dcdm: q nõ potest habitus infusus fidei in actum exire nisi fides determinetur: vl a deo per reuelationẽ: vl ab homine p doctrinã. et simile est de habitu pncipiorum. ¶ Ad quintuz dcdm: q pfectio diuinorum operuz est ex ipso: sed q sit in eis aliqua imperfectio hoc accidit ex parte recipientis. ¶ Ad sextum dicẽdum: q in actu peccati non solũ est defectus debite circũstantie: sed est ibi positio indebite. et io non tantũ est imperfectus: sz est etiam malus. et io pctm non dr a deo esse: sed in actu fidei informis est defect⁹ alicui⁹ qd debet esse: nõ aũt est ibi positio alicui⁹ qd esse non debeat. et ideo act⁹ ille est imperfectus: nõ aũt malus: et propter hoc a deo est act⁹ non autem defectus.

¶ Utrum fides informis sit in demonibus.



Ad tertiuz sic pcedit. Videt q fides informis nõ sit in demonibus. visio enim fidei est in speculo et in enigmate. vt dicitur pme Corinthiorum. 13. sz in enigmagtica et specularis cognitio est in nobis ex hoc q p sensuz naturalr cognitionẽ accipim⁹ qd nõ est i demonibus. ergo in eis nõ pot esse fides informis. ¶ Preterea fides informis est donũ gratuitũ vt dictum est: sz post pctm angelo nõ est infusuz aliqd donũ gratuitũ Ante aũt in eis fides nõ erat: sz visio. ergo non hñt fidẽ informẽ ¶ Preterea act⁹ fidei ex volũtate est. sz nullus act⁹ demonũ ex volũtate deliberata pcedẽs bon⁹ est: vt i. 2. li. dis. 7. dictũ est. g cũ act⁹ fidei iformis sit bon⁹ vr q nõ habeãt fidẽ iformẽ. ¶ Sz 9. Jac. 1. Demones credũt et cõtremiscũt ¶ Preterea. Ro. 1. sup illd. Ex fide in fidẽ: dicit glo. Fides iformis demonũ est. ¶ Utrũ in hereticis maneat fides informis.

prima questiuncula.

Ulterius videtur quod in hereticis maneat fides informis: ipsi enim credunt deum trinum et vnum: et deum factum hominem: sed hec sunt supra naturam: cum ergo ea que sunt supra naturam non possunt credi sine habitu fidei infuso videtur quod in eis maneat fides infusa. ¶ Preterea in scientijs ita est quod qui obliuiscitur vnum scibilium quod pertinet ad vnam scientiam adhuc manet habitus quantum ad alia scibilia: sed fides est habitus articulorum: ergo si aliquis hereticus discredit vnum articulum adhuc manet fides in eo quantum ad alium articulum. ¶ Preterea fides informis est principium timoris seruilis que est in demonibus vel hereticis: ergo fides informis est in eis. ¶ Sed contra omnis habitus infusus expellitur per actum contrarium: sicut patet inducendo in alijs: sed hereticus habet actum oppositum fidei: ergo habitus fidei in eo non manet. ¶ Preterea esset simul fidelis et infidelis: quod est impossibile

Respondeo dicendum: quod primam questionem quod de ratione fidei est quod credens assentiat aliquibus que non videt nec secundum se: nec resoluere ea potest ad ea que videt: sed inclinatur ad credendum ex aliqua ratione: que sufficit ad determinandum assensum in id quod creditur: quamuis non sufficiat ad inducendum ad visionem eius quod creditur. Ratio autem hec inducens ad credendum potest sumi vel ex aliquo creato: sicut quando per aliquod signum inducimur ad aliquod credendum: vel de deo vel de alijs rebus: vel sumitur ab ipsa veritate increata sicut credimus aliqua que nobis diuinitus dicta sunt per ministros. Et

Ro inducens ad credendum notatur.

primo modo dicta fides cogit intellectum ad credendum per hoc quod non apparet aliquid contrarium. sed secundo modo intellectus non cogitur: sed ex voluntate inclinatur. Et primo modo est fides in demonibus inquantum ex ipsa naturali cognitione simul et ex miraculis que vident supra naturam esse multo subtilius quam nos coguntur ad credendum ea que naturalem ipsorum cognitionem excedunt. Non autem secundo modo.

Ad primum ergo dicendum: quod quamuis in intellectu demonis non sit obscuritas que est in nobis ex sensu est, tamen obscuritas alia: per hoc quod possunt per cognitionem naturalem ad visionem veritatis pertingere: quam credere per aliqua signa compelluntur. ¶ Ad secundum dicendum: quod fides que est in eis non est habitus infusus: sed ex naturali cognitione procedit. ¶ Ad tertium dicendum: quod in eis intellectus cogitur ad assentiendum. vnde non omnino ex libera voluntate procedit.

Ad secundam questionem dicendum: quod sicut supra dictum est: fidei habitus infusus in duobus nos adiuuat. scilicet vt credamus que credenda sunt: et vt eis que non sunt credenda nullo modo assentiamus. primum autem homo potest ex ipsa estimatione sine habitu infuso: sed secundum. scilicet vt discrete in hec et non in illa inclinetur est ex habitu infuso tantum: que quidem discretio est secundum quam non credimus omni spiritui. Que quia in heretico non est: constat quod habitus fidei in ipso non manet. Et si aliqua credenda credat hoc est ex ratione humana. si enim habitu fidei ad hec credenda inclinaretur: contraria fidei refutaret: sicut omnis habitus remittitur eis que contra illum habitum sunt

Ratio ad questiunculam.

Ad primū ergo dōm: q̄ q̄uis heretici credant aliqd qđ est supra nām: non tamē credūt illud p habitu3 infusum q̄ dirigant: sʒ per estimationē hūanā. ¶ Ad scđm dōm q̄ habitus scie inclinat ad scibilia per modū rationis. et iō potest hñs habitū scie aliq̄ ignorare q̄ ad illū habitū ptinēt: sed habitus fidei cū non rōni innitat inclinat per modu3 nature sicut & habitus moralū virtutū: & sic habit⁹ pnciplor. et iō q̄diu manet nihil cōtra fidē credit. ¶ Ad tertiū dōm: q̄ ex illa estimatione hūana etiā in eis timor seruilis causatur sicut in demonibus.

¶ Utrū fides informis euacuet aduenlente charitate.



Ad quartū sic pcedit. videtur q̄ fides informis euacuetur charitate adueniēte. 1. Cor. 13. Cum venerit qđ perfectū est euacuabit qđ ex pte est: sicut veniēte visione euacuabit fides: sʒ fides iformis est imperfecta respectu fidei formate ergo fides informis tollit adueniēte formata. ¶ Preterea fides informis est pncipiū timoris fuilis: sed adueniēte charitate tollitur: timor fuilis: ergo & fides informis. ¶ Preterea gr̄a adueniēs nō hʒ minorē efficaciā in fideli q̄ in infideli: sʒ in ifideli totū fidei habitū causat: ergo et in fideli q̄ habet fidē formatā: sʒ fides formata & informis sunt vnius speciei: vt ptʒ ex dictis: ergo cū due forme vnius speciei non possunt simul esse in eode3 subiecto opʒ q̄ adueniente charitate & gratia fides informis tollat. ¶ Sed cōtra. dona infusa sunt pmanētiora q̄ acqsita: sʒ gratia adueniēs nō tollit habit⁹ acquisitos: ergo multo min⁹ tollit habitū ifusu3 fidei. ¶ Preterea nihil corrūpit nisi a suo cōtrario: sʒ fides informis nō contrariat gratie: qr habitus boni nō sunt cōtrarij adinuicem: sʒ solū mali seu bon⁹ malo: ergo fides informis nō tollit p̄m habitū adueniēte charitate.

¶ Utru3 maneat fides informis adueniente charitate, quantum ad actum.

Ulterius videt q̄ etiā si māeat q̄tum ad habitū q̄ nō maneat q̄tum ad actū. per actum eni fidei informis et si aliquid fiat qđ est bonū: nō tamē aliqd bene; sed p actū fidei formate aliqđ bene fit ergo fides informis non manet quantū ad actū suū adueniente charitate. ¶ Preterea lumen minus non illuminat p̄sente maiore lumine: sʒ fides informis ē minus lumen q̄ charitas: ergo p̄sente charitate actus fidei informis nō manet. ¶ Preterea vnus quisq̄ virtuosus operat quanto melius potest: sicut & natura: sʒ actus fidei formate quā virtuosus hñs charitatē exercet melior est actu fidei iformis: ergo in eo actus fidei informis vacat sicut ille qui potest aliquid per sillogismū demonstratiuū cognoscere non curat per sillogismū dialeticum illud considerare. ¶ Sʒ contra. in moralibus multo minus est aliquid frustra q̄ in naturalibus: & precipue quantum ad habitus infusos: sed habitus sine actu frustra est; cum act⁹ sit finis eius sicut & potentie: ergo non est habitus fidei sine actu.

Primus q̄stiuncula.

¶ Preterea actus fidei informis est credere deo vel deum: sed hec manet adueniente charitate: ergo actus fidei informis non euacuatur.

¶ Utrum fides informis possit fieri formata.

Ad primuz sic pcedit: et exponit diffinitio Ricard. de sanc. vict. q talis est: Articulus est indiuisibilis veritas de deo artans nos ad credendum. videtur autem q sit incompetens: qr indiuisibilis veritas est veritas incōplexi: sz fides est de cōplexis: vt supra dictum est: ergo articulus fidei nō est indiuisibilis veritas. ¶ preterea inter articulos fidei ponunt aliqua q nō ptinent ad deū sicut ad cāz sicut carnis resurrectio: sed hoc non sufficit ad hoc q dicat veritas esse de deo: qr sic ois veritas a deo est: nō tn ois veritas ad articuluz fidei ptinet. ergo videt q incōuenienter dicat vitas de deo. ¶ preterea. artatio necessitatez importat: sed fides volūtaria est: qr nullus credit nisi volēs: vt dis

cit Aug. ergo male dicit q est ar
tans ad credēdū. Itē ponit alia
diffinitio Isido. Articulus est p=
ceptio diuine veritatis tendens
in ipsam: qr perceptio diuine veri
tatis est etiā p rōnem naturalez
sicut q scim⁹ deū esse: tñ de hoc
nō est articulus: ergo male diffi=
nit articuluz. ¶ Item obijcit de
diffinitiōe Hug. de sanc. vic. Arti
culus est natura cū grā: qr arti=
culus est res credita: sz natura
cū grā est credēs: g cū credēs nō
sit creditū: articul⁹ male diffinit.
¶ Utruz articulus possit dici for
matus vel informis

1ª questiuncula.

Alterius videt q arti
cul⁹ possit di
ci formatus & informis. obiectuz
eñ pportionat habitui. sz fidei
obiectū est articul⁹: cū ergo fides
sit formata & informis videt q ēt
articuli. ¶ Pretea. tēdere in deuz
est actus fidei formate. sz articuli
est tēdere in deū: vt ptz p alterā
diffinitionū assignatar ergo arti
culus pōt esse informis & format⁹
¶ Preterea vnus articul⁹ est. Cre
do in deuz: sz hic est actus fidei
formate: ergo articul⁹ est ēt for=
matus & informis. ¶ Sz cōtra in
articulis fidei nō differt pctōr &
iustus. differt aūt sz formationē
& informitatem: ergo formatio &
informitas nō ptinent ad articu
los. ¶ Preterea. mutare articu=
los non est in potestate hominis
inqtum ex pctō causat: g infor=
mitas nō ?siderat circa articulū.
¶ Utrum articuli debuerint col
ligi in symbolo.

2ª questiuncula.

Alterius videt q arti
culi nō dbue
runt colligi in symbolo: qr tota
fides sufficiēter p sacrā scripturā
istruit: ergo supfluuz fuit symbo
los cōdere. ¶ Preterea. simbolū
pponit vt regula fidei cuius act⁹
est assentire: sz sicut dicit aug. in
epistola ad Iero. solis aplis & p
phetis est hic honor exhibēd⁹ vt
qcunqz dixerūt hoc ipa vera esse
credant: g post simbolū aplorū
nō debuerunt alia simbola fieri.
¶ Pretea. qrit qre simbolū aplo
rum & nicenū diuidit in tres ptes
sz tres psonas simbolū aūt atha
na. sm diuinitatē in humanitatē
partit. ¶ Preterea. querit quare
simbolū aplorū dr submisse in p̄s
ma & cōpletorio. alia vero duo al
te vnum post euangelium; atle=
rum in prima.

Respondeo dōm ad Articu
pmā qō li rō ex
nē q articul⁹ nomē grecū est & im plicat
portat indiuisionez: vñ mēbra q
nō diuidunt in alia mēbra dicū
tur articuli. Et sm istū modū cō
clusiōes q inqrunt in aliq scia vl
aliquo tractatu dicunt articuli:
qr ex eis sicut ex qbusdam pnci
pijs indiuisibilibus cōsurgit col
lectio q tractatū pficit. Et sic in
indicijs ea que p testes pbata
sunt vel pbāda dicunt articuli.
Fides aūt nō inqrit sz supponit
ea q sunt fidei ex testimonio dei
ea dicētis. vñ illō qō hz spālem
difficultatē in fide; & cui⁹ suppo
sitū nō depēdet ab alio supposi
to proprie dr articulus fidei. Et
iō in diffinitiōe pdicta Ricah. se
cutus est & pprietatem nominis
dicēs q est indiuisibilis veritas
et ethimologiaz sm q sonat in
lingua latina dicēs q artat nos
ad credendum.

Ad primū ergo dōz q
in icōplexis
p se loquendo nō est veritas nisi
equoce. vñ indiuisibile intelligē=

dum est nõ simplr: sȝ in genere cõplexoꝝ. ¶ Ad 2m dõȝ ꝙ articu li fidei dñr eẽ õ deo aut qꝛ ꝑtinẽt ad diuiaȝ nãm aut qꝛ ad ꝑsonã siue rõne sui siue rõe nãe assum̃pte: aut effectus ꝓprius eius qui nõ põt fieri aliqua virtute creata nec ꝑcipiẽ rõne humana ꝛ iõ obiecto cessat. ¶ Ad tertiũ dõm ꝙ articulus dr artare ad credendũ nõ de necessitate coactionis: sed necessitate finis: qꝛ sine fide articulorum nõ põt esse salus. ¶ Ad 4m dõm ꝙ ꝑceptio diuineveritatis q̃ fit ꝑ rõnem naturaleȝ tẽdit sicut in id cui innitiẽ in intellectũ ꝑncipioꝝ: sȝ ꝑceptio diuineveritatis que est articulus tẽdit in ꝑmãveritatẽ nõ solũ sicut in finẽ vel obm: sȝ sicut in id in qd resoluiẽ sicut in cãȝ sue credulitatis. ¶ Ad 5m dõm ꝙ hugo. nõ intendit diffinire articulũ: sȝ ostẽdere q̃ sunt ea de q̃bus est fides: qꝛ est de operibus cõditiõis q̃bus instituta est natura. ꝛ de operibus reparationis quibus collata est gratia dei.

Respõsio ad ꝑmam q̃stiunculaȝ.

Ad secundã q̃õnem dõm ꝙ articulus noiat id qd credẽdum est quasi obiectuȝ fidei. Diuersa aũt dispõ operantis nihil variat in obiecto opatiõis nec obȝ deno minaẽ ex dispõne operãtis: sȝ magis ecõuerso: sicut caloꝛ nõ denominaẽ ex diuersa dispõne vidẽtis ẽm qd q̃dã hñt lippos oculos: ꝛ q̃dam claros. vñ cũ formatio fidei ꝛ informitas ad dispõneȝ credentis ꝑtineãt nec ẽt ẽȝ id qd est ꝓprium intellectus in quo est fides sȝ ẽm relationem eius ad voluntatem in qua est charitas nõ potest ꝓprie dici ꝙ articulus sit formatus vel informis.

Ad primũ ergo dõȝ ꝙ obiectũ ꝓportionaẽ habitui in his que ad naturam habitus pertinent non in his que accidunt ex dispõne habẽtis habitũ. ¶ Ad scdm dõm ꝙ illa diffinitio est data de articulo ꝑ actum fidei. vñ dicit ꝑceptio diuineveritatis: ꝛ iõ ex parte act9 accidit ibi id qd est fidei formate nõ ex parte obiecti. ¶ Et similiter dicendum ad tertium.

Respõsio ad scdam q̃stiunculaȝ.

Ad tertiã q̃õnẽ dõm ꝙ nomẽ simboli similitudinẽ ꝛ collectionẽ ipoꝛtat. vñ a quattuoꝛ collectionib9 nomen simboli imponiẽ. Primo a collectione multoꝝ hominũ in vnã fidem. Scdo a collectiõe predicantiũ fideȝ: qꝛ oẽs apostoli collecti hanc regulã fidei ediderunt vnusquisq; qd suum est apponens. Tertio qꝛ ex diuersis locis sacre scripture colligũtur ea q̃ credẽda sunt vt in promptu habeanẽ. Quarto oia bñficia diuinit9 collata ibi colliguntur. vñ Dio. 4. c. cel. ierar. dicit ꝙ religiõis simbolum cõgruentius põt appellari ierarchia eucharistica quasi bona gratia.

Ad primum ergo dicenduȝ ꝙ oportuit ea que in diuersis locis sacre scripture tradita sunt in vnum colligi locum vt fides magis in prõptu haberetur. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ patres q̃ alia simbola post apostolos ediderunt nihil de suo apposuerũt: sȝ ex sacris scripturis ea que addiderunt exceperant. Et qꝛ q̃daȝ difficilia sunt in illo simbolo apostoloꝝ: iõ ad eius explanationeȝ editum est simbolum nicenum: õ diffusius fidem ꝯtum ad ali

quos articulos ꝓsequitur. Et qꝛ quedā implicite cōtinebātur in illis simbolis q̄ oportebat ꝓpter insurgentes hereses explicari: iō additū est simbolū Athanasij: q̄ specialiter cōtra hereticos se opposuit. ¶ Ad tertiū dõꝫ: ꝙ quia tpe Atha. spāl'r hereses isurrexerūt contra ꝑsonā filij quantū ad vtrāq꞉ naturā: ideo ꝓm duas naturas simbolū illud in duas partes diuidit. Alia aūt simbola q̄ nō sunt ex ꝑncipali intētione contra hereticos: sacta: sed ad doctrinam fidei ꝓpalandā vel elucidādam diuidūtur in tres ꝑsonas in quibꝰ ꝑncipaliter nr̄a fides fundatur. ¶ Ad quartū dõm: ꝙ simbolum apostoloꝝ fuit editū qñ fides nondū erat ꝓpalata: et iō in secreto dꝛ. Et qꝛ editū fuit ad ꝓponendū fidei doctrinā: ideo quotidie dꝛ et in ꝑma et in completorio q̄si in ꝑncipio diei ⁊ noctis in signum ꝙ ois nr̄a opatio a fide dꝫ accipe initium. Et quia per ipsam contra aduersa: et in ꝓsperis ꝓtegimur. Alia aūt simbola edita fuerunt tpe fidei iam propalate: ⁊ iō publice cātantur Et qꝛ non ad ꝓponendū fidē: sed ad defendendū vel elucidandū edita fuerunt: iō non in singulis diebus dicūtur: sed in illis in q̄bus hoīes maxime ad ecclesiam venire cōsueuerūt: ⁊ in illis de q̄bus fit aliq̄ solēnizatio de illis q̄ ad articulos ꝑtinēt. Et qꝛ simbolum Nicenū editum est ad manifestationē fidei: ideo dicit̄ statim post euāgeliū q̄si expositio ipsiꝰ Simbolū autē Atha. qđ contra hereticos editū est: in ꝑma dꝛ q̄si iam pulsis hereticoꝝ tenebris.

Editio simbolorum

¶ Utrū articuli cōuenienter distinguantur in simbolo.



Ad secundū sic proceditur. videtur ꝙ incōuenienter articli distinguātur in simbolo. tres enim ꝑsone sunt eq̄les: sed articuli ꝑtinētes ad ꝑsonā filij et spūssancti ponūtur plures. ergo sil'r debent poni plures ꝑtinentes ad ꝑsonā pr̄is. ¶ Preterea deū esse vnū est ꝓbabile ꝑ demōstrationē. et sil'r deū esse creatorē rerū. vñ etiā q̄dam ph̄i: vt Auicē. demōstratiōe mōti hoc cōcedūt. sed articuli q̄ eēntialiter ad fidē ꝑtinēt non pñt demonstratione ꝓbari: vt ex dictis ꝑtꝫ: ergo incōuenieter ponūtur i simbolis ꝑ articulis. ¶ Preterea sicut potētia appropriat̄ pr̄i: ita sapiētia filio. ergo sicut fit mentio in simbolo de oipotentia: ita dꝫ mentio fieri de sapia et alijs. etiā attributis. ¶ Preterea in simbolo dꝫ exponi fides quantum ad oēs credētes. sed nō oibꝰ credentibus cōuenit credere i deūː sed tm̄ hn̄tibꝰ fidē formatā: ergo videt̄ ꝙ male dictū sit. Credo in vnū deū. ⁊ ꝙ habēs fidē informē hoc dicens peccet mentiendo. ¶ Preterea cū dicitur credere i deū designat̄ finis fidei. sed solꝰ deus est finis fidei. ergo cum in simbolo ꝯtineat̄ aliq̄d qđ est: pure creatū sicut ecclia catholica: videt̄ ꝙ incōueniēter ponat̄ iste modus loquēdi. ¶ Preterea sicut incarnatiōis sacramentū incepit in cōceptione ⁊ terminatū est in natiuitate: ita ⁊ mysteriū passionis incepit in passiōe ⁊ terminatum est in sepultura. sed assignatur alius articulus de cōceptiōe et natiuitate: ergo ⁊ aliꝰ articulꝰ dꝫ assignari de passione ⁊ sepultura.

tura. ¶ Preterea. sicut patri appropriat aliqd opus et spūiscō: ita ꝛ filio. ergo sicut in fide de patre ponit aliqd opus diuinum sicut creatio: ꝛ cū articulo spiritussci opus remissionis pctōꝝ. ita ꝛ cū articulis filij deberet aliqd opus diuinū poni. ¶ Preterea. in nic. simbo. nulla fit mētio de descensu ad inferos: ergo vr insufficiēter articulos cōtinere. ¶ Preterea. querit quare in nice. sim. dr nō creatorē sed factorē. ¶ Preterea. fides de corpe xpi in sacramēto altaris maximā difficultatem hʒ. cū ergo in nullo simbolorū de hoc dicat aliqd: vr ꝙ insufficienter in eis fides tradat.

Respōdeo dōm ꝙ articuli fidei distinguūtur dupli̅r. Uno modo quātum ad ipsa credibilia: ꝛ sic sunt. 14. Alio mō ꝗtuʒ ad ipos qui articulos distinxerūt: ꝛ sic sunt. 12. fm numerū. 12. aplóꝝ.

Articulorū fidei pl̅chra distictio.

Quia aūt articulus est veritas de deo: hoc cōtingit esse dupliciter. qꝛ aut est de ipso deo tm̄: aut de deo rōne nature assumpte. Si pmo mō cōtingit eē tripliciter: qꝛ aut est de eo ratiōe nature: aut rōne personaꝝ: aut rōne effectus pprij. Si rōne nature: sic habemꝰ primū articulū. Credo in vnū deū. Si rōne psone: aut rōne persone pris: ꝛ sic habemus fm patrē oipotentem. aut rōne filij: ꝛ sic habemꝰ tertiuʒ. Et in iesum xp̄m filium eius. aut rōne persone spūssancti: ꝛ sic habemꝰ quartū. Credo in spm̄ sanctū. Si rōe effectus: aut ptinet ad cōditionē nāe: et sic est quintus. Creatorē celi ꝛ terre. aut ad bonū gratie: et sic habemus sextū. Sanctā ecclesiam catholicam. scōꝝ cōionem: remissionē pctōꝝ. aut de perfectione glorie: ꝛ sic habemꝰ septimū. Carnis resurrectionē: vitaʒ eternā. Quidam autē alr distinguūt hos tres articulos: qꝛ opꝰ creatōis includūt in pmo. articulo qui ptinet ad veritatē eēntie. ꝛ vltimuʒ opus diuidūt in duos articulos. s. carnis resurrectōeʒ vnū articulū dicētes: ꝛ vitā eternā aliū. sed prima distinctio melior vr: qꝛ apl's expsse ponit vnū articulū de creatōe. Hebr. 11. Fide credimꝰ aptata esse secula ꝛc. Et iterū cōpletio vite eterne et glorie includit cōiunctōeʒ aie ꝛ corporis. Itē sciendū ꝙ opꝰ creatiōis cōiungit articulo de psona patris: qꝛ ptinet ad potētiā que appropriat patri. duo autē alia opa adiungūtur articulis de spiritu scō. vnde sibi appropriatur vnio ecclesie que importat per hoc ꝙ dr sanctā ecclesiaʒ catholicā remissionē pctōꝝ. ꝛ cōicatio bonorū operū: que est p charitatē vt bonū vnius alteri psit. Articuli autē pertinētes ad naturā assumptā sunt etiā. 7. Primꝰ ptinet ad cōceptionē. Qui cōceptus est de spū sctō. Secundus ad natiuitatē. Natus ex maria. Tertiꝰ ad passionē. Passus sub pontio pilato crucifi. mor. ꝛ sep. Quartus ad descēsum ad inferos. Descēdit ad iferna. Quintus ad resurrectōeʒ. Tertia die re. a mor. Sextꝰ ad ascēnsioneʒ. Ascendit in ce. sedet ad dex. dei pa. Septimꝰ ad aduentū. Inde vēturus est iudi. vi. ꝛ mor. Horū autē articulorū tres petrꝰ in vnū cōplexus est. s. articuluʒ de vnitate essentie: de oipotētia pris: ꝛ de ope creatiōis: io qꝛ opꝰ crea

Notula vtil.

Distributio articulorum in apl'os authores.

tiōis ꝓpter potentiā quā indicat pri appropriat: q̄ est ēt fons toti⁹ deitatis. ⁊ iō ꝯpetit petro qui est caput apl'orum sicut pr̄ trinitatis. Posuit aūt ioannes articulū de ꝑsona filij. Articulū aūt de ꝯceptiōe ⁊ natiuitate ꝯiūxit in vnū iacobus zebedei. Articulū aūt de passiōe posuit andreas. Descēsuz ad inferos posuit philippus. Resurrectionē thomas. Ascēsionē bartholomeus. Aduētuz ad iudicium Mattheus. Articulū de spiritusancti ꝑsona iacob⁹ alphei. Opus grē diuiserūt duo apl'i. Nā simon posuit effectū grē in ꝯsecutiōe boni. s. Scām ecclīā catholicā scōꝝ cōionē. Iudas iacobi ꝯtū ad remotionē mali scȝ pctōꝝ remissionē. Effectum glorie posuit matthias: vel iterum thomas: vt quidā dicunt. Alij autē aliter predictos articulos attribuūt apostolis. sȝ in hoc non est magna vis.

Ad primū ḡ dōȝ ꝙ pater non est missus sicut alie ꝑsone. et iō eis ꝓpter effectū missiōis plures articuli appropriant̄ q̄ pri. ¶ Ad ſm dōm ꝙ deū esse simpl'r non est articulus: sed deuȝ esse sicut fides supponit. s. habētē curam de oībus remunerātē ⁊ punientē: vt pȝ ꝑ aplm̄ hebre. 11. q̄ sic determinat q̄ est: ⁊ q̄ remunerator est. Silr̄ deū esse creatorē nō cognouerūt phi sicut fides ponit: vt. s. postq̄ nō fuerūt in esse ꝑducta sunt. sed ſm aliū modū accipiūt creationē: vt in. 2. li. di. 1. dictū est. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ oēs articuli p̄cipue qui ꝑtinent ad opa diuina ꝓbātur per oīpotentiā dei: sicut ⁊ angelus ꝓbauit incarnationē veniēs ad virginē. Lu. 1. Quia nō erit impossibile apud deū oē verbū. ⁊ iō ponit precipue oīpotētiā q̄si radix fidei. ¶ Ad 4^{m} dōm ꝙ i simbolo proponit̄ nobis regula fidei: ad quā oēs debēt ꝑtingere. nō aūt debēt ꝑtingere solū ad actuȝ fidei informis: sed ēt ad actū fidei formate. ⁊ iō ponit̄ in simbol' actus fidei formate: nihilominus h̄ñs fidē informē dicēs simbolū nō peccat: q̄ hoc dicit i ꝑsona ecclesie. ¶ Ad 5^{m} dōm ꝙ leo papa dicit ꝙ non dȝ ibi addi hec ꝓpō in. vt dicat̄ ⁊ in vnā scām catholicā ⁊c. sed dȝ dici. ⁊ vnā scāȝ ⁊c. Ansel. ꝟo dicit ꝙ pōt dici in vnā in q̄tū in isto effectu itelligit̄ veritas icreata. s. vt sic sp̄ūscts̄ ūs in vnā scām. i. in spm̄ scm̄ vnificātē ecclesiā. ¶ Ad sextū dōm ꝙ sicut dcm̄ est articulus est idiuisibil' ꝟitas supra rōnē exn̄s ⁊ vbi occurrūt diuerse difficultates: q̄bus hoc qđ dr̄ est supra rōneȝ oȝ ponere diuersos articulos. Ponere aūt deū sepultū nō hȝ aliā difficultatē q̄ ponere eum passuȝ vel mortuū. ⁊ ideo totū hoc cōprehēdit̄ sub vno articulo. sȝ natiuitas hȝ aliā difficultatē ꝑter difficultatē ꝯceptiōis: q̄ in ꝯceptiōe est difficultas ex hoc ꝙ deus hō fact⁹ est. ⁊ ꝙ est facta cōceptio sine virili semine. In natiuitate āt ex hoc ꝙ clausoꝟginis vtero exiuit: ⁊ iō sunt duo articuli. ¶ Ad 7^{m} dōȝ ꝙ ex ꝑte potētie filij ponit̄ op⁹ qđ in natura assūpta opatus est q̄tū ad septē articulos: vt dictuȝ est. ¶ Ad 8^{m} dōm ꝙ sicut dic̄ Innocenti⁹ nicena sinodus p̄cipue cōgregata fuit ꝯ Ariū q̄ negabat filiū eē ver̄ deū: ⁊ iō descēdens ad

Articulus est ꝟitas indiuisibilis.

inferos suppssus fuit: in q maxi
Editio me videbat derogari diuinitati
simbo= filij. ¶ Uel dōm q qr illō simbo
li nicēi lū editū est ad manifestādū fidē
ɔ̄ hereticos. null⁹ aūt error acci=
derat de descēsu ad iferos: iō il
lū articulū explicare nō curaue
rūt: sed iplicite posuerūt in arti=
culo de resurrectōe: i q itelligit
termin⁹ a q resurrexit. sicut i ar
ticulo ɔceptōis iplicite tradide
rūt articulū natiuitatꝫ qr nō fue
rat de natiuitate aliqs spālr er=
ror. ¶ Ad 9^m dōm q qr qdā phi
posuerūt mūdū creatū a deo: et
tñ ab eterno fuisse: vt Aug. dicit
10. lib. de ci. dei. iō simbolū nice.
qō spālr ad euacuādos errores
editū fuit posuit factorē: qō ma=
gis ondit initiū duratōis mūdi:
⁊ q est a deo agēte p volūtatē:
nō p necessitatē nāe. ¶ Ad 10^m
dōꝫ q fides de corpe xpi ⁊ de oī
bus sacrīs ⁊ de clauib⁹: ⁊ de oīb⁹
hmōi icludit i articulo q ē de ef
fectu grē q est. Scām ec. catho.
Et iō in nice. simbo. additū est.
Cōfiteor vnū baptisma. Quidā
tñ dicūt q reducit ad articulū d
passiōe. sꝫ p^m ē pbabili⁹. Qō. 11.



Einde q̄=
rit de explicatiōe fi
dei. Et circa hoc q̄=
rūtur duo. Prio de
necessitate explicatiōis. Secun
do quātum ad que oportet esse
fidem explicitam.

¶ Utrum explicatio fidei sit de
necessitate salutis.



D primū
sic pcedit. videt q
fidem esse explici=
tam nō sit de neces
sitate salutꝫ. Ad sa

lutem eñ sufficit gratia ⁊ lib. ar
bi. sed ad explicationeꝫ fidei nō
sufficit habitus gratuitus fidei
infusus: nec etiā li. arbi. grā in=
formatū. sed oꝫ q veniat doctri=
na fidei determinās: qr fides ex
auditu est. Ro. 10. ergo explica=
tio fidei nō est de necessitate sa
lutis. ¶ Preterea. nullus dāna=
tur ex hoc qō vitare nō pōt. sed
aliqs natus in siluis vel inter ifi
deles non pōt distincte de fidei
articulis cognitionē habere: qr
doctor fidei nō adest: nec vnquā
de fide audiuit mentionē: g iste
nō dānatur: ⁊ tñ non hꝫ fidē ex=
plicitā: ergo videt q explicatio
fidei nō sit de necessitate salutꝫ.
¶ Preterea. explicita cognitio d
articulis fidei nō potest esse ni=
si in eo qui hꝫ vsum li. ar. sꝫ mul
ti saluātur qui vsum li. ar. nō ha
bent: sicut pueri baptizati mo=
riētes: ergo explicatio fidei non
est de necessitate salutis. ¶ Pre
terea. simplicib⁹ nō sunt pponē=
da subtilia: sicut pꝫ p apl'm. 1. co
rin. 3. sꝫ nihil est subtili⁹ his q̄ su
pra rōneꝫ sunt: q̄lia sunt ea q̄ ad
fidē pertinēt: g simplicib⁹ nō est
explicāda fides: ⁊ tñ ipsi saluan
tur: ergo explicatio fidei nō est
de necessitate salutis. ¶ Sed cō
tra. hebre. 11. Accedentē ad deū
opꝫ credere qr est: ⁊ qr diligēti=
bus se remunerator est. sed acce
dere ad deū est de necessitate sa
lutis: ergo ⁊ habere fidem expli
citam quātum ad aliqua. ¶ Pre
terea. nullus sine spe saluatur.
sed ad spē oportet adesse explici
tam cognitionē rerum que spe=
rantur qr fides est substātia spe
randarū rerum. hebre. 11. g ha=
bere fidem explicite de aliqbus
est de necessitate salutis.

¶ Utrū qlz teneat hr̄e fidē explicitā de oib⁹ que ad fidē ptinent.

Prima qstiuncula.

Alterius vr̄ q̄ qlz teneat hr̄e fidē explicitā de oib⁹ que ad fidez pertinēt. oēs enim articuli fidei eq̄lr ad fidē pertinēt. si ḡ de aliq̄bus opz hr̄e cognitionē explicitā: pari rōne de oib⁹. ¶ Preterea ſm id qđ in vli scit nō distinguit vnus hō ab alio: q: cognitio vniuersaliū principiorū oib⁹ hoib⁹ est inata. sed hr̄e fidez implicite de aliq̄ articulo est hr̄e fidem in vli in illo articulo. ergo p hoc q̄ hz fidē tm̄ implicitā de aliq̄ articulo nō differt q̄tuz ad illū articulū a nō credente. ergo opz hr̄e fidē explicitā de oib⁹ articulis. ¶ Preterea. sicut per p̄cepta legis vitātur pctā mortalia: ita p articulos fidei vitātur errores heresum. sed aliq̄s ita tenet seruare p̄cepta legis vt oia peccata vitet: ergo ⁊ ita tenet cognoscere articulos fidei vt oēs errores ⁊ hereses vitet. sed hoc non pōt facere nisi qui hz fidē explicitaz de oib⁹ articulis: q: q̄ scit aliq̄d implicite ⁊ in vli pōt errare in pticulari: ergo habere fidē explicitam de oib⁹ articulis est de necessitate salutis. ¶ Sed ɔ̄. explicita cognitio de articul' fidei nō habet nisi per studiū. sed studere nō est de necessitate salutis. ergo explicita cognitio de oib⁹ articulis fidei nō est de necessitate salutꝫ. ¶ Preterea. ſm hoc pauci essent qui haberēt fidem: cum vix inueniat aliquis q̄ possit explicare articulos q̄tum ad omnia: q̄ i articulis iplicite ɔtinent.

¶ Utrū maiores magis teneantur habere fidem explicitam q̄ minores.

Alterius vr̄ q̄ maiores non magis teneant q̄ minores: q: hoies simplices examinātur de difficilibus articulis: ⁊ dānātur heretici si male r̄ndeāt. hoc aūt nō esset nisi illos scire tenerent: ḡ minores nō minus tenent scire q̄ maiores. ¶ Preterea. nullus tenet ad plura q̄ alius nisi inq̄stū ad illa se obligauit. sed maiores nō obligauerit se ad articulos faciēdos explicite vt vr̄: ergo non magis tenētur q̄ minores. ¶ Preterea. vidētur maiores illi q̄ magis sciūt. si ergo ad plura credēda obligarētur vr̄ q̄ ex sua scia incōmodum reportarent. ¶ Sed ɔ̄. maiores debēt docere fidez minoribus. sed q̄ docet dꝫ plenius scire. ergo tenētur magis explicite scire q̄ miores. ¶ Preterea. ei cui plus ē cōmissū plus exiget ab eo. sꝫ maioribus plus cōmissuz est q̄ minorib⁹: ḡ plus ab eis exiget de fidei cognitōe.

Secda qstiuncula.

¶ Utrū minores habeāt fidem implicitam in fide maiorum.

Tertia qstiuncula.

Alterius vr̄ q̄ miores nō hēant fidē iplicitaz in fide maioꝝ. sicut em̄ est fides iplicita ⁊ explicita: ita ⁊ scia. sed sciaz hꝫ q̄s implicitaz nō in aliquo sciēte sed in vli rei scibilis: ḡ nec fidē hꝫ vn⁹ iplicitā in fide alteri⁹. ¶ Preterea illud in quo iplicat cognitio alicuius habētis cognitionē iplicitā est regula sue cognitōis. sꝫ regula nr̄e fidei nō ē cognitio humana que pōt decipi: sed cognitio diuina q̄ falli nō pōt. ergo videt q̄ hō nō debeat hr̄e fidē implicitā in fide alterius hois: sed in cognitōe dei. ¶ Preterea. nullus peccat si se cōformet sue re-

Sule. sed maiores sunt plati vel etiã doctores: si ergo simplices debēt hře implicitā fidē in fide maiorꝝ si peccaret aliqs simplex dicēs aliqd ꝯ fidē si ab aliq̄ magistro vel plato pdicaret: qd falsuz vr. ¶ Preterea. illud in quo iplicat cognitio alicuius opz eē notū: sicut q̄ hz sciaz alicuius particularis iplicitā in vlib⁹ principijs opz ꝙ illa pncipia cognscat: ergo hō non dz hře iplicitā fidē in cognitiōe alterius hominis. ¶ Sed ꝯ. ois adiscēs hz fidē implicitā in cognitiōe docentis: qr fm phm opz credere adiscentē. sed maiores positi sunt ad docendū fidez minoribus. ergo minores debēt hře fidez implicitā in cognitiōe maiorū. ¶ Preterea hoc pz p auctatē iductaz in lra.

duplex puētio ad salutem.

Respōdeo dōm ad pmā qōnem ꝙ ad salutē aliqs dupłr puenit. quidā eñ nō perueniūt merito ppo sz merito alieno: sicut pueri ꝛ stulti baptizati: qb⁹ suffragat meritū xpi: cuius facti sunt ptcipes in pceptōe sacrī: qr meritū ppriū hře nō psit: cū nō habeāt vsum li. ar. qd exigitur ad meritū. Quicūqz aūt vsuz li. ar. hñt tenētur ad merita xpi ꝛ meritū ppriuz addere. meritū aūt cōsistit in actu virtutū: vnde ad salutē ipsoꝝ opz ꝙ sit ꝛ act⁹ et habitus virtutū. Actus autem omniū virtutū dependet ab actu fidei que intentionē dirigit. vnde in oi qui hz li. arb. exigit ad salutē eius ꝙ hēat actum fidei: ꝛ nō solum habitū. Fides aūt nō potest exire in actū nisi aliqd determinate et explicite cognoscēdo: qd ad fidem pertineat. Et iō oi ei qui hz vsum li. ar. habere fidē explicitaz qūtum ad aliqd est d necessitate salutis.

Ad primū ergo dōz ꝙ in his que sunt necessaria ad salutē nunqꝫ deus hoi querēti suā salutē defuit vł defuit nisi ex culpa sua remaneat. vñ explicatio eoꝝ q̄ sūt de necessitate salutis vel diuinitus hoi puident p predicatorē fidei. sicut pz de cornelio. act. x. vel p reuelationē: q̄ supposita i ptāte lib. ar. est vt in actū fidei exeat. ¶ Ad fm dōm ꝙ si talr faceret qd in se est de querēdo salutem de⁹ illi aliq̄ dcōꝝ modoꝝ pnideret d salute sua. ¶ Ad tertiū pz soło p ea q̄ dcā sunt. ¶ Ad 4m dōm ꝙ ea q̄ sunt supra rōnē ad fidez ptinētia nō ponūtur hoib⁹ simplicibus ita ꝙ res ipsa discutiat: sed i vboꝝ enigmate: qbus assentiāt. ꝛ iō dr eē fides vborū: vt supra dl. pcedēti dictum est.

Ad secūdaz qōnē dōz ꝙ act⁹ fidei ad hoc est necessari⁹ ad salutē: qr intētionē dirigit in oib⁹ actibus aliaꝝ vtutū. Et iō tñ opz habere vnicuiqz de fide explicita qūū sufficit ad dirigendū ipm in finē vltimū. vnde nō est de necessitate salutis vt hō oēs articulos fidei explicite cognoscat: qr sine aliquo: ū explicatiōe pōt hō habere rectā intētionez in finē. Et p hoc pz rñsio ad pmū: qr nō est eadē rō de oib⁹ articulis. ¶ Ad 2m dōm ꝙ pncipia vniuersalia in qbus implicat cognitio particulariū cōclusionū sunt homini nota p lumen naturale. Et ideo qūtum ad implicitā cognitionē scie nō distinguit vnus hō ab altero. sed lumē fidei fm qd habet cognitio implicita est lu-

Rñ. ad pmā q̄stiūculam.

men infusum qd vni infundit et alijs nō. Et iō nō ē simile rō. ¶ Ad tertiū dōm q ad pcepta negatiua tenemur semp et ad sp: et per hoc vitātur sufficienter peccata transgressiōis. sed ad pcepta affirmatiua tenet hō semp sed nō ad semp: sed loco et tpe determinato pcepta aūt affirmatiua sūt de actib⁹ virtutū: ergo ad actū virtutis semp exercēdū hō nō tenet nec qntuz ad oēs modos qbus pōt ille actus exerceri. sz sufficit q hō tpe debito opet: et iō etiā nō opz q hō hēat explicitā cognitionē de oīb⁹ articulis fidei. sed de aliqb⁹ qui sūt necessarij sm tps illud. et per hoc sufficiēter vitātur oēs errores et dubitatiōes: qz sicut habitus tēperantie inclinat ad resistendū luxurie: ita habitus fidei inclinat ad resistendū oībus que sunt ꝯ fidē. vnde in tpe quādo emergit necessitas explicite cognoscēdi vel ppter doctrinā cōtrariam que iminet: vel ppter motū dubiū q isurgit: tūc hō fidelis ex iclinatōe fidei nō ꝯsentit his q sunt ꝯ fidem: sz differt assensum qusqz pleni⁹ instruat.

Rn. ad secūdā qstiunculaz.

Ad tertiaz qōnē dīm q explicare articulos fidei ꝯtingit dupl'r. Uno mō qntū ad ipsorū articulorū substantiaz sm q hō ipsos articulos distincte scit. Alio mō qntuz ad ea que in articulis ꝯtinētur implicite: qd quidē contingit dū homo scit ea que ex articulis cōsequūtur: et vim vitatis ipsop articulorū per quaz pnt defendi ab oī impugnatiōe. Ad primā quidē explicationē totalē tenētur oēs qui hnt offm docendi fidē siue ex gradu dignitatis sicut sacerdotes: siue ex reuelatiōe sicut pphe: siue ex ministerio sicut doctores et pdicatores. nō aūt alij qb⁹ nō incūbit offm docēdi fidez: qz cū ipsi nō habeāt nisi seipsos regulare sufficit eis illos articulos cognoscere p quos possint ppriā intentionē dirigere in finē vltimū. Ad secūdaz aūt explicationē articulorū nō tenet aliquis totalr vt sciat oīa explicare q in articulis de salute cōtinent: qz hoc nō pōt eē nisi in patria vbi ipsa articulop vitas plene videbit: sed vnusqsqz cui incūbit offm instruendi alios de fide: qui dicūtur maiores tenentur tantū scire de ista explicatione quātum pertinet ad suū offm. Sed ad hanc explicationez minores qbus offm docendi non incūbit non tenentur.

Ad primū g dōm qd nō ꝯdēnāt simplices p hereticis: qz nesciūt articulos: sz qz ptinaciter defendūt ea q sunt ꝯtra articul': qd nō facerēt nisi p heresim fidē corruptā haberēt. ¶ Ad sm dōz q ex hoc ipo q aliqs docēdi offm assumit obligat ad sciēdū ea q docere dz. ¶ Ad 3^m dōm q maiores nō dhr q magis sciunt: sed qb⁹ incūbit offm docēdi fidez: q qnqz peccatis exigentib⁹ minus sciunt: qb⁹ dr. Osee. 5. Quia sciētiā repulisti repellā te et ego: ne sacerdotio fūgaris mihi. Nec th ex scia que ab eis exigit aliqd incōmodum reportāt: qz habere scientiā eis est honorificum.

Ad quartā qōnē dicēdū q illi qb⁹ incūbit offm docēdi fidem sunt medij inter deuz et hoīes.

Rn. ad tertiaz qstiunculaz.

vnde respectu dei sunt homines: & respectu hominū sunt dij inquantum diuine cognitionis participes sunt per scientiā scripturarum vel per reuelationē: vt dr Jo. 10. Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: & idō opz q̄ minores qui ab eis de fide doceri debent habeāt fidem implicitā in fide illorum: nō inquantum hoies sunt sz inquantū sunt participatiōe dij.

Ad primū dicendū q̄ determinata cognitio principiorum demōstrationis ex sensu acquiritur. vñ ad eorū determinationē doctrina nō indigemus: & in his principijs hō hz a principio implicitam scientiā omniū q̄ sequuntur: hz nihilominus scientiā implicitā in cognitione alterius sciētis: inquantum opz eum per doctrinā scientiā accipere: qz opz addiscentē credere: & idō non est simile de sciētia & fide: qz nō sunt nobis innata aliqua principia naturalia ad q̄ pñt reduci articuli fidei: sz tota determinatio fidei est in nobis per doctrinā: et idō opz in cognitione hoīs habere fidem implicitā. ¶ Ad 2m dcm q̄ sicut in mouētibus inuenitur primū mouens: qd est mouens nō motum: & scdm mouēs qd est mouens & motū: post qd ē id qd est motū tm: ita etiā est in regulantibus q̄ est aliqd qd est regulans & nullo mō regulatū: & hec est ratio prime regule: & tale est deus. Est & regulans regulatū: & talis regula humane fidei est hō diuinus: sicut etiā phs dicit in. 3. ethi. virtuosus est mensura omniū humanorum actuū. Regulatum aūt tm sunt ipsi minores ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sicut hō dz obedire inferiori potestati in his tantū in quibus non repugnat potestas superior: ita etiā debet hō se prime regule in oībus cōmensurare: scdm suum modum. Secunde aūt regule debet se homo commensurare in his in quibus non discordat a prima regula: qz in his in quibus discordat iam nō est regula. Et ppter hoc prelato cōtra fidem predicanti nō est assentiēdum: qz in hoc discordat a prima regula nec per ignorantiam subditus excusatur a toto: qz habitus fidei facit inclinationem ad contrariū: cum necessario doceat de oībus q̄ pertinent ad salutē. 1. Jo. 3. vnde si hō nō sit facilis nimis ad credendum oī spiritui qñ aliqd insolitū predicatur: nō assentiet: sed aliunde requiret: vel deo se cōmittet in eius secreto supra suum modū nō se ingerendo. ¶ Ad quartū dicendū q̄ ad hoc datum ē hominibus facere miracula: vt ostendatur q̄ deus per illos loquitur: nec oportet q̄ in tali homine reuelationem habenti aliqs suam fidem implicet: quousq̄ talis hō ad eius notitiā deueniat vel diuinitus vel per famā humanā.

Nota la moralis.

¶ Utrum per successionem temporum fides profecerit.



Ad secūdū sic proceditur. videtur q̄ per successionem temporum fides non profecerit quantum ad ea q̄ explicite sunt credenda. Fides enim vt dr in lfa charitati pportionatur: sed charitas ē eadē & equalis p oīa tpa: ergo & fides. ¶ Preterea. q̄ in sciētijs

creuit hūana cognitio hoc ē ꝓpter imperfectionē eoꝝ q̄ primitus artes adinuenerūt imperfecte: vt dr in.2 elen. sꝫ fidei doctrina nō hꝫ pn^m ab inuētiōe hūana: sꝫ ab inspiratiōe dei: in quo nō cadit aliq̄ iperfectio: ergo nō debuit ꝑ incremēta tēpoꝝ ꝓficere. ¶ Preterea fides q̄tū ad substātiā semꝑ eadē manet: si ergo cognitio fidei ſm diuersa tpa ꝓficit: opꝫ ꝙ in pº tpe habeat̄ saltē implicite tm̄ qđ in sequēti ēt explicite cognoscit̄. sꝫ minoꝝ est hꝫe fidē in cognitiōe maioꝝ. ergo q̄cūqꝫ fides fuit iplicita alicuius articuli in aliquo homie: fuit eiusdē articuli fides explicita in aliquo hoīe. hoc ēt ſm oē tps ꝯuenit ꝙ aliqui articuli a q̄busdā iplicite: ⁊ ab aliq̄bꝰ explicite cognoscant̄: ergo fides non creuit ꝑsuccessiōes tēpoꝝ. ¶ Preterea. articulꝰ ē indiuisibilis veritas: sꝫ qđ est indiuisibile non pōt vlterius distingui: ergo cuꝫ semꝑ fuerit fides ꝯtenta sub aliquibꝰ articulis: vr̄ ꝙ nō potuerit magis distigui vt articuli explicite cognoscerent̄. ¶ Preterea. ꝑ hoc vr̄ ꝙ ēt mō eadē rōne possēt articuli mľtiplicari ꝑ successionē tpoꝝ: qđ falsuꝫ eē vr̄.

¶ Sꝫ cōtra. Exo.3. dn̄s dixit ad moysen. Ego suꝫ deꝰ abraā deꝰ isaac ⁊ deꝰ iacob: ⁊ nomen meū Adonay nō manifestaui eis. ergo moysi fuit aliq̄d reuelatū de deo qđ p̄ribꝰ reuelatū non fuerat. Silr̄ etiā dauid dicit Sup senes intellexi. Et petrꝰ suo tempore ꝯpletum asserit. Act.2. qđ dr̄ Joelis.2. Effūdā de spū meo ¶ Preterea. Greg. dicit ꝙ ꝑ successiones tempoꝝ creuit diuine cognitionis augmentuꝫ.

¶ Utrū oportuerit hꝫe semꝑ fidem explicitam de redemptore

Ulterius videt̄ ꝙ non oportuit semꝑ hꝫe fidē explicitā de redemptore. nō eīn cognouerūt hoīes de eo per fidē: qđ angeli ignorauerūt: qꝛ cognitio fidei ꝑ reuelationem q̄ est a deo est mediantibus angelis: vt dicit Dio.4. ca. ce. ierar. sꝫ angeli misteriū redēptoris nō cognouerūt vn̄ apľs dicit Ephe.3. ꝙ erat absċōdituꝫ a deo: ergo nec homines de eo fideꝫ explicitā habuerūt. ¶ Preterea. Adā suum casum nō presciuit. sed si nō peccasset hūana redemptio non fuisset: ergo hō non semper explicite cognouit misteriū redemptiōis humane. ¶ Preterea. sicut dicit Dio. ix. c. ce. ierar. multi ēt de gentilibꝰ ante xp̄i aduentū saluati sunt. sꝫ illi non habebant fidem explicitam de redemptiōe quia eis reuelatio non fuerat facta. Psal. Non fecit taliter omni nationi Nec iterū in fide iudeoꝝ suā fidē implicitam habebāt: ergo fides redēptoris nō fuit necessaria ad salutē ſm omne tempus ¶ Preterea. aduentus redēptoris nō est de dictamine legis naturalis. sꝫ qui erāt in lege naturali saluabant̄ implentes ea q̄ erāt de dictamine legis naturalis: sicut tpe legis scripte est de his q̄ dictat lex scripta. ergo nō fuit semꝑ necessariū habere fidē explicitā de redēptore.

¶ Sꝫ ꝯ. xp̄s. est caput totiꝰ ecclīe nullꝰ aūt saluatꝰ est extra ecclesiā. ergo nullꝰ saluatꝰ est q̄ non est membrū christi vel nō fuit. sꝫ nullꝰ fuit mēbrū xp̄i: qui in xp̄m nō credidit: ergo nullus saluꝰ

pªque stiuncula.

tus est vnq̄ sine fide x̄pi. ¶ Preterea. sicut creator est p̄ncipiū essendi in natura edita: ita etiā redemptor est principiū reparationis nature lapse. sed null⁹ pōt saluari sine reparatiōe. sicut nec esse sine eē naturali. cum ergo fides de creatore semp fuerit necessaria ad salutē pari rōne et fides redēptoris semp fuit necessaria ad salutē post casū hois.
¶ Utrū oportuerit semp habere fidē explicitam de his articulis quos tangit magr̄ in littera.

2ª questiuncula. **Alterius** vr̄ q̄ nō oportuit istos articulos de redemptore credere quos magister tangit in littera: q̄ Joannes baptista inter maiores fuit q̄ tenebant habere fidē explicitā fm illud temp⁹. sz ipse dubitauit de morte x̄pi vt dicit magister in littera. ergo nō videtur q̄ de morte x̄pi habuerunt fidē explicitam antiqui patres. ¶ Preterea. cōceptio natiuitatē precedit. sz nō dicit̄ q̄ necessariū fuerit eos habere explicitā fidē de cōceptiōe: ergo nec fuit necessariū q̄ haberēt explicitā fidem de natiuitate. ¶ Preterea. sicut resurrectio x̄pi est causa nostre resurrectiōis. ita ascensio causa nostre ascēsionis. sed sal⁹ nostra cōsistit in resurrectione corporū et in ascensione ad locū glorie. ergo necessarium fuit credere ascensionem sicut et resurrectionē ¶ Preterea. per descensum ad inferos nos ab inferis retraxit. hoc aūt est necessariū ad salutē ergo et credere x̄pm ad inferos descendisse. ¶ Preterea. salus hominū esse putat̄ sine hoc q̄ christus ad iudicium veniret: q̄ per hoc nihil nobis christus meret. ergo videtur q̄ non fuerit necessarium credere christū venturum ad iudicium.
¶ Utrū oportuerit hr̄e semp fidē explicitā de trinitate.

3ª questiuncula. **Alterius** vr̄ q̄ nō fuerit necessariū habere cognitionē trinitatis explicitā: q̄ hebr. xi. dr̄ q̄ de deo opz credere q̄ est etc. ergo videt̄ q̄ non oportuit cognoscere distinctionē psonarū. ¶ Preterea. cognitio fidei est necessaria inq̄ntū nos in finē dirigit. sz deus est finis noster inq̄ntū est summū bonū: qd ad essentiā ptinet. ergo videt̄ q̄ sufficiebat de deo credere eēntialia. ¶ Preterea. sacra scriptura est regula fidei. sed in scriptura ve. test. nō fuit mentio expressa facta d̄ trinitate: ergo non erat necessaria ad credendum. ¶ Sz cōtra. magis ē salutifera cognitio de christo inq̄ntū est de⁹ q̄ inq̄ntū est homo. sed necessariū fuit habere cognitionē de humanitate x̄pi⁹: ergo multo fortius de deitate sed fm q̄ est in sua deitate est filius patris: ergo necessariū fuit habere cognitionē de patre et filio. ¶ Preterea. missio diuinarū psonarū semp fuit de necessitate salutis. Sz Aug. dicit q̄ mitti est cognosci q̄ ab alio sit: ergo semper fuit necessariū cognoscere in deo q̄ sit ibi aliq̄s ab alio: et ita cognoscere trinitatem per fidem.

Respōdeo dicēdū ad p̄mā q̄ōnē q̄ fides cognitio quedam est. Quantitas autē cognitionis dupliciter attenditur. s. fm obiecta et fm efficaciam actus circa obiectum. Quia aūt habitus spe-

efficatur ex obiecto: ideo prima quantitas est habitui essentialis. et fm hanc attenditur magnitudo fidei. que est fm articulorũ quantitatẽ. et ideo fm hanc quantitatẽ fides nõ crescit nec deficit: cũ semper eadẽ maneat. Efficacia aũt in agendo est ex cõditiõe agẽtis. et ideo quãtũ ad alias tres magnitudines põt fides pficere ipsa manente eadẽ fm diuersas hominũ conditiones. In actu aũt fidei tria inueniunt fz que põt efficacie quantitas fidei attẽdi. duo fz naturã pprias. s. cogitare. et fz hoc dicit fides magna cognitione: et assentire. et fz hoc dr fides magna cõstãtia: q2 assensus certitudinẽ et determinationẽ importat vt supra. di. 23. dictũ est Tertiũ aũt est in actu fidei fz q informat charitate. et fz hoc dicit fides magna deuotione. Sed q2 certitudo fidei est ex voluntate determinante intellectũ ad vnũ. et similiter formatio ex charitate q est in voluntate. voluntas aũt est dña sui act9 etiã fm quodcũq tẽpus: ideo per se loquendo magnitudinis fidei q est fm cõstantiã et deuotionẽ: attendit pfectus fm pmptitudinẽ volũtatis que est ex gratia nõ ex successiõe tẽpoꝝ nisi p accidẽs inq̃tũ in aliquo tẽpore fit plenior influentia grẽ q̃ in alio q̃tũ ad cõmunẽ statũ: q̃uis nõ q̃tũ ad omnes personas. Sed cogitare ad intellectũ pertinet: cui9 virtutes experimento indigent et tẽpore: vt dicit. 2. ethi. et ideo quantitas fidei que est fm cognitionẽ articulorum per se loquẽdo crescit fm diuersitatẽ temporis.

Tria sunt in actũ fidei.

Ad primũ ergo dicendũ q charitas in volũtate est Ea autẽ que ad voluntatem pertinent nõ indigent experimẽto et tẽpore: sicut ea que sunt in intellectu in quo est fides nisi quaten9 opz q per exercitiũ acquirat habitus: qd de charitate non est. Et ideo pfectus charitatis pprie loquẽdo nõ attendit fm diuersa tẽpora nisi p accidens inq̃tuz tẽpore redẽptionis plenior infundit grã q̃tũ ad cõmunẽ statum nõ aũt quãtũ ad omnes singulares personas. Ad 2m dõm q hoc q sciẽtie pfecerũt per successionẽ tẽpoꝝ nõ tñ est ex imperfectione inuẽtorũ. sz etiã ex impotẽtia addiscẽtiũ: qui a principio totum capere non possunt. et ita i his q fidei sunt accidit q oportuit paulatim hũanũ intellectũ assuefieri ad ea q fidei sunt. propter quod dñs discipulis dixit. Multa habeo vobis dicere sed nõ potestis portare modo. Joh. xvi. Ad tertiũ dõm q illi qui imediate a deo fidei cognitionẽ receperũt q̃tum ad ea que eis nõ explicabant nõ habebãt fidẽ implicitam in fide alterius hominis: sed in cognitione ipsi9 dei cui reponebant id qd de secretis diuine sapientie eis fuerat reuelatum. Ad quartũ dicendũ q articul9 dicit indiuisibilis veritas q̃tũ ad id qd actu explicat in articulo: sz est diuisibilis q̃tũ ad ea q potentia continent in articulo fm q qui dicit vnũ quodãmodo dicit multa. et hec sunt ea que precedũt ad articulum: et cõsequunt ad ipsum: et q̃tuz ad hoc potest explicari et diuidi articulus fidei. Ad 5m Notula

dōm ꝙ aliqd qđ in articulo continetur explicari potest dupliciter. Uno mō ſm ꝙ vnꝰ articulus cōtinetur quandoq3 in alio: vel duo in vno cōmuni: ſicut reſurrectio mortuoꝝ ɔtinet quodāmodo in reſurrectiōe xp̄i. ⁊ paſſio ⁊ incarnatio in hoc cōmuni qđ eſt miſteriū redemptionis. ⁊ ſic fides implicita explicat in articulis fidei determinatis. ⁊ hec explicatio cōpleta eſt per xp̄m: vnde eius doctrine ꝗtū ad eſſentiā fidei: nec addere. nec diminu re licet vt dicitur Apocalip. vlti ſed ante xp̄i aduentum nō erat ɔpleta: vn̄ etiā ꝗtū ad maiores creſcebat ſm diuerſa tempora. Alio modo id qđ in articulo cōtinetur non eſt articulus: ſ3 aliquid cōcomitās articulū. ⁊ ꝗtū ad hoc pōt fides quotidie explicari. ⁊ p ſtudiū ſanctoꝝ magis ⁊ magis explicita fuit.

Rñſio. adi pri mā q̄ſtiūculam. **Ad ſecundā** q̄ōnem dōm ꝙ ad fidem redemptoris tripliciter ſe hȝ humanuȝ genus ſm diuerſa tēpora. In p° em̄ ſtatu añ pctm̄ non oportebat ab aliquo homine haberi fidē explicitā de redēptore: q̄ nondū ſeruitꝰ erat inducta. ſed ſufficiebat habere fidē implicitā in cognitione dei vt. ſ. homo crederet ꝙ deꝰ ei prouideret in eis que eſſent neceſſaria ad ſalutē. In ſecundo autē ſtatu poſt pctm̄ ante aduentuȝ xp̄i quidā habebāt fidē explicitā de redēptore: quibꝰ reuelatio facta erat: qui maiores dicebantur. Quidā aūt vt minores fidē implicitā habebāt in fide maioruȝ. vnde ⁊ eis ſacramentū redēptionis ſub ſignis ſacrificiorum ɔponebat. In tertio aūt ſtatu poſt aduentū xp̄i: q̄ iam myſteriū redemptiōis impletū eſt ⁊ corporaliter ⁊ viſibiliter ⁊ predicatum: omnes tenent ad explicite credenduȝ. Et ſi aliquis inſtructorē nō haberet deꝰ ei reuelaret niſi ex ſua culpa remaneret.

Ad primū ergo dōȝ ꝙ angeli primitus miſterium incarnationis ſunt edocti ꝙ̄ homines vt dicit. Dio. 4. ca. ce. ierar. ꝗtū ad ipaȝ ſubſtātiā eiꝰ: qđ credendum eſt ꝗuis nō ꝗtū ad oēs circunſtantias articuloꝝ quas poſtea rebus euenientibꝰ cognouerūt. Et de hoc pleniꝰ dictū eſt. in. 2. lib. di. xi. ¶ Ad 2^m dōȝ ꝙ auctoritates inducte in lr̄a loquntur poſt pctm̄ ſiue ante legem ſiue poſt. ¶ Ad 3^m dōm ꝙ ꝗuis alijs gētibus non eſſet data lex diuinitus communiter omnibus ſicut iudeis ex quibus naſciturꝰ erat chriſtus: ⁊ ſic oportebat in eis potius fidem vigere: tamē multis etiam gentilibus reuelationes per angelos facte ſunt etiā de chriſto: ſicut patet de ſibilla que de chriſto expreſſe pphetauit. In hiſtorijs romanis etiam legitur ꝙ temporibus conſtantini Imperatoris inuentum fuit in grecia quoddam corpus in ſepulchro quodā hn̄s laminaȝ aureā ſupra pectus in q̄ ſcriptū erat. Xp̄s naſcet ex virgine ⁊ credo in enm. o ſol ſub helene ⁊ cōſtantini tēporibus iterū me videbis. Illi etiā quibus ſpecialis reuelatio facta non fuerat ſaluari poterant: etiā ſi nihil de lege moyſi audiſſent neq3 aliquid de ea ſcirent: quia lex illa non erat omnibꝰ data: ſed tm̄ iudeis: vnde alij non peccabant ſi legis

reuelatio xp̄i ce natiuitatē

obseruãtias nõ seruarẽt. Secus aũt ẽ de lege xpi q̃ oibus ꝓnunciata ẽ. Saluabant tñ fide implicita redẽptoris implicãdo fidez suã in cognitiõe dei vel eoꝝ q̃ a deo docti erãt indeterminate q̃cũq̧ illi essent: sicut maiores in deoꝝ q̃tuz ad ea q̃ eis nõdũ fuerant reuelata: duz tñ ꝯtiuz pertinaciter nõ tenerẽt ꝯ predicantez fidẽ. ¶ Ad 4m dõm ꝙ q̃uis ad cognitionẽ redẽptoris non sufficeret natura pariter: sufficiebat tñ cuz lege scripta tpe legis. Ante legem vero adiuta p gratiã.

Rñsio ad secundã q̃stiunculaz. **Ad tertiã** q̃õnem dõm ꝙ fides explicita ad hoc necessaria ẽ ꝙ in finem vltimũ intẽtionẽ dirigat. Et qꝛ per peccatuz hõ ab illo fine abductus fuerat: nõ poterat reduci nisi p mediatorẽ dei ꝛ hominũ dñm iesuz xpm: ideo post peccatũ oportuit haberi cognitionẽ explicitã de redẽptore: et precipue q̃tuz ad ea q̃bus nos in finẽ reduxit victo hoste quo captiui detinebamur. Ad hoc aũt ꝙ nos in finẽ reduceret q̃tuor reqrebant. Primũ ẽ ꝙ propugnator nr̃ instrueret: qđ factum ẽ in natiuitate. Scđm est ꝙ ꝓpugnaret: qđ factuz est in passiõe. Tertiuz est ꝙ vinceret: qđ factũ est in resurrectione qñ eternitatis aditũ deuicta morte reserauit. Quarto ꝙ victorie sue oẽs suos participes faceret: ꝛ hoc erit in iudicio qñ bonis bona: ꝛ malis mala reddet. Et iđ ista precipue requirebant vt de redẽptore explicite scirent. Tñ possibile ẽ ꝙ ƀm diuersa tẽpora horuz distinctio ꝛ explicatio ante xpi aduentuz creuit: vt quãto aduentui saluatoris viciniores existerẽt: tanto sacra salutis plenius perceperint. vt dicit Grego. Et ƀm hoc vtraq̧ opinio in littera posita põt hr̃e veritatẽ: prima q̃tum ad ꝓpinquos. scđa q̃tum ad remotos.


Ad primũ ẽ dicenduz ꝙ Joãnes baptista hos articulos plenissime sciuit. vñ de his non dubitauit: potuit aũt dubitare sine p̃iudicio salutis de alio articulo passiõis implicite: tũc tpis. s. de descẽsu ad inferos nõ pertinaciter qđ pz qꝛ doceri querebat. ¶ Uel dõm vt alij dicũt ꝙ ipse nõ dubitauit: sꝫ quasi dubitasse visus est inq̃tuz q̃siuit: nõ ꝑ se: sꝫ ꝓpter suos discipulos instruẽdos. vel fuit dubitatio nõ ignorantie: sed ammirationis ꝛ pietatis. ¶ Ad scđm dicendũ ꝙ articulus cõceptionis implicite ꝯtinebatur in articulo natiuitatis: inq̃tuz est via ad natiuitatẽ. Articulus aũt de descẽsu ad inferos in articulo de passione. Articulus aũt de ascensione in articulo de resurrectiõe: qꝛ ibi terminat victoria resurgentis. ¶ Unde pz responsio ad tertium ꝛ quartuz. ¶ Ad quintũ dicendũ ꝙ in iudicio xp̃s nihil nobis merebitur: sed id qđ prius meruit reddet.

Rñsio ad tertiaz q̃stiũculam. **Ad quartã** q̃õnem dicenduz ꝙ per missiões diuinaꝝ personaꝝ in nos: hõ in finẽ vltimũ ducitur nõ solũ post peccatũ: sꝫ etiaz añ peccatuz: ꝛ iđ explicita cognitio de trinitate fuit necessaria nõ solum post peccatũ: sꝫ etiã añ peccatuz. Nõ tñ eodẽ mõ añ aduentum xpi ꝛ post: qꝛ ante aduentũ soli maiores de hoc fidem explicitaz habuerũt: post incarnatio-

nem vero oēs fidē explicitā de tribus personis habere tenent: sicut & de mysterio incarnatiōis qd cognosci non pōt: nisi cognoscatur personarū distinctio. Et qr sacramēta salutis cum inuocatione trinitatis conferuntur.

Ad primū ergo dicendū q aplūs posuit illa q oportuit credi explicite a quolibet hoīe in quocunqz statu. hoc aūt nō fuit cognitio trinitatis. ¶ Ad 2m dōm q ad dirigendū in finē nō solū opz cognoscere finē: sz etiā ea sine qbus in finē iri non pōt. & iō oportuit habere cognitionē explicitā de fide trinitatis: qr sine earū missione in finē beatitudinis veniri nō pōt. ¶ Ad tertiū dōm q nō erat necessarium vt explicite omnes cognoscerent. ideo non fuit positum mysterium trinitatis manifeste in vete. testa. sed velate: vt sapientes capere possent.

¶ Expositio textus.



Sicut in ecclia aliq sunt minus capaces.) Cōtra. modo nō sufficit ad salutē: vt etiā explicite mysteriū incarnatiōis credatur. Dicendū q ē similitudo nō quantū ad oīa: sz quātū ad qdā de articulis: qr nesciūt eos distinguere qūuis explicite cognoscant illud qd in articulis cōtinetur. Tenent aūt explicite illos articulos scire de quib ecclesia solēnizat & facit cōtinuā mētionē sicut de trinitate. (Credunt hoc qd ignorāt.) Hoc ē cō illud qd superius dictum est q fides nō ē de ignotis. Dicendū q sicut implicite credit: ita & implicite cognoscit. dr aūt ignorare qd nescitur explicite. (Solet etiam queri de fide cornelij.) Sciendū q Cornelius habebat fidē explicitā de mysterio incarnatiōis: qūuis sufficisset ei ad salutem etiā si de hoc fidē implicitā habuisset: sz nō habebat fidē distinctā de tpe incarnationis: & iō qr hoc iā incipiebat eē necessariū ad salutē: missus fuit petrus ad eū instruēdū. (Illud etiā nō est ptermittēdū.) De hac equalitate habituū & operatione dicet infra. di. 36. hic tn sciendū est q operationē hic vr nolare virtutes regulātes in opere exteriori sicut sunt vtutes cardinales: q etiā hnt actus interiores: sm qs opz istā equalitatē attēdi: vel si loquit de operib exterioribus: attēdenda ē equalitas qūtū ad confirmationē operis magis qz sm quantitatē actus: qr interdū aliquis ex maiori charitate facit opera ex suo gñe minora: qz alius maiora. (Nō aūt post fidē.) Contra. Matth. pmo. Abraā genuit Isaac. Isaac Jacob. i. fides spē: spes charitatē. Dicendū q intelligitur qūtū ad actus: nō qūtum ad habitus. (Nō q fides & spes eam.) Cōtra. aliqs hz fidē q non hz charitatem. sicut q ficte accedit ad baptismū: fidē tn habēs. Dicendum q loquitur de fide & spe sm q est virtus.

Instātia cōtra textuz dissoluit.

¶ De spe quid sit.

¶ Distinctio. xxvi.



Est autē spes virtus: qua spiritualia & eterna bona sperātur. i. cum fiducia expectant.

Est eñ spes certa expectatio future btitudinis veniēs ex dei grā & ex precedētibus meritis: vel ipsam spē: quā natura pit charitas: vel speratam rem. i. beatitudinem eternā. Sine meritis eñ aliquid sperare non spes: sꝫ presumptio dici potest.

¶ De quibus sit spes.

Et sicut fides: ita & spes ē de inuisibilibus. vñ Aug. Fidem appellamus earū rerū que nō videnł. De spe quoqꝫ dr. Spes q̄ videł nō est spes. Qḋ eñ videt q̄s quid sperat? Qḋ attinet ad nō videre: vel q̄ creduntł: vel que speranł fidei speiqꝫ cōe est. Distinguił tñ fides a spe sicut vocabulo: ita rōnabili drīa. Est eñ fides malarum rerū & bonarū: qꝛ & bona creduntur & mala: & hoc fide bona nō mala. Est etiā fides: & preteritarū rerū & presentiū & futurarū. Credimus enim mortē xpi q̄ iā preteriȷt: credimus sessionē q̄ nūc ē. Credimus venturū ad iudicādū qḋ futurū est. Item fides et suarū rerū ē & alienarū. Nā se q̄sqꝫ credit eē cepisse: nec fuisse vtiqꝫ sempiternū. Et alia atqꝫ alia nō mō de aliȷs hoibus multa q̄ ad religionem pertinēt: verū etiā de angelis credimus. Spes autē nō nisi bonarū rerum est: nec nisi futurarū rerū: & ad deum pertinentiū: qui earum speciem gerere perhibetur.

Distinctio fidei et spei.

¶ Redit ad premissam questionem: an. s. fides & spes in christo fuerint.

Post hoc superest inuestigare vtrum fides & spes ī christo fuerint. vñ tractatus ille sumpsit exordiū. Quibusdā nō indocte videł fidem virtutē & spē in eo nō fuisse: sicut in sanctis iā beatificatis vel in angelis non sunt: & tñ sancti credūt & sperant resurrectionē futurā: et angeli eandē credūt: nec tñ in eis fides vel spes virtus ē qꝛ & deo per speciē cōtēplando fruunł: & in dei verbo resurrectionē futurā siue iudiciū nō per speculū & in enigmate: sꝫ preclarissime inspiciūt. Si eñ qꝛ credunt resurrectionē futuram: iō verū est eos fidē habere. ḡ ea ꝯsummata post iudiciū dicēr & fidē habere dicenł: qꝛ credēt eā preteritā. Sed sicut tunc credent: nec tñ fidē que fideles facit habebūt: qꝛ nō credent absqꝫ sciētia: q̄ nō erit enigmatica: sꝫ per spēm: ita & mō credunt & sperāt resurrectionem: nec tñ fidē hñt: qꝛ credendo cognoscunt. venit eñ cis qḋ pfectū ē et euacuatū

Fides & spes virtutes nō sunt in angel.

est qd ex parte est. venit em̄ cognitio ꝛ euacuata ē fides: venit spes ꝛ desijt spes: ita ꝛ xp̄s in quo fuerunt bona patrie: credidit quidē ꝛ sperauit resurrectionē tertia die futurā: ꝑ qua ꝛ patrē orauit nec tn̄ fidē virtutē vel spem habuit: q: non enigmaticā ꝛ specularē: sed clarissimā de ea cognitionē habuit: q: nō perfectius eā cognouit p̄teritam q̄ intellexit futuram. Sperauit tn̄ christ⁹ sicut in psal. ait. In te do. spe. nec tn̄ fidē vel spem virtutē habuit q: per spēm videbat ea que credebat. De antiquis vero patribus: quia apud inferos vsq; ad passionē tenebantur nō incōgrue dici pōt: ꝙ fidē ꝛ spem virtutē habuerint: q: credebant ꝛ sperabāt se visuros deum per speciem qualiter eum tunc nō videbant: q: eis nō patuit cognitio dei ꝑ speciem ante passionem xp̄i: qua cōsummata a fide trāsierunt ad speciem.

¶Diuisio textus.



Postquā magr̄ determinauit de fide. hic scd̄o determinat de spe. Et diuidit in duas partes. In p̄ma determinat de spe. In scd̄a ostēdit in quibus spes inueniť. ibi. (Post hec superest inuest.) Circa primū duo facit. primo determinat de spe s̄m se. In scd̄a de spe per cōparationē ad fidē ibi. (Et sicut fides.) Et circa hoc duo facit. primo ondit ꝯueniētiā inter fidē ꝛ spem. scd̄o differentiā. ibi. (Distinguit tn̄.) (Post hoc supest.) Hic ostēdit quoꝝ sit habere fidē. Et circa hoc duo facit. prio inquirit vtrū in xp̄o fuerit fides. scd̄o vtrū in antiqs patribus in limbo existentibus ibi. (De antiquis v̇o patribus.) Hic q̄runtur duo. Primo de spe s̄z ꝙ ē passio secundo de ipsa s̄m ꝙ est virtus.

¶Questio. i.

Circa primum q̄runtur q̄nqꝫ. Primo vtrū spes sit passio. scd̄o i quo sit. tertio de dr̄ia eius ad alias passiōes. q̄rto vtrū sit vna de q̄tuor passionib⁹ p̄ncipalib⁹. q̄nto vtrū possit esse in parte intellectiua.

¶Utrum spes sit passio.



Ad primuꝫ sic ꝓcedit. videtꝫ ꝙ spes non sit pas. sio: spes em̄ est expectatio: sꝫ expectatio dicit imobilitatem: cuꝫ ḡ ois passio in motu cōsistat. videť ꝙ spes nō sit passio. ¶Preterea. opposita sunt in eodem gn̄e: sꝫ ph̄s. 7. phy. diuidit spem ꝯ memoriā diuidēs actiones vtriusqꝫ abinuicē. cum ergo memoria non sit passio: nec spes passio erit. ¶Preterea. expectare a spectādo dr̄. spectare autēꝫ est videre: cum ḡ videre non sit passio aialis s̄m ꝙ ꝓprie loquimur de passionibus anime: vn̄ ꝙ spes q̄ est expectatio non sit passio. ¶Preterea. passio ale in parte sensitiua est: vt dicit ph̄us in

7.phy.sz spes cum sit de futuro bono nō pōt eē in pte sensitiua: qz sensus ē p̄ntiuz tm̄.ḡ spes nō est passio. ¶ Preterea. nihil patitur nisi ex p̄ntis agētis: sed spes nō ē de p̄ntibus: sz de futuris.ḡ nō ē passio. ¶ Sz ɔ̄. spes ɔ̄ timorem diuidit: sz timor est passio.ḡ ⁊ spes. ¶ Preterea spes ad appetitiuā potentiā ptinet: qz hz bonum p obiecto: sz motus appetitiue partis dr passio aīe: qz ad eum sequit delectatio ⁊ tristitia qd ppriū est passionū. vt dr in. 2. ethi.ḡ vt prius. ¶ Preterea. p̄ns ⁊ preteritum nō diuersificant genus: sed gaudiū qd est de p̄senti bono est in genere passiōis. ergo ⁊ spes que est de bono futuro.

Respōdeo dicendū q sicut prius di.15. dictū ē: q q̄uis oīs opatio potētiarū aīe: q̄ per sua obiecta in actum reducunt: sicut intellūs possibilis sensus ⁊ appetitus possint dici passiōes: tn̄ pprie loquēdo passio ē in operatiōibus appetitus sensitiue partis: sm q Damascenus dicit in. 2. li. q passio ē motus appetitiue ɔ̄tutis sensibilis qui ē ex imaginatione boni vel mali. Spes aūt dicit extēsionē appetitus in illud qd appetibile ē. Inueni ē aūt nō solū in hoībus: sz etiā in alijs aīalib⁹: qd pz: qz inueniunt aīalia operari pp aliqd bonū futuꝝ estimatū posse: sicut aues faciūt nidū: pp filioꝝ educationē: nec pp finez aliqd facerēt nisi in finē illū q̄si eis posem tenderēt: qz nālis appetitus nō ē impossibiliū. Sitr etiā pz q vnū aīal aggreditur aliud nō nisi ex spe victorie: pz. ergo q spes sit in appetitu sensitiue parꝰ que nobis ⁊ brutis

Spes q̄o in anima libus.

cōis est: ⁊ ita sequit q sit passio.

Ad primū ḡ dōz q appetitiue ptis duplex ē motus. s. psecutio ⁊ fuga. dōz aūt spei qd ē bonū difficile ⁊ arduū rōne sue bonitatꝭ natū ē mouere ad psecutionē: sz rōne sue difficultatis natū ē mouere ad fugam. hic tn̄ motus retardat p spē: ⁊ iō spes importat motū primū in quo saluatur rō passionis: ⁊ n̄ in quiete priuatiue sm motū q̄ ē fuga. ¶ Ad 2^m dōz q diuiditur spes ɔ̄ memoriā nō q̄tū ad essentiā suā: sz q̄tum ad effectū q̄ est cōis memorie ⁊ spei s. delectatio. vn̄ nō sequitur q i gn̄e cōueniant. ¶ Ad 3^m dōm q frequēter noīa imponunt rebus occultis ex suis signis sicut eēntiales dr̄e ex accidētibus noiantur. Signū aūt alicuius quiescētis cuz extensione appetitus in aliq̄d desideratū solet esse q frequenter visum dirigit in illud vt videat: si ex aliqua parte ad ipm accedat: ⁊ iō dispositio p̄dicta quietis cū motu dr expectatio. ¶ Ad 4^m dōm q sicut aīalia cognoscunt rōnez cōueniētis ⁊ nociui nō per inquisitionē rōnis vt hō: sed per instinctū nature q̄ dr estimatio: ita etiā cognoscunt aliq̄d qd futurū ē sine hoc q cognoscant rōnem futuri non cōferendo presens ad futurū: sz ex instinctu naturali: sm q agun tur ad aliquid agendum vel ex impulsu nature interioris vel exterioris: sicut qn̄ agunt ad aliq̄d ad precauendū de futuris q̄ dependent ex motu celi quasi ex eo impulsa: vnde ex eoꝝ operibus homines possunt aliq̄d scire de hmōi futuris: sicut naute presciunt tempestatē futuraz ex motu

Presagia ex animalibus.

motu delphinorū ad superficiem aque descendētium. Et formice veniēte pluuia reponūt granuz in cauernis. ¶ Ad quintū dicendum: q id qd est futurū secundum rez potest esse phs in imaginatiōe. Et quia bonū est natū mouere appetitū secundum q est imaginatū vel intellectū. vt dicitur in tertio de anima: ideo ex tali presentia potest sequi passio in appetitu.

¶ Utrum spes sit in alia vi quā in concupiscibili.



Ad secundum sic pcedit. videt q spes nō sit in alia vi q̄ in ɔcupiscibili. Arduū enim vel difficile non addit aliquā rōnez appetibilis supra bonū: qr difficile magis hz rōnē fugibilis q̄ appetibilis. Arduū aūt nō differt a bono nō arduo nisi secundum magis r minus: sed vis cōcupiscibilis est boni qd desideratr: cū ergo obiectū spei sit bonū arduū vel difficile: videt q spes sit in cōcupiscibili. ¶ Preterea. sicut volūtas est boni appetibilis in pte itellectiua: ita ɔcupiscibilis in pte sensitiua sed in pte intellectiua oē qd ad appetitū ptinet est volūtas. g et in pte sensitiua oē qd ad appetitū ptinet est vis cōcupiscibilis: r ita cū spes ad appetitū ptineat vt dcm est. vr q sit in cōcupiscibili. ¶ Preterea. gaudiū r delectatio in concupiscibili sunt: sed spes facit gaudiuz. Ro. 12. Spe gaudētes. r delectationē. vt dicit phs in. 7. phisi. ergo spes est in cōcupiscibili. ¶ Preterea presens r futurū non diuersificant appetitiuā potentiā cū accidāt appetibili inquātū hmōi: sz gaudiū r spes nō differūt: nisi sz id qd gaudiū est de bono presenti: spes autē de bono futuro. ergo cū gaudiū sit in cōcupiscibili: et spes in eodem erit. ¶ Preterea. eiusdē est moueri ad terminū r in termino quiescere: sed spes iportat motū in aliquē terminuz in quē cum aliqs deuenerit gaudet. cū g gaudere sit ɔcupiscibilis r sperare erit concupiscibil. ¶ Sed ɔ. ɔcupiscibilis per se loquēdo nō ordinat ad arduū: sed magis irascibilis. cū ergo obiectū spei sit arduū opz q spes nō sit in ɔcupiscibili: sz in irascibili. ¶ Preterea. idē est subm ɔriorū: sed spei opponit timor. cuz ergo timor sit in irascibili non in ɔcupiscibili: sicut r audacia que iterū timori opponit: vr q spes et sit in irascibili. ¶ Preterea. ira sine spe esse nō pōt. vt dicit Auic. in. 6. de nālibus. vnde ex offensa illa de cuius vindicta non est spes sicut cū quis a rege offenditur nō est ira: sed odiū magis vel timor. ergo cū ira non sit in concupiscibili: nec spes.

Respōdeo dicendum q potētie passiue variātur secundum q sunt nate moueri a diuersis actiuis p se loqndo. ppriū aūt motiuū appetitiue virtutis est bonū apphensuz. vnde opz q secundum diuersas virtutes apphendētes: sint et diuersi appetitus. s. appetitus rōnis q est de bono apphenso secundum rōnē vel intellectū. vnde est de bono apprehēso simplr r invniuersali: r appetitus sensitiuus qui est de bono apprehēso secundum vires sensitiuas. vnde est de bono pticulari et vt nūc. Sed qr potētia passiua nō

extendit se ad plura q̄ virt⁹ sui actiui s̄m q̄ dicit Commē. in. 9. Meta. q̄ nulla potētia passiua est in nā cui nō r̄ndeat sua potē tia actiua nālis: iō appetit⁹ sensitiuus ad illa tm̄ bona se extendit ad que se extēdit apphensio sensitiua.

Resolutio optia.

Quia aūt. vt dicit diony. 7. ca. de di. no. diuina sapientia cōiungit fines p̄mo⌐ principijs secundo⌐ū: qr ois nā inferior in supmo attingit ad ifimū nature supioris sz q̄ participat aliqd de natura supioris q̄uis deficiēter. ideo taz in apphēsione q̄ in appetitu sensitiuo inuenitur aliqd in quo sensitiuū rōnem attingit. Qd em̄ aial imaginet formas apphensas p sensum hoc est de natura sensitiue apphēsionis s̄m se: sed q̄ apprehēdat illas intētiones que non cadūt sub sensu: sicut amicitiaz odium ⁊ hmōi: hoc est sensitiue partis s̄m q̄ attingit rōnē. vnde pars illa in hoib⁹ in qb⁹ est perfectior ppter cōiūctionē ad aiaz rōnalem dr̄ rō particularis: qr cōfert de intētiōibus pticularibus. in alijs aūt aialibus: qr nō cōfert. sed ex instictu nāli habet hmōi intētiones apphēdere nō dr̄ rō: sed estimatio. Silr̄ etiā ex parte appetitus q̄ aial appetat ea que sunt ꝯueniētia sensui delectationē faciētia s̄m nām sensitiuā est ⁊ ptinet ad vim cōcupiscibilē: sed q̄ tēdat in aliqd bonū: qd non facit delectatiōez in sensu: sed magis natū est facere tristitiā rōne sue difficultatis: sicut q̄ aial appetit pugnaz cum alio aiali: vel aggredi aliā quācūq̄ difficultatē: hoc est in appetitu sensitiuo s̄m q̄ natura sensitiua attingit intellectiuam. et hoc ptinet ad irascibilē. Et ideo sicut estimatio est alia vis quā imaginatio: ita irascibilis ē alia vis q̄ ꝯcupiscibilis. obm em̄ cōcupiscibilis est bonū quod natū est facere delectationē in sensu: irascibilis autē bonum qd difficultatē habet. Et qr qd est difficile nō est appetibile inq̄tū huiusmodi: sed vel in ordie ad aliō delectabile vel ratōe bonitatis que difficultati admiscet. Cōferre autē vnuz ad aliud ⁊ discernere intentionez difficultatis et bonitatis in vno ⁊ eodez est rōnis: iō pprie istud bonū appetere est rōnalis appetitus: sed cōuenit sensitiue s̄m q̄ attingit p quādā impfectā pticipationem ad rōnalē: non quidē ꝯferēdo vl discernēdo: sed nāli instictu mouet in illud sicut dcm̄ est: de estimatōe. ¶ Et p hoc pz etiā q̄ irascibilis est altior q̄ cōcupiscibil ⁊ ppinquior rōni. ⁊ iō incōtinēs ppter cōcupiscentiaz q̄ nulla lege vtit̄ magis est turpis q̄ iracūdus qui vtit̄ legibus: sz puersis. vt dr̄ in. 7. ethi. vñ etiā vitia que sunt in cōcupiscibili sūt maioris infamie q̄ ea q̄ sunt in irascibili.

Irascibil' est altior concupiscibili.

Ex his ergo iam planū est videre q̄ passio sit in irascibili: ⁊ que in cōcupiscibili. ois. n. passio de cuius itellectu est appetitus in bonū vel cōueniens simplr̄ est in cōcupiscibili: sicut amor delectatio ⁊ hmōi: ⁊ eorū opposita. Ois aūt passio de cuius itellectu est appetitus i bonum cū circūstantia difficultatis est in irascibili: ⁊ hmōi sunt oia illa que importāt bonū vel malum: cū determinatōe alicuius q̄titatis: sicut ira que non ex q̄libet lesione cōsurgit: sz ex

ea quā potest aliqs vindicare: et tamē nō hz in pmptu vindictā. Timor etiā non est de quolibet malo: sed de malo cui nō potest resisti vel difficulter resistitur. Spes aūt iportat motū appetitus in aliqđ bonum cōmensuratuz appetēti. Non eīn est de bono tanto ad qđ nullo mō possit pueniri: nec iterū de taz paruo q p nihilo habeat: sed de eo qđ est possibile haberi: et tamē ē difficile ad habendū: pp qđ dicit arduū. vnde pz q spes fm q est passio est in irascibili.

Ad primū ergo dicendū q difficile vel arduū addit quādaz specialē rōnē bonitatis. s. pciositatē quādaz ex hoc ipso q non de facili habet: sicut dr oē rarū carū. ¶ Ad fm dōm q natura rōnalis ex seipsa cōferre hz et discernere. vnde bonū qđ est ex seipso appetibile vel qđ indiget collatiōe et discretiōe: ad hoc q appetat fm naturā rōnalis apphēsionis appetituz rationalē mouet et ideo ex hoc nō diuersificat appetitus rationalis: sed dicit voluntas vniuersaliter: non sic autem est de appetitu sensitiuo. vt patet ex dictis. ¶ Ad tertiū dicendū qđ inquātum spes est de difficili arduo nō delectat: sed magis affligit: cum ex hoc ipso sit distans: sed inquātum est de bono possibili acquiri sic facit delectationē: qz sicut quod est in potentia iam habet inchoationem sui esse: ita qđ apprehēditur vt possibile adipisci apprehēditur: vt iam quodāmodo presens: et ideo spes delectationem facit: et hec delectatio non est in concupiscibili: sed in irascibili: quelibet enī potentia appetit sibi cōueniens et de eo delectatur: vt infra dicetur. bonum autez arduū ex hoc ipso q est possibile adipisci est cōueniens in irascibili. vnde in ipsum tendit. ¶ Ad quartuz dicendū q obiectuz irascibilis est bonum difficile: quod autē habetur iaz nō est difficile: sed tantum dum nō habetur: et iō non omnes passiōes irascibilis sunt futuri: sicut timor et spes. ¶ Ad quintum dicendū q obiectū irascibilis est bonuz difficile: quod quādoqz habet bonitatē ex ordine ad aliud. vnde in actu vl' motu irascibilis est duplex terminus. pmus est primus fm q terminat in obiectū pprium vt quādo cōsequitur victoriā. Et quia pprium obiectū irascibilis habet difficultatē: ideo nō est delectabile alicui simplr: sz est delectabile ei scdm hanc vim cuius actus est pfectus: per hoc q ptingit ad obiectū pprium quod iaz cōsecutum est: sicut quādo aliquis delectat de hoc qđ vincit: q̄uis simpliciter sensibilē dolorem de vulneribus sustineat: et de fatigatione tristitiā habeat. Et ideo hec delectatio nō est cōcupiscibilis: sed est pprie irascibilis: sicut delectatio que est ppria in actu vidēdi est ppria ipsius visus. secūdus terminus est vltimus finis in quē obiectū pmuz ordinatū est. hoc autē est aliqđ quod fm seipm est conueniens et delectabile: sicut q alal postq̄ vicit aliud alal vtitur ad libituz ppria voluptate. Et hec delectatio ptinet ad cōcupiscibilem. Irascibilis enim ad cōseruationē cōcupiscibilis ordinat:

Spēs delectat et affligit

vt.s. ppter difficultatē interue-nientē delectatio ꝯueniens non omittat. Et iō dicit Dama.in se cūdo lib.ꝙ ira est audax ꝯcupi-scentie vindex: ꝛ ppter hoc etiā dicit phus in octauo de aialibꝰ. ꝙ aialia pugnāt adinuicē ppter cibum ꝛ ppter coytum: qꝛ circa has delectationes precipue est concupiscibilis.

¶Utrum spes differat ab alijs passionibus.s.timore ꝛc.



D tertiū sic pcedit.videt ꝙ spes nō differat ab alijs passiōibꝰ spes em̄ importat expectationē: sed ōis motus appeti-tus vr̄ esse expectatio: que nihil aliud dicit ꝗ ptensionē in aliqd bonū. ergo spes nō distinguitur ab alijs passiōibus que ad appeti-tū pertinēt. ¶Preterea. expecta-tū bonū est obm̄ spei q̄ est expe-ctatio: sꝫ expectatū bonū cōcupi-scentiā ꝯstituit. vt dicit Damas. 2.li. ergo ꝯcupiscētia est idē ꝙ spes ¶Preterea. idē motꝰ est a termi-no ꝛ i terminū: sꝫ timor dicit mo-tū appetitus a malo. spes autē dicit motū eiusdē in bonū. ergo idē est timor et spes. ¶Preterea. sicut se hꝫ albū ꝛ nigrū ad visuꝫ: ita se hꝫ bonū ꝛ malū ad appetitū: sed albū ꝛ nigrū nō diuersificāt ne-qꝫ potentiā visiuā: neqꝫ passio-nes eius. ergo nec bonū ꝛ malū diuersificāt passiōes appetitꝰ: ꝛ ita timor ꝛ spes nō sunt diuerse passiones: ꝗuis sint de bono et malo. ¶Preterea. spes vt dictū est. dicit ptēsionē appetitus i ali-qd arduū: sed hoc idē inuenitur in audacia ꝯfidēda siue fiducia ꝛ ira. ergo ōia ista sunt idē ꝙ spes.

¶Sed ꝯ. quoꝝ diffōnes sunt di-uerse: ꝛ ipsa differūt: sꝫ diffinitio spei nō couenit alijs passiōibꝰ. ergo ꝛ spes ab alijs passiōibus distin-guit. ¶Preterea. q̄cūqꝫ sūt idē. vnuꝫ nō pōt esse sine altero: sed spes pōt eē sine alijs. ergo spes ab alijs differt. ¶Preterea. motus differūt penes terminos: sed nō est idē terminus seu obm̄ spei et aliarū passionū: qꝛ speratū bonū est obiectū spei. non autē per se loquendo aliaꝝ passionuꝫ. ergo spes differt ab alijs passiōibus.

Respōdeo dōm ꝙ passiones aie de qbꝰ loquimur: pmo distigūū-tur ex hoc ꝙ quedā iportant bo-nū ꝛ malū absolute: ꝛ he ptinēt ad ꝯcupiscibilē: quedaꝫ vo ipor-tāt aliquā mensurā boni vel ma-li: vt ex pdictis pꝫ. ꝛ hec ptinent ad irascibilē. passionū ergo i cō-cupiscibili existētiū. quedā ipor-tāt habitudinē ꝯcupiscibilis ad suū obm̄: quedā vo motū ipsius respectu obiecti: quedā vo im-pressionē relictā in ipa ex p̄sen-tia obiecti. Cū aūt obm̄ appeti-tus sit bonū vel maluꝫ: qdlibet istoꝝ per hec duo diuiditur. Amor em̄ importat habitudi-nē ꝯcupiscibilis ad bonū: odiū vero ad malū: qꝛ amor amatuꝫ ꝯ-ponit cōnaturale: ꝛ quasi vnū amāti: cuius ꝯtrium facit odiū. Et qꝛ hec habitudo pficitur ex p̄ntia obiecti: iō amor ſm perfe-ctā sui rōnē est habiti. vt dicit Augu. Motus aūt ꝯcupiscibi-lis in bonū dr̄ desideriū: in ma-lum autē est inolatus: sed dica-tur fuga Impssio vo relicta in cōcupiscibili ex p̄ntia boni di-cit delectatio vel gaudiū: sꝫ pre-sentia mali dr̄ tristitia vel do-

Distinctō magralis passionū aie

lor. Qualr autē tristitia ꝛ dolor differāt: supra di. 15. dcm̄ est. Eodem etiā mō differūt delectatio sensibilis ꝛ gaudiū. Letitia aūt dicit effectū gaudij in dilatatōe cordis. vnde dr̄ letitia quasi latitia. Exultatio aūt effectū ipsius in signis exterioribus: inq̄ꝫtum gaudiū interius ad exteriora ꝓrumpēs quodāmodo exilit. Qr aūt irascibilis ꝓpter cōcupiscibilē est aīalibus data vt non deficiat in suo actu: iō passiōes irascibilis ex passiōib' cōcupiscibil' originē h̄nt. Adiuuat aūt cōcupiscibilē irascibilis ꝛ in bono et malo. In bono quidē vt delectabile cōcupiscibili cōueniēs non obstāte difficultate ꝓsequatur. In malo aūt nociuū difficile repellatur. Passio ḡ irascibilis vl' orit̄ ex passione ꝯcupiscibil' quā facit apph̄ensio appetibilis: vl' quā facit p̄ntia ipsius. Si p̄mo mō vel respectu boni: ꝛ hoc vel possibilis ꝯseq̄ in qđ tenēdū est: ꝛ sic est spes: vel nō potis qđ dimittēdū est: ꝛ sic est desperatio. Aut respectu mali: ꝛ hoc vl' possibilis repelli cui resistēdū est: ꝛ sic est audacia: vel nō possibil' repelli qđ fugiendū est. ꝛ sic est timor. Si aūt ex p̄ntia appetibilis hoc nō pōt esse respectu boni: qr ex quo cōcupiscibilis suo delectabili fruit̄ nō indiget irascibili: qr nō hꝫ difficultatē in illo: sꝫ est respectu mali qđ repellendū est ꝛ difficultatē h̄ns: ꝛ sic causatur ira: si est pole repelli. Alias passio in cōcupiscibili sistit. Et iō ira nō hꝫ passionē contrariā: neqꝫ ḃm ꝯrietatē boni vel mali: sicut gaudiū ꝛ tristitia: que cōtrarietas est ꝓpria passionum cōcupiscibilis: vel ḃm ꝯrietatē possibilis ꝛ non possibilis: sicut spes ꝛ desperatio que ꝯrietas ē ꝓp̄a passionū irascibil'. ¶ Sciendū tñ ꝙ ira causat̄ non solū ex re incōuenienti p̄nte: sicut cū q̄s irascit̄ de vulneratiōe: sed etiā ex incōuenienti aliq̄n p̄nte: sicut cū q̄s irascit̄ ex iniurijs illatis: ꝛ etiā ex appreh̄ēsione habiti incōuenientis. Et iō ira causat̄ ex dolore q̄ꝫtū ad primū: ꝛ ex tristitia: vt dicit Dama. q̄ꝫtū ad ḃm. Sic ergo passiones aīe ꝑ essentiales differētias diuidunt̄. Inueniūtur etiā diuersificari nōia passionū per dr̄ias accidētales que quidē accidūt vel ipsi passioni vt intēsio eius: vel ex obo. Si p̄mo mō sic cōcupiscentia dicit intensionē desiderij. zelus intensionē amoris nō patiēs ꝯsortiū in amato. Abhominatio intensionē odij. Exultatio intēsionē gaudij vt in signo exteriori ꝓrumpat ḡnaliter. Et sil'r hilaritas q̄ꝫtū ad signū qđ ostendit̄ in facie. Et iocūditas q̄ꝫtum ad signa que ostendūtur ēt in actibus. Accidia aūt intensionē tristitie intātū vt imobilitet hoīeꝫ actioneꝫ retardās. vñ dr̄ a Damas. ꝙ est tristitia aggrauās. i. imobilitans vel athos inq̄ꝫtum prohibet locutioneꝫ: qr vt dicit Damas. est vocē auferens. presumptio autē intēsionē spei. Audacia autē excessum cōfidentie in aggrediēdo terribilia. Furor autē intensionē ire. Cum auteꝫ obiectū propriū ꝛ per se istaruꝫ passionū sit bonum: vel malum apparēs: ea que accidentalr̄ se habēt ad hec faciunt accidētalem differentiā in passiōibus ex parte obiecti: sicut tristitia que est de malo qđ est apparēs ma

alia distictio passionū aīe.

lū tristanti: hoc autē accidit esse bonuz vel malum alteri. Si ergo tristitia sit de malo quod est malū alteri. et per hoc apprehēditur malū ipsi tristanti: sic ē misericordia. Si autē sit bonuz alteri: et per hoc apphenditur vt malū propriū: sic est inuidia que est tristitia de pspĕritate bonorum: vel semesis que est tristitia de psperitate malorū. vt dicit. 2. Ethi. Similr etiā timor distinguitur: qr malo difficili superāti facultatē timentis accidit aliquid duplr: vel ex parte ipsius mali: vl ex parte timētis. primo modo accidit sibi turpitudo et hoc vel in se: et sic est verecūdia que est de turpi actu: vel in opinione: et sic est erubescentia que est timor de 9uicio: vt dicit Damas. vel verecūdia de turpitudine culpe. Erubescētia de turpitudine pene. Ex parte autē timētis sumūtur accidētales differētie timoris hoc modo: qr terribile vel excedit facultatē timentis in agendo: et sic est segnicies vel ignauia q̄ est timor future operatiōis vt dicit Damas. Uel in cognoscēdo: et hoc triplr: vel pp̄ter cognoscibilis altitudinez: et sic est admiratio que est timor ex magna imaginatiōe: vel propter eius in cōsuetudinem: et sic est stupor qui est timor ex assueta imaginatiōe: vel pp̄ter in certitudinē: et sic est agonia que est timor infortunij. Et hoc idē dicitur trepidatio vel dubitatio. Sic ergo patet quomodo spes ab alijs passionibus differat: et quomodo etiā omnes alie passiones abinuicez distinguātur.

Ad primū ergo dicendū q sicut supra dictū est: expectare importat ptensionem appetitus i aliquid cū quiete priuāte fugā vel recessum. hec autē quies cōtingit ex difficultate eius in qd̄ motus appetitus tendit: sed nō in promptu est vt habeat: qd̄ enim in promptu est sine mora acquiritur. Et qr bonū cum difficultate pp̄rie est obiectū irascibilis: ideo expectare pp̄rie ad irascibilem ptinet tendentē in aliquod bonū. habet autē se ad spem sicut cōe ad pp̄rium inq̄tuz spes addit certitudinē circa expectationem. ¶ Ad sm ergo dicendū q Damas. loqtur large. Accipit. n. expectatū bonū p bono qd̄ nōdum habet: qd̄ quidē cōe est cōcupiscētie et spei. ¶ Ad 3m dicendū q mot9 a termino et in terminū quāq3 sunt 9trij: quāq3 idem: quāq3 disparati. Si eīm termini a quo et ad quē sunt 9trij sic motus est idē: sicut a nigredine in albedinē. Si aūt sit idē termin9 a quo et in quē: sic motus sunt 9trij: sicut motus ab albedine in albedinē. Si aūt sint diuersi nō contrarij: sic motus sunt diuersi disperati: sicut motus ab albedine ad calorē. his modis vltimis spes et timor se habēt: qr cōtrarietas que attēditur in irascibili est sz facile et difficile: siue possibile et impoe: nō autē circa bonū et malum: qr circa hoc est cōcupiscibilis. vnde si cōsideret pp̄ria rō obiecti irascibilis sic timor 9trariatur spei: qr timor est a difficili ad qd̄ est spes: si autez cōsideraf ratio difficilis sic sunt disperata: qr timor est a difficili in genere malorū: spes autem a difficili in genere bonorū. ¶ Ad quartū dicendū q passiōes co-

gnitiua℞ virtutũ sunt a reb⁹ ſm esse spũale. Et qꝛ ſm hoc esse nõ hñt ꝯria ꝯrietatẽ: iõ nõ causant ꝯte passiones ex ꝯriis in potentiis cognitiuis. Sꝫ passiões appetitiue sunt ex rebus ſm suuꝫ esse naturale: qꝛ appetitus ẽ de bono ⁊ malo q̃ sunt in rebus. vt dicit phs in. 6 meta. ⁊ iõ cuꝫ ſm esse naturale ꝯrietatẽ habeãt ꝯrias passiões causant. ¶ Ad 5m dõm ꝙ cum arduũ siue difficile sit ꝓpriũ obiectũ irascibilis: ꝯrie faciẽtes oppositiones in passionibus irascibilis sunt: difficile facultatẽ superãs vel nõ superãs ⁊ vtrũqꝫ est vel bonũ vel maluꝫ. Fiducia ꝗ seu cõfidentia important motũ irascibilis in id quod estimat vt facultatẽ nõ excedẽs qđ quidẽ spãliter circa bona importat spes: circa mala autẽ audacia: nisi ꝙ audacia excessum importat qñqꝫ. vñ in malũ qñqꝫ accipit. motus aũt appetitus in id qđ estimat vt superans facultatem siue in bonũ siue in malũ est diffidẽtia. In bonũ aũt spãliter est desperatio: in malũ auteꝫ timor. Ira aũt est passio cõposita ex audacia vel dolore ⁊ spe: vt ex dictis patere potest.

Arduum bonuꝫ ẽ obiectũ irascibil.

¶ Utrum spes sit ꝑncipalis passio: vel amor: vel desideriuꝫ: vel audacia: vel penitentia.



Ad quartũ sic proceditur: vr ꝙ spes nõ sit principalis passio. Amor. n. vehementius affectionẽ imutat ꝗ̃ spes. vñ hoiem extra se facit: vt dicit Dio. 4. ca. de di. no. sed amor nõ ponit vna de principalibus passionibus. ꝗ neqꝫ spes. ¶ Preterea. cõcupiscere ẽ de futuro bono sicut ⁊ spes: sꝫ concupiscentia vel desideriũ nõ ponit passio ꝑncipalis. ergo nec spes. ¶ Preterea. denoiatio semꝑ fit a principaliori: sꝫ irascibilis denominat ab ira. ꝗ est ꝑncipalior spe q̃ est in irascibili. ¶ Preterea obiectũ irascibilis est difficile ⁊ arduum: sꝫ audacia tendit in arduum magis ꝗ̃ spes vel non minus. ꝗ audacia ẽ magis ꝑncipalis ꝗ̃ spes. ¶ Preterea. sic spes est de futuro: ita penitentia ẽ de preterito: sed ꝓteritũ est certius ꝗ̃ futurũ: cum ꝗ penitentia non ponat ꝑncipalis passio: nec spes principalis passio debet poni.

¶ Sꝫ ꝯ est ꝙ Boe. in li. de cõso. dicit. Gaudia pelle: pelle timorẽ spemqꝫ fugato: nec dolor adsit: ⁊ ita spes cõnumerat aliis principalibus passionibus ¶ Preterea. spes opponit quodãmõ timori: sꝫ timor est principalis. ꝗ ⁊ spes. ¶ Preterea. passio que est in cõcupiscibili de bono est ꝑncipalis sicut gaudiũ. ergo eadem ratiõe passio que est de bono in irascibili est principalis. hec autem est spes. ergo spes est principalis passio.

Respõdeo dicendũ ꝙ principalitas passiõis in duobus cõsistit: quo℞ vnuꝫ ẽ ex parte obiecti: vt s. passio sequat ſm rõnẽ ⁊ aptitudinẽ obiecti: vt. s. bonũ ꝓsequat ⁊ malũ fugiat. scđꝫ est ex parte ipsius passiõis. vt. s. motus illeꝫ perfectus sit ꝗ̃tuꝫ possibile est ſm genus illud. Et iõ in ꝯcupiscibili sunt due principales passiões tm̃. s. gaudiũ ⁊ tristitia: qꝛ motus cõcupiscibilis terminat in ipsa re cõiuncta: q̃ facit gaudium ⁊ tristitiã. Et iterum bo-

Principalitas passionis est in duob⁹

nū de sua ratiōe natū est facere gaudiū inq̄ztū est conueniens: ⁊ tristitiā inq̄ztū nociuū est. In irascibili āt sunt tm̄ due. s. timor et spes. q2 in his ꝯficitur mot⁹ irascilis q̄ztū est possibile in genere illo. vn̄ non importāt motū perfectū simpliciter: sed inq̄ztū possibile est in gn̄e irascibilis: quia mot⁹ irascibilis inq̄ztū hmōi nō perficit ad presens: vt pri⁹ dictū est: sicut ꝯcupiscibilis: sed perficitur in certitudine inclinatiōis respectu sui obiecti. vn̄ timor et spes habēt quādā certā inclinationē ad obiectū suuz. timor ad nō posse fugere malum. spes ad posse cōsequi bonū. vn̄ confidentia nō dr̄ principalis passio: que habeat certitudinē: nec importat. Simil'r ēt timor ꝯsequit̄ ex malo inq̄ztū est malū: q2 de natura sui hz vt fugiat̄. spes aūt ex rōne boni inq̄ztū est bonū: q2 ð natura sui hz vt expectet̄. Et ideo ꝯsuenit numer⁹ ꝑncipaliū passionū hoc mō accipi. Q2 aut sunt ð presenti in quo perficit̄ motus concupiscibilis: aut de futuro in quo consistit motus irascibilis inq̄ztū est de difficili. Si prio mō: aut de bono: ⁊ sic ē gaudiū: aut de malo: ⁊ sic est tristitia. Si scḋo modo aut de bono: ⁊ sic ē spes: aut de malo: ⁊ sic est timor

Ad primū ergo dōm q2 amor nō dicit terminuz in motu concupiscibilis: cū nō sequat̄ ex coniunctiōe rei: sicut delectatio: vel gaudiū. ¶ Ad 2m dōm q2 mot⁹ cōcupiscibilis pōt vlterius terminari q̄ztū ad futurū: ⁊ iō concupiscē tia⁊ desideriuz non sunt passiones principales: mot⁹ aūt irascibilis non ⁊ ideo in futuro terminatur: ⁊ ꝑpter hoc spes et timor sunt principbles passiōes ¶ Ad tertiū dicendū q2 potētia in qua ē spes denominat̄ ab ira: q2 est vltimū in passionib⁹ eius denominatio aūt cōsueuit fieri ab his que sunt vltia in re: non tm̄ est principalis: q2 hz motū in nociuū nō quidē fugienduz: qð est de rōne mali ⁊ nociui: sed aggregiendū. ¶ Ad 4m dic dōm est de audacia q2 timor q̄ fugaz iportat ꝯsequit̄ ex rōne mali qð de se est fugibile. non aūt aggresibile qð audacia facit: ⁊ iō non est principalis passio. ¶ Ad 5m dōm q2 penitētiā cōtinet̄ sub tristitia. Vn̄ sciendū est q2 oēs predicte passiōes ad has principales passiōes reducunt̄: vel sicut species ad gen⁹ sicut admiratio ad timorē: vel sicut imperfectuz ad perfectum: sicut cōcupiscētia ad gaudiū vel sicut effectus ad causaz ⁊ ꝑticipans ad ꝑticipatū sicut audacia ⁊ ira ad spem: q2 spes tendit in bonum arduū qð de se est tale: vt in illud debeat tendi. Audacia aūt ⁊ ira tēdunt in arduū nociuū repellendū: qð quidē nō est tale: vt in ipsuz tendi debeat: sed magis vt fugiatur tendit̄ tm̄ in ipsuz inq̄ztuz participat aliq̄d de rōne boni qð est victoria ipsi⁹: ⁊ ideo etiam spes ꝑticipat̄ quodāmō in audacia: ⁊ ira: sicut qð est per se in eo qð est per accidens Reductio passionū ad principales.

¶ Utrū spes possit esse in parte intellectiua



D quintū sic ꝑcedit̄. videt̄ q2 spes nō possit eē in parte intellectiua: q2 passiōes sunt tm̄ in ꝑte sensi

tiua: vt dicit phs. 7. phy. sz spes est passio. ergo est in pte sensitiua. ¶ Preterea. ea q̄ sunt in pte intellectiua sunt ipsi⁹ anime ƒz se sine hoc q̄ cōmunicat corpi. spes vero nō est ipsi⁹ aie ƒz se sz cū ꝯiūctiōe corpis eadē ratione qua gaudiū ⁊ amor vt dr in primo de aia. ergo spes non est in parte intellectiua. ¶ Preterea. subiectū spei est irascibilis: sed irascibilis non est in pte intellectiua: sz in sensitiua q̄ anim⁹ dr in. 3. de aia. Cū ergo passio non excedat subiectū suuz. nec spes erit in rōali. ¶ Preterea. sicut dicit phs in lib. de memoria. Memoria nō est in pte intellectiua qr ꝯcernit determinatā tpis differētiā. s. pteritū: sz sicut memoris cōcernit pteritū: ita spes cōcernit futurū. ergo spes nō pōt eē in pte intellectiua. ¶ Preterea. in pte intelectiua nō sunt cōtrarie passiōes: qr delectatiōi q̄ est ƒm intellectū nihil est ꝯriuz. vt dicit phs p° Thop. cuz ergo spes sit passio ꝯrietatez hñs ad timorē ⁊ desperationē. vr q̄ non possit eē in pte intellectiua.

¶ Sed ꝯ. quicqd inuenit cōiter in deo ⁊ in nobis de opibus aie ad ptē intellectiuā ptinet: q̄ solū est imaterialis: ⁊ in hoc deo similis: sz delectatio ꝯuenit nō solū nobis sz ēt deo. vt dicit in. 7. Ethi. qr ipse simplici operatiōe gaudet ergo delectatio ē in nobis ēt in parte intellectiua: ⁊ ita eadē rōne spes q̄ est de delectatiōe futura. ¶ Preterea. quicqd permanet in nobis post separationē aie a corpe hoc ad partez intellectiuā ptinet: q̄ sola est separabilis ƒm phm: sed spes est hmōi: qr erat in illis patrib⁹ q̄ in limbo erāt: vt dr in littera. ergo spes est in parte intellectiua. ¶ Preterea. ad quācūq3 potentiaz ptinet obiectū passionis: et passio: sed obiectū spei ē arduuz bonū: qđ etiā ad intellectiuam partē pertinere pōt. ergo spes pōt esse in pte intellectiua.

Respōdeo dōz q̄ operatiōes sensitiue sunt nobis magis note q̄ operatiōes ptis intellectiue. qr cognitio nr̄a incipit a sensu: ⁊ terminat ad intellectū. Et qr ex notiorib⁹ minus nota cognoscunt. noīa aūt ad innotescēdū rebus imponūt: iō noīa opationū sensitiue ptis trāsferunt ad opatiões intellectiue ptis: ⁊ vlteri⁹ ex hūanis in diuina. Et hoc ptz in apphēsiuis opationib⁹: qr illud q̄ certitudinaliter quasi phs tenem⁹ p intellectū dicimur sentire vel videre. Et imaginari dicimur cū quiditatē rei intellectu concipimus ⁊ sic de aliīs: q̄uis ista diuersimode intelligantur cū dicunt de apprehēsiōe sensitiua q̄ apphēdit materialr in pticularib⁹: ⁊ de intellectiua q̄ apprehēdit imaterialr: ⁊ in vniuersali: ⁊ iō etiā iponit nomē intellectiue opatiōi p qđ discernitur a sensitiua sicut intelligere ⁊ scire ⁊ hmōi. Similiter noīa operationū appetitiue sensibilis ptis transferunt in opationes appetitiue intellectiue ptis: tamē in sensitiua pte sunt p modū materialis ⁊ passionis in parte aūt intellectiua p moduz simplicis act⁹ nō materialiter: ⁊ ideo etiā aliqua noīa imponunt appetitui intellectiuo q̄ ipsum distigūt ab aliīs: sicut velle eligere. ⁊ huiusmodi. Sic ergo spes in parte

Noīa ptis sēsitiue ad intellm trāsfunt.

sensitiua notat quandā passionē materialē: in pte itellectiua simplicē operationē voluntatis imaterialiter tendit in aliquod arduum.

Ad primū ergo dōz ꝙ spes ſm ꝙ est in appetitu rationali .s. volūtate non est passio proprie loquēdo: vt pz ex his q̄ dicta sunt 25. dist. ¶ Ad scdm dōm ꝙ phs loquit ibi de istis ſz ꝙ sunt passiones sensitiue partis: ⁊ ita indigent corpore materialiter. vel ſm ꝙ sunt in parte intellectiua que indiget corpe inq̄tum accipit a sensibus vł a sensitiuis potentijs q̄tū ad statū vie. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ quidā distinguūt irascibilē humanā ⁊ brutalem. simil'r ⁊ cōcupiscilē: ⁊ dicuut ꝙ brutalis ē in parte sensitiua: humana aūt in pte intellectiua: ſz hoc nō est verū: qz appetit⁹ rationalis nō diuidit p irascibilez ⁊ ꝯcupiscibilē: vt prius dictū est vn̄ irascibilis dicit hūana non p essentiā: ſz per pticipationem: sicut dicit phs in prio Eth. ⁊ etiā Dama. in. 2. lib. vn̄ qđ obijcit ꝙ spes in irascibili est: ver̄ est de spe ſm ꝙ est passio. ¶ Ad quartū dōm ꝙ intellectiua apphensio est ſm motū a reb⁹ in animā ⁊ qz in anima intellectiua recipitur aliquid abstractū ab omnibus conditionib⁹ materialib⁹ indiuiduantib⁹: ideo nulla apprehēsio intellectiua concernit aliqđ tp̄s determinate: q̄uis possit esse de quolibet tēpore. vnde in cōponendo ⁊ diuidendo implicat tp̄s. vt dicit in. 3. de anima ⁊ ideo etiā memoria cū sit pars imaginis: que est in parte intelectiua est omniū tēpor̄: vt dictū

Intell's recipit sine cō ditiōi b⁹ indi uiduā tibus.

est in primo lib. dist. 3. opatio appetitus est ſm motū ab anima in res. ⁊ ideo quia res per se cadunt sub hic ⁊ nunc: ideo ⁊ operat io intellectiui appetitus pōt aliqđ tp̄s ꝯcernere. ¶ Ad quintū dōm delectatio: vt prius dictū est: ex duob⁹ ꝯsurgit: vno mō ex ipso actu qui est cōueniēs potentie: ⁊ hoc modo delectatio intellect⁹ nō est aliq̇d cōtrariū: cū eñ intelligibile omnino imaterialiter in itellectu recipiat: non pōt aliquā lesionē intellectui inferre: sicut sensibile excellēs qđ corrūpit sensum: ⁊ iō ois act⁹ intellect⁹ est ꝯueniēs intellectui ⁊ delectabilis quicq̇d sit illud qđ intelligit: ⁊ sic delectatiōi intellect⁹ nō est aliq̇d contrariū. Alio modo cōsurgit delectatio ex cōiunctone rei conuenientis circa quam est operatio. Et qz id qđ apprehendit pōt eē cōueniens intelligēti vel incōueniens inq̄tuz est res quedā licet inq̄tū intellectuz semp sit conueniens: ideo ex parte ista delectationi que est in parte intellectiua pōt esse tristitia cōtraria nō que sit passio: vt dictum est.

¶ Questio. II.



Deinde q̄ritur de spe ſm ꝙ est virt⁹. Et circa hoc querun‑tur quinq̧. Primo vtrum spes sit virtus. Secundo vtrū sit virtus theologica. Tertio quomodo se habeat ad alias virtutes theologicas. Quarto de certitudine ipsius. Quinto quorum sit habere spem.

¶ Utrū spes sit virtus.



D primū sic proceditur. videtur q̄ spes nō sit virtus. spes enī diuiditur cōtra timorē gaudiū & tristitiā: sz nullū aliorum ponitur in genere virtutis: quinimo tristitia ponitur in genere vicij ꝙtū ad accidiā et inuidiā. ponit etiam inter sacramenta ꝙtū ad penitentiā: gaudiū aūt in genere fruct⁹. vt p₃ Gal. 5. Timor aūt in genere doni. vt dr Jsa. xi. ergo neqꝫ spes d₃ esse virtus. ¶ Preterea. sicut virtutes infuse ordinant ad aliqd arduum qd est in vita eterna ita & virtutes acquisite ad aliqd arduū qd est felicitas ciuilis vel ꝯtēplatiua: sed phi tractantes de virtutib⁹ acquisitis nō posuerunt spem esse virtutē. ergo apud theologos spes nō d₃ poni virtus. ¶ Preterea. nulla virtus ꝓuenit ex meritis. qz virtutē de⁹ operat in nobis sine nobis: vt Augu. ait: sed fides ꝓuenit ex meritis vt in littera dicit. ergo nō est virt⁹. ¶ Preterea nulla virt⁹ opponitur alicui bono: quia bonū spes bono nō est cōtrariū: sicut malū malo. vt dicit in predicamētis: sed spes opponitur timori qd est bonū et laudabile. ergo spes nō est virtus. ¶ Preterea. nulla virt⁹ h₃ actū mercenariū qz virt⁹ operat bonū ꝓpter seipm: sz spes h₃ actū mercenariū cū intendat in remunerationē. ergo spes nō est virt⁹. ¶ Sz ꝯ. nihil inducit ad vitam eternā nisi virt⁹: sed spes inducit ad vitā eternā. vt p₃ in psal. Letent oēsq̄ sperāt in te. in eternum exulta. &c. ergo spes est virtus. ¶ Preterea. spes est ꝓpinquior charitati q̄ est mater oīuz virtutū ꝙ fides: qz est in affectu sed fides est virt⁹. ergo & spes. ¶ Preterea. nihil est meritoriuz nisi act⁹ ꝟtutis: sz spei act⁹ ē meritori⁹: qz a ꝯfusiōe liberat psal. Jn te dñe speraui non ꝯfund. in in eternum: ergo spes est virtus.

Respōdeo dōm q̄ sicut supra. dist. 23. dictū est virt⁹ sm cōmunē vsum loquēdi dicit habit⁹ inclinans ad actū: qui est bon⁹ dupliciter. s. sm cōuenientiā ad potentiā agentē: & sm obiectū qd h₃ rōnē boni inꝙtū est obiectū talis actus: hec aūt duo sunt in actu spei. Cū enī spes in appetitiua pte sit: op₃ q̄ obiectū ei⁹ sit bonū sub rōne boni: & sic actus spei h₃ bonitatē ex rōe obiecti. Silr etiā spes supra expectationē addit certitudinē. vt p₃ p diffinitionē in littera positā. Certitudo aūt importat determinationē respectu ei⁹ ad qd dicit certitudo. vnde cū certitudo spei sit de bono expectato importat determinationē ad bonum. Et ex hoc aliquis act⁹ est perfecte potentie conueniens q̄ ad bonum ipsius determinationem habet. sicut actus scientie qui determinat intellectum ad verum quod est bonum intellectus: non autem actus opinionis: que est veri et falsi: propter quod scientia est virtus: et non opinio: vt dicitur in. 6. Ethico. vnde patet q̄ spes virtus debet dici: etiam sm cōmunem vsum loquendi. act⁹ bō duplr bon⁹.

Ad primū ergo dōm q̄ spes sz q̄

est passio nõ est virtus: sed ꝯ̃ƺ ꝙ est in appetitu intellectiue ptis. Nec aliarũ passionũ noĩa ita cõuenienter ad virtutes trãsumi pñt sicut nomẽ spei: qꝛ spes dr in ordine ad bonũ: ꝛ pp hoc importat motũ appetitus in bonũ tendẽtis. ꝛ sic hꝫ quandã silitudinẽ cum intẽtione ꝛ electiõe boni: q̃ requirunt in oĩ virtute. Timor aũt dr in ordine ad malũ. Recedere aũt a malo ꝗuis ad ꝟtutẽ pertineat: nõ tñ in hoc consistit perfectio ꝟtutis: sꝫ in electione boni. Gaudiũ aũt ꝛ tristitia magis dicũt impressionẽ boni ꝛ mali in appetitũ ꝙ̃ motuꝫ appetit⁹ in ea. vñ nõ hñt silitudinẽ cum electiõe ꝟtutis. ¶ Ad 2m dõm ꝙ illud arduũ in qđ ordinãt virtutes acquisite ẽ finis ꝓportionates facultati nature: ꝛ iđ natura ꝑ seipsam determinata ẽ ad sperandũ illũ finẽ. vñ nõ indiget aliquo habitu supaddito ꝑ quẽ determinet ĩ illud: sꝫ hoc arduũ qđ ẽ vita eterna excedit facultatem nature. vñ cuꝫ ex se natura nõ sit determinata ad sperandũ illud: opꝫ ꝙ determinet per aliquem habitũ infusum: ꝛ hec est spes q̃ ẽ virtus. ¶ Ad 3m dõꝫ ꝙ spes multis modis dr. Qñq3 em̃ nominat passionẽ ꝛ sic nõ est virtus. Qñq3 noiat habitũ inclinãtem ad actũ volũtatis silem spei que ẽ in parte sensitiua q̃ est passio: ꝛ sic ẽ virtus. Qñq3 ꝟo noiat ipm actũ: ꝛ sic ẽ actus virtutis. Qñq3 aũt noiat ipsaꝫ rem speratam. Thi. 3. Expectantes beatã spem: ꝛ sic ẽ obiectum virtutis. Qñq3 aũt noiat certitudinẽ que cõsequit spem. Ro. 5. ꝓbatio ꝟo spem. i. spei certitudinẽ: ꝛ sic nominat statũ perfectiõis in virtute ꝙ̃tuꝫ ad certitudinis intẽtionez: habitus ꝙ̃ spei q̃ ẽ virtus ex meritis nõ ꝓcedit: sꝫ obm. i. ipsa res sperata ꝓ meritis redditur. ꝛ iõ etiã actus spei in suuꝫ obm tẽdit ex ꝑ suppositione meritoꝝ. Et ꝺm hoc dr ex meritis ꝓuenire rõne sui actus. ¶ Ad 4m dõm ꝙ spes q̃ est virtus nõ opponit timori q̃ est donũ: qꝛ spes extendit se in deũ ex cõsideratiõe diuine largitatis. timor vero dicit resilitionẽ ex ꝯsideratione proprie paruitatis: ꝛ ita nõ est ꝺm idem resilitio timoris ꝛ extẽsio spei. vñ nõ sunt ꝯ̃ria. ¶ Ad 5m dõm ꝙ facere aliq̃d ꝓpter aliqđ cõmoduꝫ tẽporale facit actũ mercenariũ: nõ aũt facere ꝓpter remunerationem eternã: qꝛ ꝯtinentia nõ sibi sufficit ad salutẽ si pro solo amore pudicitie retinet. vt dr in lib. de Eccle. dogma. ꝛ eadeꝫ rõ est de aliis humanis actib⁹. ¶ Uel dicendũ ꝙ actus dr esse mercenarius qui ꝓpter mercedem fit: non autem qui est circa ipsam mercedeꝫ: ꝗuis ꝙ̃ actus spei sit expectare beatitudineꝫ que ẽ merces: nõ tñ eã expectat propter ipsam mercedẽ: sed ex inclinatione habitus: sicut ꝛ in aliis virtutibus contingit. Et preterea nõ expectat eã inꝙ̃tũ est merces: sꝫ inꝙ̃tum est summum quoddã arduuꝫ. hꝫ enim deum pro principali obiecto.

Accepriões spei notatur.

Nota la vtil.

¶ Utrum spes sit virtus theologica.

AD secũdũ sic ꝓceditur. vꝫ ꝙ spes non sit virtus theologica. oĩs em̃ virtus theologica hꝫ deũ ꝓ obiecto: sed irascibilis obm deus

esse nõ põtiq; cum sit appetitus sensitiue partis nõ extẽdit se vltra bonuz sensibile. Cum ḡ spes ad irascibilẽ ptineat vr̃ q spes nõ sit virtus theologica. ¶ Preterea. Isa. 3. dr. In spe erit fortitudo vestra: sed fortitudo nõ est virtus theologica; s; cardinalis ḡ ⁊ spes. Et precipue cum eadez extrema videant̃ habere. s. timiditatẽ ⁊ audaciã ¶ Preterea. expectare est lõganimitatis. Gal. 5. Longanimitas expectatiõis. Silr vr̃ esse patiẽtie. Ro. 8. Si q̃ nõ videmus speramus per patientiã expectamus. ḡ cum spes sit expectatio: vr̃ q spes sit idem q patientia vel lõganimitas: q̃ quidẽ nõ sunt virtutes theologice. ḡ nec spes. ¶ Preterea. spei ẽ in arduũ tendere: sed hoc ẽ magnanimitatis que maxime magnum attendit. ḡ spes est idem qđ magnanimitas: sed magnanimitas est virtus moralis ⁊ nõ theologica. ergo ⁊ spes. ¶ S; ɔ. spes diuiditur ex opposito alijs virtutibus theologicis. 1. Cor. 13. Nunc aũt manent fides spes charitas tria hec. ḡ est virtus theologica. ¶ Preterea. ois virtus q̃ h; finẽ vltimũ ꝓ obiecto ẽ virtus theologica. talis autẽ est spes cum sit expectatio future beatitudinis. ḡ spes est virtus theologica. ¶ Preterea. ois virtus moralis est circa passiones: vt dr in. 2. Ethi. hoc aũt nõ competit spei. ergo nõ est virtus moralis: neq; est intellectualis: qr non pertinet ad cognitionem vt prius dictum est. ergo est virtus theologica.

Respõdeo dicendũ: q spes de rõne sua dicit extensionẽ appetit⁹ in aliqđ arduũ: qđ non oĩno excedit facultatem sperantis. Ea eñi q̃ excedunt ⁊ velut excedentia apprehendunt̃ desperationem magis q̃ spem faciunt. vñ ſm hoc q inest alicui facultas in aliqđ arduũ: ſm hoc ẽ inclinatio in illud arduũ: ⁊ ideo in illud arduũ qđ proportionatur facultati nature sensitiue inclinatio sensitiui appetitus spem facit q̃ est passio. In illud vero arduuz qđ ꝓportionat̃ nature intellectiue inclinatio illius facit spem q̃ est actus voluntatis Sed qr est aliqđ arduũ qđ excedit facultatem nature: ad qđ hõ per gratiã põt peruenire. s. ipse deus: in q̃tu; est nr̃a beatitudo: iõ op; q ex aliquo dono gratuito nature supaddito fiat inclinatio in illud arduũ: ⁊ illđ donum ẽ habitus spei. Et qr h; obiectũ ipm deum: iõ op; q sit virtus theologica. Et iõ in scđa diffinitione spei: quã magr̃ ponit: exprimit̃ tota rõ spei ſm q est virtus theologica. Expectatio eñi: vt ex dictis p;: ꝓprie loquendo dicit extensionẽ appetitus in aliqđ arduũ. Certa aũt dicit cõpletionẽ predicte extensionis ⁊ quasi determinationez: ⁊ in hoc cõpletur rõ spei absolute: obiectũ aũt qđ facit spez esse theologicã virtutẽ ẽ futura beatitudo. Illud aũt vnde est facultas perueniendi in finẽ istu;: est gratia ⁊ merita siue accipiatur gratia ꝓ diuina liberalitate siue pro dono gratuito.

Spei diffinitio explicat̃.

Ad primũ ḡ dicendu; q quidã dicunt q etiã appetitus rõnis diuiditur per irascibilem ⁊ concupiscibilez: ⁊ ſm hoc ꝓpositio h;

falsitatem: sed quia omnes auctores distinguentes irascibilem a concupiscibili siue sancti siue philosophi ponunt irascibilez et concupiscibilem in appetitu sensitiuo. Jdeo dicendū q subiectū spei put dicitur virtus theologica non est vis irascibilis: sed voluntas inquantū actus ei⁹ spes dici potest: nisi forte ipsam voluntatem inquantū hz actus similes actibus irascibilis dicamus irascibilem: sed tunc irascibilis et cōcupiscibilis non erunt diuerse potentie: sed nominabūt eandem potentiā .s. voluntatem ꝺm diuersos actus. ¶ Ad secunduz dicendū q sicut supra dictum est Extendi in aliqđ arduum est dupliciter: quia vel est bonuz in qđ extenditur vt acquiratur: et sic extendi est spei. vel in aliqđ arduum vt repellatur: et hoc est audacie. Et similiter resilire ab aliquo arduo est dupliciter: q2 vel est bonum qđ ꝑpter facultatem dimittitur: et sic est desperatio: vel est malum qđ ꝑpter difficultatem fugitur: et sic est timor: et sic ptz q spes non inter audaciā et timiditatem est: sed inter presumptionē et desperationē. Fortitudo autē que habet pericula pro obiecto est inter timiditatez et audaciam: et ideo spes et fortitudo non est idem. Nec fortitudo potest esse virtus theologica quia deus qui est obiectum virtutis theologice nō habet rationem periculi: q̄uis habeat rationem ardui. Sed quia ex fine diriguntur ea que sunt ad finem: ideo ꝟtutes theologice que habent finem vltimuz pro obiecto nō solum operantur circa ipsum ꝺm se: sed vt est directiuuz aliorum que sunt ad finem. Et ideo sunt quodāmodo principia aliarum virtutū. Sicut fides non solum cognoscit verum primū: sed etiaz alia que ex veritate prima manifestant ordināt ia in ipsam: vnde et in articulis fidei multa continent que ad creaturas pertinent. Similiter et charitas nō solum facit diligere deū: sz etiā proximuz ꝑpter deum: similiter et spes nō facit tendere in ipsum deum: vt quoddā arduum cōsequendum: sed etiā vt ex ipso est auxilium in omnibus aliis arduis vel bonis acquirendis vel malis vitandis. Unde qui habz spem sperat deum consequi: sperat q per ipm omnia necessaria quantūcunq sint difficilia obtinere: sperat omnia nociua quantūcunq sint difficilia repellere. Et ꝺm hoc spes est in hoīe principium omniuz operationū que ad bonum arduum ordinantur: sicut charitas omniū que in bonum tendūt: et sicut fides omniū que ad cognitionem pertinent: vnde fides est in gratuitis sicut intellectus principiorū in naturalibus et acq̄sitis. vnde ꝺm hoc dicitur. Jn spe erit fortitudo vestra nō quasi spes sit ipsa fortitudo: sz quia est principiū ipsius fortitudinis. ¶ Ad tertiū dicendum q expectatio patientie est expectatio diuini auxilij in periculis. Expectatio aūt longanimitatis est expectatio diuini auxilij in laboribus actionis tendentis in aliqđ bonum arduū obtinendnz: vnde patet ex predictis q expectatio patientie et longanimitatis est per participationē expectationis a spe ꝺm q virtutes posteriores participant ali-

Resilire ab arduo contingit dupliciter.

Spes est principiuz bonorū operum.

quid a prioribus: sicut oēs morales a prudentia: et omnes alie virtutes participant aliquid a charitate: scz desideriuz summi boni propter quod operantur. ¶ Ad quartum dicendū ꝙ magnanimitas magis accedit ad spem ꝙ̄ aliqua dictarum virtutum: quia est ꝺm extensionē appetitus in aliqđ bonum arduū obtinendum: et ideo circa spem passionem versatur et eius opposita: vt sic sint i irascibili tres virtutes quantū ad tria genera passionum. Magnanimitas quidem quantū ad genus spei et aliarum passionū circunstantium ipsam que habent bonuz arduum expectatū pro obiecto. Fortitudo aūt circa timorem et audaciam. Mansuetudo autē circa iram. Sed tamen magnanimitas non est idem qđ spes virtus: quia est circa arduum quod consistit in rebus humanis: nō circa arduum quod est deus. vnde non est virtus theologica: sed moralis participās aliquid a spe.

Magnanimitas accedit ad spem.

¶ Utrum spes sit virtus distincta ab alijs.



Ad tertiuz sic pceditur. videtur ꝙ spes non sit virtus distincta ab alijs ꝟtutib⁹ theologicis: virtutes em̄ distinguuntur per actus et obiecta: sȝ spes est expectatio future beatitudinis: que est etiam obiectū oīum virtutum theologicarum. ergo spes non distinguitur ab alijs virtutibus theologicis. ¶ Preterea. virtutes theologice ordinant nos immediate ad deum: sed aliquis sufficiēter ordinatur per hoc ꝙ cognoscit eū et amat ipsum: quod facit fides et charitas. ergo spes non distinguitur ab vtraqȝ. ¶ Preterea. expectare est actus spei: sed pertinet ad fidem: quia in symbolo dicitur. Expecto resurrectionez mortuorum. ergo spes nō differt a fide. ¶ Preterea. videtur ꝙ nec a charitate: quia spei est tendere in deum quod est proprium charitatis. ergo spes non differt a fide et charitate. ¶ Sed contra. i. Corinthio. 13. spes ꝯnumeratur alijs duab⁹. ergo differt ab eis. ¶ Preterea. spes in voluntate dicitur ad similitudinē spei que est in irascibili. vt prius dictum est: sed spes que est passio irascibilis differt a cognitione que est fidei: et ab amore qui est charitatis. ergo spes que est in voluntate differt a fide et charitate.

¶ Utrum spes possit esse informis.

Alterius videt ꝙ spes non possit eē sīuē nisi formata charitate. Spes enim presupponit merita: vt patet ex diffinitione ipsius: sȝ meritum non potest esse in habente aliquam virtutem informem: ergo spes non potest esse informis. ¶ Preterea. ex hoc ipso ꝙ tendit fides in deum est fides formata: sed spes habet in deuz tendere: ergo semper est spes formata. ¶ Preterea. Augustinus dicit: ꝙ omnis affectio ex amore est: sed spes est affectio quedam: ergo est ex amore: sed omne quod est ex amore est formatum: quia charitatis est formare alias virtutes. ergo spes semper est formata.

Questio.

¶ Sed cõtra. sicut timor est supplicioꝝ eternorũ: ita ꝛ spes premioꝝ: sꝫ timor põt eẽ formatus ꝛ informis. ergo ꝛ spes. ¶ Preterea quicũqꝫ nõ hꝫ spem est desperatus: sꝫ quicunqꝫ peccat mortalr nõ hꝫ spem formatam. Si ergo ois spes esset formata quicũqꝫ peccat mortalr esset desperatus: sꝫ desperatio est peccatũ in spiritũ sanctum. ergo quicũqꝫ peccaret mortaliter peccaret in spiritum sanctum. quod est falsum.

(Uel spiritualia eterna) contra. eternum est vnum tantum. ergo non debuit pluraliter dicere eterna. ¶ Preterea. spes est de futuro: omne autem futurum est temporale: nullum temporale eternum: ergo spes non est de eternis. ¶ Preterea. nullum temporale eternum: ergo superfluit quod dixit spiritualia. Et dicendum quod illud quod per se est eternum est vnum tantum: sed eius eternitas participatur quantum ad multa bona. In beatis. scilicet quantum ad diuersas dotes: et he participationes dicuntur bona eterna: non quia careant principio. sed quia careant fine. Uel referendum est ad pluralitatem attributorum. ¶ Ad tertium dicendum quod illud quod in se est eternum est futurum speranti: et sic de deo potest esse spes. ¶ Ad quartum dicendum quod spiritualia dicit propter dotes corporis que corporalia sunt: et quodammodo eterna inquantum in perpetuum durabunt. ¶ Uel dicendum quod vtrumque posuit vt quasi gradatim ad obiectum proprium spei perueniretur: quia est de bono spirituali: neque de quolibet: sed de eterno quod est deus. (Est enim spes.) hec diffinitio datur per actum: vt dictum est. prima autem data fuit per genus. (Quam natura preit charitas.) verum est secundum quod est virtus: quod non habet nisi secundum quod est informata charitate. vel natura preit sicut perfectum imperfecto prius est natura: tempore posterius. (Spes est de inuisibilibus.) Contra. aliquis sperat pecuniam quam videt. Dicendum quod spes proprie loquendo est de non habitis. In spiritualibus autem et eternis ea videre est ipsa habere: non autem in corporalibus. et ideo dicitur esse de inuisibilibus. ¶ Uel dicendum quod dicitur esse de inuisibilibus inquantum est de futuris: quia pecunia et si videatur in se: non tamen videtur vt possessa: et hoc modo spes in ipsam tendit. (Spes autem non nisi bonorum etc.) Contra. Luc. 24. Nos autem sperabamus quod ipse esset redempturus israel: ergo spes est etiam de alienis. ¶ Pre- Instantie contra textum dissoluitur.

terea. aliqs desperat de aliquo alio: sicut dicit Aug. q de nemine est desperãdum quãdiu ẽ in hac vita: ergo & sperari potest de alienis. ¶ Preterea. sicut homo expectat bonũ proprium: ita et per inuidiã malum alienum. ergo spes est etiã de malis. ¶ Preterea. beatitudo nec in se est futura sed eterna: nec respectu p̄sciti: quia nunq̃ habebit eaȝ. ergo spes non semper est de futuris. ¶ Et dicẽdum ad primuȝ q spes est de re aliqua: sicut dicitur. Spero beatitudinẽ. & sic nõ est nisi de pertinentibus ad se. Est etiam de euentu: sicut dicimus. Spero q hoc eueniat. & sic est de illis que ad alios ptinent tamẽ de hoc euentu nõ est spes nisi inquãtum estimatur: vt bonum sperãti. ¶ Et per hoc patet solutio ad scdm. ¶ Ad tertiũ dicẽdum q malum alterius inuidus estimat bonum suũ: vnde est de malo alieno: sicut de bono suo. ¶ Ad quartum dicẽduȝ q q̃uis prescitus nõ sit habiturus vitam eternã in rei veritate: & ita nõ sit ei futura: est tamẽ ei futura quãtum ad suam estimationẽ: alias autẽ non speraret. Et iterum inquãtum est in ordine diuine largitatis & possibilitatis istius vel ad recipiendum gratiam vel merẽdum: sicut dicitur illud futurũ: ad cuius euentum sunt cause ordinate in natura: quãuis nunq̃ eueniat ẜm q dicit philosophus secũdo de generatiõe. q futurus quis incedere non incedet.

¶ De charitate qua diligit̃ deus & p̄xim⁹ q̃ in xp̄o vel ẽt in nobis est. ¶ Dist. xxvij.



Cum autẽ christus fidem et spem non habuerit: dilectioneȝ tamen habuit inq̃ntuȝ homo tantaȝ qua maior esse nõ valet: qui ex charitate eximia animaȝ posuit pro amicis & inimicis. Habuit enim in corde charitatẽ quam ex opere nobis exhibuit: vt exhibitionis forma nos ad diligendũ institueret. Hic aliq̃d dicenduȝ est de charitate: et modo & ordine diligendi deum et proximum.

¶ Quid sit charitas.



Charitas est dilectio qua diligitur deus propter se: & proximus p̄pter deum vel in deo. Hec habet duo mandata. Unũ ptinens ad dilectionem dei quod est maximũ in lege mandatũ. et alteruȝ pertinẽs ad diligendum proximũ illi simile. Primum est. Diliges deuȝ ex toto corde et tota mẽte & ex tota aĩa. Qd̄ scriptũ est ĩ Deutero. Scdm est. Diliges proximuȝ tuum sicut teipsum. In his duobus preceptis tota lex pẽdet & prophete. Finis enim precepti est dilectio: et ea gemina. i. dei & p̄ximi est. Definitio charitatis

¶ Si eadem charitate diligitur deus & proximus.



Hic queritur si ex eaipsa dilectione diligitur deus qua diligitur proximus An alia sit dilectio dei et alia proximi. Eadem sane est dilectio qua diligitur deus et proximus: que spiritus sanctus est: vt supra dictum est: quia deus charitas est. Unde Augu. Joanes ait. Non potest deum diligere quem non videt, qui fratrem quem videt non diligit. Sed si eum quem videt humano visu spirituali charitate diligeret: videret deum: qui est ipsa charitas visu interiori quo videri potest. Qui igitur fratrem quem videt non diligit: deum qui est dilectio qua caret qui fratrem non diligit quomodo potest diligere? Ex vna enim eademque charitate deum proximumque diligimus: sed deum propter deum: nos vero et proximum propter deum. Si vero vna eademque charitas est dei et proximi: quare dicitur gemina? Propter duo dilecta idest deum et proximum. Etsi enim vna sit charitas: duo tamen diuersa ea diliguntur: scilicet deus et homo vel angelus. Pro quo etiam et duo sunt mandata: quia cum eadem charitas vtroque commendetur: diuersa tamen diligi precipiuntur. Unde

Joannis verba exponuntur.

Augustinus. Arbitror: ideo spiritum sanctum bis datum: semel in terra: et iterum de celo: vt commendarentur nobis duo precepta charitatis: scilicet dei et proximi. Una charitas est et duo precepta. vnus spiritus et duo data: quia alia charitas non diligit proximum nisi illa que diligit deum. Qua ergo charitate proximum diligimus ipsa deum diligimus. Sed quia aliud est deus: aliud est proximus: et si vna charitate diliguntur: ideo forte duo precepta dicuntur: et alterum maius et alterum minus: vel propter duos motus qui in mente geruntur dum deus diligitur et proximus. Mouetur enim mens ad diligendum deum: mouetur ad diligendum proximum: multo magis erga deum quam erga proximum.

Nota la pulchra.

De modo diligendi.



Consequenter modum vtriusque dilectionis aduertamus. Hec regula: vt ait Augusti. dilectionis diuinitus constituta est: vt deum propter se toto corde et proximum propter deum diligas sicut teipsum. i. ad quod et propter quod teipsum diligere debes.

Notu la viii. In bono enī & propter deuz teipm̄ diligere debes In bono ergo diligēdus ē ꝓximꝰ non in malo: et ꝓpter deum Proximū vero oēm hoīem opꝫ intelligi quia nemo ē cū quo sit operandū male. Qui ergo amat hoīes: vel qꝛ iusti sunt: vel vt iusti sint amare dꝫ. Hoc est in deo vel ꝓpter deū. Sic enī & seipm̄ amare debet. s. in deo vl' ꝓpter deū idest quia iustus est: vel vt iustus sit. Qui aliter em̄ se diligit iniuste se diligit: quia ad hoc se diligit vt sit iniustus Ad hoc ergo vt sit malus nō ergo iaꝫ se diligit. Qui em̄ diligit iniquitatē odit aīaꝫ suā Aug. in. xiiij. de tri. Sic condita est mēs hūana vt nunq̄ sui non meminerit: nunq̄ se non intelligat: nunq̄ se non diligat. Sꝫ quoniā qui odit aliquē nocere illi studet. non immerito et mens hoīs qn̄ sibi nocet se odisse dicit᷑ Ne sciēs em̄ sibi vult male dū nō putat sibi obesse qđ vult. Sꝫ tn̄ mala sibi vult quando id vult quod obsit sibi: ſm illđ Qui diligit iniq̄tatē odit animā suam. Qui ergo diligere se nouit deuꝫ diligit. Qui vero non diligit deū: etiam si se diligit: qđ ei naturaliter inditum est: tamen nō incōgrue se odisse dicitur: cū id agit qđ sibi aduersatur: & seipm̄ tanquam suus inimicꝰ insequitur. Modꝰ ergo diligēdi precipiendus est homini. i. quō se diligat vt prosit sibi. Quum aūt se diligat & prodesse sibi velit dubitare: demētis est. Modus aūt precipit᷑ cū ait. Sicut teipm̄: vt proximuꝫ diligas ad quod teipum Si ergo te nō ꝓpter te diligere debes: sed ꝓpter illum vbi dilectionis tue rectissimus finis est: non succenseat alius aliquis homo: si & ipuꝫ ꝓpter deū diligis. Huius dilectiōis modū veritas insinuat dicens. Mandatuꝫ nouuꝫ de vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. i. ad qđ dilexi vos. s. vt filij lucis sitis & vitam habeatis.

¶ De modo diligēdi deum.



Dilectiōis aūt dei modꝰ insinuat᷑ cuꝫ dr̄ ex toto corde. i. ex toto intellectu. ex tota aīa. i. voluntate, ex tota mente. i. memoria. vt oēs cogitationes & omnē vitā et omnē intellectū in illū conferas a quo habes ea que confers. Hec dicens nullaꝫ partem vite nostre reliquit que vacare debeat: sed quicquid venerit in animū illuc rapiatur quo dilectionis impetus currit. Et diligere deuꝫ propter se modus est diligendi Nota verba

deum. Et sunt isti duo modi diligendi deum vt quibusdam placet.

¶ De impletione illius mandati.


Illud aūt preceptum nō penit⁹ implet̄ ab homine in hac mortali vita: sʒ ex pte: nō ex toto: q₂ ex parte diligim⁹ sicut ex parte cognoscim⁹. In futuro aūt iplebit̄ ex toto. vñ Aug. Cū adhuc ē aliq̄d carnalis ꝯcupiscētie: non omnino ex tota aīa diligit̄ deus. Caro tñ nō dr̄ ꝯcupiscere nisi q₂ carnal'r aīa cōcupiscit. Cū aūt venerit id qđ perfectu est vt destruatur qđ ex pte est. i. iā non ex pte sit sed ex toto charitas nō auferet̄ sʒ augebit ꝛ īplebit̄. in q̄ plenitudine illud p̄ceptū charitatis implebit̄. Diliges dñʒ deū tuū ex toto corde tuo ꝛc. Tūc erit iustus sine pctō: q₂ nulla erit lex repugnās mēti. Tūc prorsus toto corde tota aīa tota mēte diligemus deū. Qđ ē summū preceptū

Questio de precepti ratiōe.


Sed cur precipit̄ hoī ista pfectio. cū i hac vita caʒ nemo habeat? Quia nō recte curritur si quo currendum est nesciatur. Quō autem sciretur si nullis preceptis ostēderetur? Ecce habes cur illđ preceptum est: qđ hic penit⁹ impleri nō pōt. Impletur tamen ex parte. s. ꝑm perfectionem vie. Alia est enim perfectio currentis: alia pueniētis. Facit hoc mandatum vt cursor qui deum ante omnia ꝛ pre omnib⁹ diligit: nec tñ omnino perficit.

¶ Quod alterum mandatū in altero est.


Cum autez duo sint p̄cepta charitatis: p vtroq̄ʒ sepe vnū ponit̄. nec īmerito: quia nec de⁹ sine ꝓximo nec ꝓximus sine deo diligi pōt. vñ apostolus omne mandatum legis dicit instaurari. i. contineri ꝛ impleri in hoc verbo. Diliges proximū tuum sicut teipsum Et xp̄s dilectionem proximi specialius ꝯmemorat dicēs Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. vbi illud maius mandatū dilectiōis dei videtur premissum. Sed bene intelligentibus vtrūq̄ʒ inuenitur in singulis: quia qui diligit deū nō potest eū contemnere quē deus precepit diligi. Et qui diligit ꝓximū Coherentia mādatorum charitatis ōndit̄.

quid in eo diligit nisi deū? ipse est dilectio ab omni mūdana dilectione discreta. Quā distinguēs domin⁹ ait Sicut dilexi vos. Quid eñ nisi deum dilexit in nobis? Non quē habebam⁹: sed vt haberemus. Sicut medicus egrotos: et quid in eis diligit nisi salutē quā cupit reuocare: nō morbū quem venit expellere. Sic et nos inuicē diligamus vt q̄tū possum⁹ inuicem ad habendū deum in nobis ex dilectione attrahamus. ¶ Que charitate diligenda sint.



Sed que hac dilectione diligenda sint iā inquiram⁹ nō eñ oia: vt ait Aug. quibus vtēdū est diligēda sunt: sz ea sola q̄ vel nobiscū societate quadā referunt in deū. sicut est hō vel angel⁹. vel ad nos relata beneficio dei per nos indigēt: vt corpus qd ita preceptū est diligi vt ei ordinate prudenterqz consulatur.

¶ Diuisio textus.



Postq̄ determinauit magr de fide et spe. Hic tertio determinat de charitate. Diuidit aūt hec pars in duas. In pria dterminat de charitate qua nos diligim⁹ deū. In scda de charitate qua nos diligit de⁹. di. 32. (Premissis adijciendum est.) Pria in duas. In pria determinat de ipsa charitate. In scda de charitatis duratiōe ibi. (Illd quoqz nō est pretermittendū.) Prima in duas. In pria determinat de ipa dilectiōe charitatis. In scda de his que per charitatem diligunt. di. 28. ibi. (Hic queri potest.) Prima i tres partes. In prima cōtinuat se ad precedentia. In scda psequitur suam intentionē ibi. (Charitas est dilectio.) In tertia cōtinuat se ad sequentia ibi. (Sed q̄ hac dilectiōe.) Scda harū partiū diuidit in duas. In pria determinat de dilectiōe charitatis fm q̄ duobus preceptis imperatur In scda ostendit q̄ illa duo precepta mutuo se includūt ibi. (Cū aūt duo precepta.) Pria i duas In pria determinat de dilectiōe charitatis fm q̄ per duo precepta in duo diligēda dirigitur. s. deū et proximū. In scda inqrit modū dilectionis q̄tū ad vtrūqz diligile ibi. (Consequenter modū vtriusqz.) Circa primū duo facit. Primo ostēdit q̄ per charitatē deus et proximus diligit. Secūdo ostendit q̄ ex eadē charitate ibi. (Sed querit si ex eadez.) (Cōsequēter modū. Hic ostendit modū predicte dilectiōis. Et primo q̄tū ad dilectionē proximi. Scdo q̄tū ad dilectionē dei ibi (Dilectionis autē dei.) Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit dilectionis nostre modū respectu dei. Scdo ostendit vbi mod⁹ ille obseruari possit ibi. (Illud autē p̄cep.) Tertio mouet quandam qōnē ibi (Sz cur p̄cipit hoi ista pfectio.) Hic est triplex qō. Pria de amore in generali. Secunda

de charitate. Tertia de actu et modo charitatis.

Questio. i.



Circa primu queruntur quatuor. Primo quid sit amor. Secudo in quo sit. Tertio de coparatoe eius ad alias animi affectioes. Quarto de comparatioe eius ad ea q in cognitione sunt.

Utrum diffinitio dyonisij de amore fm omnez partem sui sit bona.



definitio amoris

Ad primuz sic pcedit. Dion. 4. ca. de di no. sic diffinit amorē. Amor virtus est vnitiua mouēs supiora ad puidentiā minus habentiū i. inferiorū. coordinata aūt. i. eqlia rursus ad cōmunicatiuā alternā habitudinē subiecta. i. inferiora ad melio℞. i. supio℞ ɔuersionē. Sz videt q incōuenienter diffiniat hic amor. nulla eni passio est virt9. vt dr. 2. eth. sz amor est passio: ergo non est virtus. Preterea. Aug. dicit q amor est iam habiti. sed illud qd iam habitū est quodāmodo est vnitū ergo amor nō est virtus vnitiua sz vnionē sequēs. Preterea. illud qd magis saluat in dissimilitudine nō hz vim vniendi: sed amor magis saluat in dissimilitudine q in silitudine. videm9 eni q artifices vnius artis sicut figuli corripant adinuicez: cum alijs aūt artificibus pacifice viuunt. Silr stomacus vacuus cibū amat quē plen9 abhorret: ergo amor nō hz vi vniēdi. Preterea. Dio. 7. c. ce. ierar. inter pprietates amoris ponit acutū et feruidū: et etiā liquefactio ponit effectus amoris: cant. 7. Anima mea liquefac. Dio. et. 4. c. de di. no. ponit effectū amoris extasiz i. extra se positionē. Hec aūt oia ad diuisionē ptinere vident: q acuti est penetrādo diuidere. feruidi vero per exaltationē resolui. liquefactio aūt diuisio qdaz est ɔgelationi opposita: qd etiā est extra se positū a seipso diuiditur: ergo amor magis est vis diuisiua q vnitiua. Preterea omnis cōcretio est quedā vnio: ergo superfluū fuit vtrūq ponere in diffinitione; amoris vnitiuū et ɔcretiuū. Preterea. amor est passio. sz passiōis nō est mouere: imo motiōis et actionis effectū eē: ergo amor nō ē mouēs superiora: vt ipse dicit. Preterea. supiora inclinant ad agēdū in inferiora ex pprijs formis. sed: in agendo in ipsa eis prouidēt: ergo nō est amoris mouere supiora ad puidēdū inferiorib9. sz nature. Preterea. oē qd cōicat aliqd alicui pfert illi: g nō ē equaliū vt sibi mutuo p amorez cōicent. Preterea. oē qd fit ex amore pcedit ex pricipio intrinseco qd est volūtariū. sz ɔuersio inferio℞ ad supiora est ex pncipio extrinseco. s. ex ipsa actiōe supiorū qua sibi ea assimilāt: g amor inferiora nō ɔuertit ad supiora

extasis est effectus amoris.

Respōdeo dicendū q amor ad appetitū ptinet appetit9 aūt est virt9 passiua. vñ in. 3. de aia dicit phs q appetibile mouet sicut mouēs nō motū. appetitus aūt sicut mouēs motū. omne autez passiuū pficit fm q informatur

per formã sui actiui. & i hoc mo-tus eius terminat & quescit. Sicut intellus anteq̃ formet p formam intelligibilis inquirit & dubitat: qua cũ informatus fuerit inqui-sitio cessat: & intellus in illo figit: & tunc dr intellus firmiter illi rei inherere. Similr qñ affectus vel appetitus oĩno imbuitur forma boni qd ẽ sibi obiectũ: complacz sibi in illo & adheret ei quasi fixũ in ipso. & tunc dr amare ipm: vñ amor nihil aliud est q̃ quedam trãsformatio affectus in rẽ ama tam. Et qr omne qd efficitur for ma alicuius efficit vnũ cuz illo: ideo p amorẽ amãs fit vnũ cum amato: qd est factũ forma aman tis: & iõ dicit phs. 9. ethi. q amicus ẽ alter ipe. Et. 1. Cor. 6. Qui adheret deo vnus spũs est. vnũ qdq; aũt agit fm exigentiã sue forme: q̃ est pncipiũ agendi & re gula opis. bonũ aũt amatuz est finis. finis aũt est pncipiũ in opa bilibus: sicut pma pncipia in co gnoscendis. vñ sicut intellus for-matus p quiditates rerũ ex hoc dirigit in cognitionẽ pncipiorũ: que scitis terminis cognoscunt: & vlterius in cognitionib⁹ cõclu sionum q̃ note fiunt ex pncipiis. Ita amãs cuius affectus est in-formatus ipso bono: qd hz rõnẽ finis: q̃uis nõ semp vltimi: incli natur p amorẽ ad opanduz fm exigentiã amati: & talis opatio est maxime sibi delectabilis: q̃si forme sue cõueniens. vñ amans quicq̃d facit vel patit p amato tatuz est sibi delectabile: & semp magis accendit in amatũ inq̃tũ maiorẽ delectationez in amato experitur in his que pp̃ter ipm facit vel patit. Et sicut ignis nõ põt retineri a motu qui cõpetit sibi fm exigentiã sue forme nisi per violentiã: ita neq; amãs q̃n agat fm amorẽ. Et pp̃ter hoc dicit Greg. q nõ põt esse ociosus: immo magna operat si est. Et qr omne violentũ ẽ tristabile quasi volũtati repugnãs: vt dr. 5. met. ideo etiã est penosum ꝯ inclina-tionẽ amoris opari: vel etiã p̃ter eam: opari aũt fm eam ẽ opari ea que amato cõpetunt. Cũ eñi amãs amatũ assumpserit quasi idẽ sibi: opz vt quasi psonã ama ti amãs gerat in oĩb⁹ q̃ ad ama tum spectant: & sic quodãmodo amãs amato inseruit inquantũ amati terminis regulat. Sic g Dio. cõpletissime rõnez amoris in pdicta definitione ponit. po-nit eñi ipsam vnionẽ amãtis ad amatum q̃ est facta p trãsforma tionem affectus amãtis in ama tum: in hoc q dicit amorem esse vnitiuã & cõcretiuã virtutẽ: & po nit inclinationez ipsius amoris ad operandũ ea que ad amatũ spectant siue sit supius siue infe rius siue equale: in hoc q dicit mouens superiora &c.

Ad primũ g dicenduz q v̾tus hic nõ sumit p habitu sicut l. 2. eth. sz cõiter p omni eo qd potest eẽ principiũ alicuius opationis vel motus. Et qr amor inclinationẽ facit ad operandũ: vt dictuz est. iõ amorẽ virtutẽ dicit. ¶ Ad 2^m dicendũ q amor dr esse habitus; sicut formatũ hz suam formam: quã quidẽ formationẽ desideriũ precedit in ipsaz tendẽs: sicut rõ intellectũ vel scientiã: & iõ dr eẽ nõ habitus. vñ amor dr v̾tus vni-tiua formal r: qr est ipsa vnio vel nexus vel trãsformatio q̃ amãs in amatum transformat: & quo-

quãmodo cõuertit in ipm. ¶ Uel dicendũ q quietatio affectus in aliquo: quã amor importat: non põt eẽ nisi fm quenientiã vnius ad alteꝝ: q̃ quidẽ cõueniẽtia est fm q ab vno participatur id qđ est alterius: ꝛ sic amans quodãmõ hꝫ amatũ: vñ coniũctio q̃ in habere importat est ꝯiunctio rei ad rem: ꝛ p̃cedit vnionem rei ad affectum q̃ est amor. ¶ Ad 3m dicendũ q amoris radix per se loquendo est similitudo amati ad amantẽ: q2 sic est ei bonũ ꝛ cõueniens. Cõtingit autẽ p accidens dissimilitudinẽ amoris ꝛ siĺitudinem odij esse causaꝫ tripĺr. Uno mõ qñ affectus amantis nõ sibi cõplacet neq̧ quiescit in conditione vel aliqua ꝓprietate sui ipsius. sicut cũ quis aliquid in seipso odit. ꝛ tũc opꝫ q diligat ipm qui in hoc ẽ sibi dissimilis: q2 ex hoc ipso q ẽ dissimilis sibi in cõditione efficitur siĺis affectui suo: ꝛ ecõtrario odit illum qui sibi similat: ꝛ affectui suo ñ similat. Scđo qñ aliqs ex ipsa siĺitudine impedit amanteꝫ ab amati fruitione. Et hoc inuenit in oibus rebus que nõ possunt simul a multis haberi: sic̃ sunt res tẽporales. vnde qui amat lucruꝫ de aliqua re vel delectationem impedit a fruitione sui amati per aliũ: qui sibi vult siĺr illud appropriare. Et hinc orit zelo: ipia que nõ patitur cõsortiuꝫ in amato: ꝛ inuidia inq̃tũ bonũ alterius estimat impeditiuum boni ꝓprij. Tertio fm q dissimilitudo p̃cedens facit pcipi amorẽ sequentẽ: q2 eñ sentimus in hoc q sensus mouetur: que quidẽ motio cessat qñ sensibile iam effectũ est forma sentiẽtis: ideo ea que cõsueuimus nõ ita percipimus: sicut pꝫ de fabris quoꝝ aures plene sunt sonis malleoꝝ: ꝛ ꝓpter hoc magis sentitur qñ affectus de nouo per amorẽ ad aliqđ transformat. Et iđ etiã qñ aliqs nõ hꝫ presentiaꝫ sui amati magis feruet ꝛ arctat de amato inq̃tum magis amorem pcipit: q̃uis apud p̃sentiam amati nõ sit amor minor: sed minus pceptus. Unde Aug. 10. de tri. ca. vlti. Amor ipse nõ ita sentitur cum eũ nõ ꝑdit indigẽtia: qñ semp presto est qđ amatur. ¶ Ad 4m dicendũ q in amore ẽ vnio amantis ad amatũ: sed est sibi triplex diuisio. Ex hoc eñ q amor transformat amanteꝫ in amatũ facit amantẽ intrare ad interiora amati ꝛ ecõtra: vt nihil amati amãti remaneat nõ vnitum: sicut forma ꝑuenit ad intima formati: ꝛ ecõuerso. Et ideo amãs quodãmõ penetrat in amatũ: ꝛ fm hoc amor dicit acutus. Acuti eñ est diuidẽdo ad intima rei deuenire: ꝛ similr amatũ penetrat amantẽ ad interiora eius ꝑueniẽs. Et ꝓpter hoc dr q amor vulnerat: et q transfigit iecur. Sꝫ q2 nihil põt in alteꝝ transformari nisi fꝫ q a sua forma quodãmõ recedit: q2 vnius vna est forma. iđ hanc diuisionẽ penetrationis p̃cedit alia diuisio qua amãs a seipso separat in amatũ tendens. Et fm hoc dr amor exthasim facere ꝛ feruere: q2 qđ feruet extra se bulit ꝛ exalat. Quia vero nihil a se recedit nisi soluto eo qđ intra seipm cõtinebat: sicut res naturalis nõ amittit formã nisi solutis dispositiõibus q̃bus forma in materia retinebat: iđ opꝫ

Notula pulchra.

Triplex diuisio i amore

ꝙ ab amāte terminatio illa qua infra terminos suos tm̄ continebatur amoueatur. ⁊ ꝓpter hoc amor dr̄ liquefacere cor: q̄r liquidum suis terminis nō continet: ⁊ ɔ̄ria dispositio dr̄ cordis duritia. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ vnio est duplex. Quedā q̄ facit vnū ſm quid. sicut vnio cōgregatoꝝ se superficialiter tangentiū: ⁊ talis nō est vnio amoris: cū amās in interiora amati trāsformetur: vt dictū est. Alia est vnio que facit vnum simpl'r: sicut vnio cōtinuorum ⁊ forme ⁊ materie: ⁊ talis ē vnio amoris: q̄r amor facit amatū esse formā amātis. Et iō supra vnionē addit concretionē ad differentiā prime vnionis: q̄r cōcreta dicunt que simpl'r vnū sunt effecta. vñ ⁊ alia littera hʒ cōtinuatiua. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ appetitus. vt dictū est: mouet motus. vnde passio q̄r mouetur ab amato est vlterius mouēs ſʒ exigentiā amati. ¶ Ad septimū dicendū ꝙ ipsa inclinatio superiorum ad ꝓuidendū inferioribꝰ q̄ est eis ex ꝓprijs formis amor eorum dr̄: vt infra patebit. ¶ Ad octauum dicendū ꝙ nō est incōueniens equaliū simpl'r vnum altero quo ad q̄d maius esse ſm ꝙ vnum indiget altero. ¶ Ad nonum dicendū ꝙ cōuersio qua inferiora ad superiora cōuertuntur est ordinatio eorū ad finem a superioribꝰ intentū. Et q̄uis hmōi ordinatio sit principiū ab extrinseco inq̄tuʒ ab ipsis superioribus inferiora ordināt in fines superioꝝ: nihilominus est ⁊ a principio intrinseco inq̄tum in inferioribus est q̄dam inclinatio ad hoc: vel ex natura sicut in amore naturali: vel ex voluntate: sicut est in amore animali. Et ꝓpter hoc deus dr̄ oīa suauiter disponere inquantū singula etiam ex seipsis faciunt hoc ad quod ordinata sunt.

Unio duplex distinguitur

¶ Utrum amor sit tantū in concupiscibili.



Ad secūdū sic proceditur. vr̄ ꝙ amor non sit tm̄ in cōcupiscibili. Dio. enī. 4. ca. de di. no. ponit amorē esse diuinū angelicum intellectualē animalē naturalem. sʒ q̄cquid est in nobis pertinet ad intellectū vel animalitatem vel naturaʒ. ḡ in oībus q̄ sunt in nobis inuenitur amor. ¶ Preterea. Cōmen. ibidem ponit duas diffinitiōes amoris. prima ē hec. Amor ē cōnexio vel inculum quo omniū rerū vniuersitas ineffabili amicitia insolubiliq; vnitate copulatur. Scōa est Amor est naturalis motus oiuʒ rerum que in motu sunt finis de taq; statio: vltra quam nullius creature progredit motus. Ex quibus est accipere ꝙ amor in oībus rebus inuenitur: ergo et in oībus que in nobis sunt siue sint partes anime siue corporis. ¶ Preterea. oīs potētia delectatur in cōiunctione sui cōuenientis: sed delectatio non est nisi in re animata. ḡ ⁊ cuilibet potētie inest amor sui ɔuenientis. ¶ Preterea. sicut predictū est: ⁊ ex p̄dicta diffinitione colligitur: amor est finis et quietatio appetitui motus: sʒ cuilibet potentie que in nobis est: inest appetitus proprij boni: ⁊ tendit in ipʒ. ergo in qualibet potentia est inuenire amorem. ¶ Preterea. ad minus

Due amorꝭ diffinitiones

irascibilis ad partez appetitinā pertinet. Appetitiue aūt partis vniuersale obiectum est bonuz. Cum ergo amor sit boni: videtur q amor non sit tantū in concupisci bili: sed etiam in irascibili ¶ Sz cōtra est qd dicit phs in. 2. topi. q amor est in ɔcupiscibili. ¶ Pre terea. ordo partium anime pro= portionatur ordini partiū corpo ris: sz in partibus corporis vnū mēbrum solum officiū suuz exer cet respectu omniū mēbrorum: sicut pes nō solum se sz oīa alia mēbra portat. ergo ꝛ cōcupiscibilis nō solum sibi sed oībus alijs cō cupiscit ꝛ amat: ꝛ ita amor eorū que ad oēs potentias pertinēt in cōcupiscibili esse videt. ¶ Pre terea. amor nō est nisi cogniti. si ergo in oībus viribus eēt amor ꝓprij boni. pari rōne in omnib9 esset cognitio ꝓprij boni: qd fal= sum est. ¶ Preterea. obiectū con cupiscibilis est bonū concupiscē ti cōueniens absolute: sed quic= quid ē bonū ꝟm vnamquāq; po tentiā est cōcupiscenti cōueniēs ergo appetere bonum vniuscuiusq; potentie pertinet ad concupisci bilem: ꝛ eadez rōne amor. Et ita amor nō erit nisi in cōcupiscibili ꝓbatio prime. Si em̄ obiectum cōcupiscibilis nō esset bonū con ueniens cōcupiscenti simplr eēt obiectum eius bonū cōueniens solum in cōcupiscibili: bonū aūt conueniēs vnicuiq; potentie est per cōparationē ad suum actū: sicut bonū cōueniēs visui id qd est bonū ad videndū. ergo ꝟm hoc obiectum cōcupiscibilis esset bo num sub hac rōne qua est bonū ad cōcupiscendū: sz hoc ē impos sibile: qr cōcupiscere id quod est bonum ad cōcupiscendū sequit reflexionem cōcupiscibilis super actum suuz ꝟm q concupiscit se cōcupiscere vel bene cōcupisce= re. Illud em̄ ad qd aliqd est bo= num per prius desideratur cum sit finis: sed reflexionē potentie super suum actū ꝑcedit natura= liter simplex actus ipsius poten tie in suum obiectū directe ten= dens: sicut per prius video colo rem q̄ȝ videam me videre. ergo ob= iectum cōcupiscibilis nō potest esse aliquid sub hac rōne q est bonum ad cōcupiscendū: qr con cupiscere hoc esset naturalr ꝑus ꝛ posterius reflexione cōcupisci bilis supra suuz actum: quod est impossibile. ergo necessariū est alte rum dare. s. q bonum cōueniēs concupiscenti absolute sit obie= ctum concupiscibilis.

Respōdeo dicendū q oē qd seq= tur aliquē finem opz q fuerit ali quo mō determinatuz ad illum finem: alr nō magis in hūc finez q̄ȝ in alium perueniret. Illa aūt determinatio opz q ꝓueniat ex tra intentionē finis non solum ex natura tendēte in finez: quia sic omnia essent casu vt quidam philosophi posuerunt. Intende re autē finem impossibile est nisi cognoscatur finis sub ratiōe fi= nis: ꝛ proportio eorum que sunt ad finem in finem ipsuz. Cōgno scens autez finem ꝛ ea que sunt ad finem nō solum seipsum in fi= nem dirigit sed etiam alia: sicut sagittator emittit sagittaz ad si= gnum. Sic ergo dupliciter ali= quid tendit in finem. Uno modo directum in finē a seipso: qd est tm̄ in cognoscente finem ꝛ ra= tionem finis. Alio modo dire= ctum ab alio: ꝛ hoc mō omnia

Tēsio duplex in finē notat.

fm suaz naturã tendũt in fines proprios ꝛ naturales directa a sapiētia instituente naturã. Et fm hoc inuenimus duos appetitus .s. appetitũ naturalez qui nihil aliud ẽ ꝙ̄ inclinatio rei in finẽ suu naturalẽ qui est ex directione instituẽtis naturã. Et itez appetitũ voluntariũ q̄ est inclinatio cognoscẽtis finẽ ꝛ ordinẽ in finẽ illum. Et inter hos duos appetitus ẽ vnus medi⁹ qui ꝓcedit ex cognitione finis sine hoc ꝙ cognoscat rõ finis: ꝛ ꝓportio eius qd est ad finez in finem ipm: ꝛ iste est appetitus sensitiuus. Et hmõi duo appetitus inueniunt tm̄ in natura viuẽte ꝛ cognoscẽte. Omne aũt qd est ꝓprium nature viuẽtis opꝫ ꝙ ad aliquã potentiã anime reducatur in habẽtibus animã: et iõ opꝫ vnam potentiã anime eẽ cuius sit appetere cõdiuisum ꝯ eam cuius est cognoscere: sicut etiã substantie separate diuidũtur in intellectũ ꝛ voluntatez. vt dicũt phi. Sic ergo pꝫ ꝙ in hoc differt appetitus naturalis ꝛ volũtarius: ꝙ inclinatio naturalis appetitus est ex ꝑncipio extrinseco: ꝛ iõ nõ hꝫ libertatẽ: qꝛ liberum est qd est sui cã. Inclinatio autẽ naturalis appetitus est in ipso volente: ꝛ iõ hꝫ voluntas libertatem. Sed inclinatio appetitus sensitiui partim est ab appetente inq̄ꝫtum sequitur appꝛhensionem appetibilis: vñ dicit Aug. ꝙ animalia mouent visis: partim ab obiecto inq̄ꝫtuꝫ deest cognitio ordinis in finem. ꝛ ideo opꝫ ꝙ ab alio cognoscẽte finem expedientia eis ꝓuideantur: et ꝓpter hoc nõ oino habent libertatem: ſꝫ ꝑticipant aliqd libertatis: omne aũt qd ẽ a deo accipit aliquã naturã qua in finẽ suum vltimũ ordinet. vñ opꝫ ꝙ in oib⁹ creaturis habẽtibus aliquẽ finẽ inueniri appetitũ naturalẽ etiã in ipsa volũtate respectu vltimi finis. vñ naturali appetitu vult hõ beatitudinẽ: ꝛ ea que ad naturam volũtatis spectant. Sic ẽ dicendũ est ꝙ naturalis appetitus inest oibus potẽtijs aie ꝛ ꝑtibus corporis respectu proprij boni: ſꝫ appetitus aialis qui est boni determinati: ad qd nõ sufficit nature inclinatio ẽ alicui⁹ determinate potẽtie vel voluntatis vel ꝯcupiscibilis vel irascibilis. Et inde est ꝙ oẽs alie vires anime cogunt a suis obiectis ꝑter voluntatẽ: qꝛ oẽs alie hñt appetitũ naturalem tm̄ respectu sui obiecti. volũtas autẽ hꝫ ꝑter inclinationẽ nãlez aliã cuius ẽ ipse volens cã. ¶ Et silr dicendũ ẽ de amore q̄ est terminatio appetitui mot⁹: qꝛ amor naturalis ẽ in oibus potentijs ꝛ in oibus rebus. Amor autez aialis: vt ita dicaz est in aliqua potẽtia determinata vel voluntate fm ꝙ dicit terminationem appetitus intellectiue ꝑtis: vel in ꝯcupiscibili fm ꝙ dicit terminationem sensitiui appetitus. Distinctio triplicis appetitus.

Ad primũ ẽ dicenduꝫ ꝙ Dio. accipit amorẽ cõiter ad naturalem sensitiuũ quẽ nãlem dicit: ꝛ intellectiuuꝫ quẽ dicit intelligibilem q̄ꝫtum ad hoies. Angelicũ ꝛ diuinum q̄ꝫtuꝫ ad substantias sepatas. Et ponit q̄nq; hec: qꝛ nõ pñt esse plures gradus appetitus: qꝛ in deo est volũtarius appetitus tm̄: qꝛ ipse determinat oia: ꝛ non determinatur ab aliquo. In

angelis

In angelis autem voluntarius cū naturali instrū determinat a deo ad aliquid volendū nālit. In homine autē volūtarius cuz spūali et naturali. In aialibꝰ sensibilibus cū nāli. In alijs nālis tm̄. ¶ Et silr etiā dōm ad scōm ꝙ Comē. diffinit amorez ƒm qd se habz ad oēs cōiter. ¶ Ad 3m dōm delectatio causatur ex cōiunctione conuenientis: conueniens est aduenlens pficit id cui aduenit: et quietat inclinationē in illud. Et hec quietatio ƒm ꝙ est percepta est delectatio. vnde plato dixit ꝙ delectatio est generatio sensibilis. Et cognita in naturā. i. cōnaturalis. vñ in his q̄ cognitionē nō habēt nō est delectatio aliquo mō. In qōlibet aūt cōuenlēs habēti cognitionē est duplex iclinatio scz appetitus naturalis ⁊ appetitꝰ aialis ⁊ vtraqꝫ inclinatio quietat per rem presentem: ⁊ vtraqꝫ ēt quietatio percipitur. vñ ex vtraqꝫ parte delectatio causat. delectatio ergo q̄ est quietatio appetitus naturalis inuenit i omni potētia cui cōiūgitur suū obz delectatio vero que est quietatio appetitꝰ aialis est tm̄ in cōcupiscibili vel voluntate. Prima autem delectatio dicit tm̄ delectatio proprie loquēdo. ⁊ opposita passio dolor. Sed secunda delectatio hz etiā nomē gaudij et opposita passio dicitur tristitiā. vñ quāuis delectatio et dolor sint aliquo mō in oibꝰ potentijs aie: tm̄ gaudiuz et tristitia sunt tm̄ in cōcupiscibili vel voluntate. ¶ Ad quartū dōm sicut ad primū: qꝛ rō pcedit de appetitu nāli. ¶ Ad quintū dōz ꝙ amor aialis non pertinet ad irascibilem: qꝛ obiectū amoris ē bonum sine adiunctione ardui vel difficilis: quod est proprium obiectum irascibilis.

Distinctio multiplex appetitus.

Inclinatio duplex

¶ Utrum amor sit prima et pncipalior affectio anime.



Ad tertiuz sic procedit. videtur ꝙ amor nō sit prima et principalis inter omnes alias aie affectiones motus enim precedit terminū: sed amor est determinatio appetitiui motus: vt patz ex dictis: ergo amor sequitur desideriū: ꝙ motum ipsum appetitus importat. ¶ Preterea pter qd vnūqdqꝫ illud magis: sed amoris causa ē delectatio. vnde ⁊ quedam amicitia super delectabile fundat. ergo delectatio est principalior affectio q̄ amor. ¶ Pretea Augꝰst. dicit in lib. 83. q. ꝙ nemo ē qui nō magis dolorē fugiat q̄ appetat voluptatē: sz fuga doloris facit odiū sicut appetitꝰ delectationis facit amorem. ergo odium est vehemētior passio q̄ amor. ¶ Preterea illud qd vincitur ab alio est minus potens: sed amor vincitur ab ira: qꝛ ira odium parit: vt dicit Aug. ergo ira est vehementior passio quā amor. ¶ Preterea illud pter qd agūt quecūqꝫ agunt est efficacissimū. Sed sicut Diony. dicit in li. de diui. no. propter pacem agunt quicunqꝫ agunt. ergo pax inter omnes affectiones est efficacissima etiam respectu amoris. ¶ Sed contra est qd dicit Augu. ꝙ ois affectio ex amore est. ¶ Preterea bonū est obm affectus: sed illud qd primo respicit ad bonum est amor. ergo

amor est principium toti⁹ affectionis: et principalior passio. ¶ Preterea amor igni cōparatur: et etiam morti: vt patet Can. 8. sed his nihil est vehementius ergo nulla passio est vehementior amore. ¶ Preterea Cris. dicit. Magnū amor: nec est aliquid quod eius impetu sustinere possit.

Amor est passionū prima.

Respondeo dicendum quod inter alias affectiones anime amor est prior. Amor enim dicit terminationem affectus per hoc quod informatur suo obiecto in omnibus autem hoc inuenitur quod motus procedit a primo immobili quieto. quod quidem patet in naturalibus: quia primum mouens in quolibet genere est nō motum illo genere motus: sicut primū alterans est nō alteratū. Similiter patet de intellectualibus: quia motus rationis discurrentis procedit a principijs et quiditatibus rerū quibus intellectus informatus terminatur. Cū ergo affectus informetur et terminetur amore sicut intellectus principijs et quiditatibus. vt prius dictū est: oportet quod omnis motus affectiue procedat ex quietatione et terminatione amoris. Et quia omne quod est primum in aliquo genere est perfectius. sicut intellectus principiorum in demonstrabilibus: et motus celi in naturalibus; ideo oportet quod amor inter ceteras affectiones etiam sit vehementior: vt patebit per singula.

Circulus in intellectu et affectu.

Ad primū ergo dicendum quod sicut in operatione intellectus concluditur quidā circulus: ita et in operatione affectus. Intellectus enim ex certitudine principiorum quibus immobiliter assentit procedit ratiocinādo ad conclusiones: in quarū cognitione certitudinaliter quiescit secundum quod resoluitur in prima principia que in eis sunt virtute. Similiter etiā affectus ex amore finis qui est principiū procedit desiderādo in ea que sunt ad finē que prius accipit vt finē in se aliquo modo cōtinētia per amorē in ea quiescit: et ideo desideriū sequitur amorē finis: quamuis precedat amorē eorum: que sunt ad finē. Est etiā amor vehementior affectio quam desideriū inquantū dicit terminationē et informationē affectus per appetibile: ad quod mouetur desideriū. ¶ Ad secūdū dicendum quod amor naturaliter precedit delectationē. delectatio enim contingit ex coniunctione rei conuenientis realiter. Amor autem facit quod amatū sit amāti cōueniens et quasi cōnaturale. inquantum vult affectū amātis amato: vt dictū est et ideo ex amati reali presentia consurgit delectatio. Sed quia delectatio etiam potest amari vt quoddā bonum: ideo cōtingit per accidens: vt aliquis amor ex delectatione causetur: sicut actus ab obiecto vel fine quia enim aliquid propter delectationem amat delectationē ipsam precipue amat: quāuis ergo quādā delectatio quodam amore sit prior: tamen amor delectatione simpliciter est prior. Similiter etiā vehementior: quia amor est per informationē appetitus ab appetibili. delectatio autem per coniunctionē rei ex re presente sibi conueniente. Non est autem tanta coniunctio rei ad rē sicut appetitus ad appetibile. quia res adueniens que delectationē causat nō coniungitur secundum naturam: quia hoc nō fit nisi vbi est ibi coniunctio quasi cōtactus. Sed appetitus est ipsius appetibilis secundum suā naturam et substantiam vnde quando appetitus informatur per appetibile est quasi coniunctio continuitatis et cōcretionis. vnde amor plus vnit quam delectatio: quia facit quod amans sit secundum affectū ipsa res

amata. delectatio aũt est ꝑ participationẽ alicuiꝰ ab illo ſm ꝙ est realr̃ p̃ns. Sciẽdũ autẽ ꝙ qñ amatũ est p̃ns realr̃ ſm ꝙ poſſe est: tũc ẽ delectatio ſicut ex cõiũctione marie cõueniẽtis: qñ aũt est oĩno abſens ſm rem: tũc maxime affligit: ſicut ex diuiſiõe cõtinui ſeqt̃ dolor: q2 amor ẽ cõtinuatiua vis vt dictũ ẽ. Et ide dr̃ ꝙ amor lãguere facit. qñ aũt est ſm aliq̃d p̃ns ⁊ ſm aliq̃d abſens tũc h3 delectationẽ admixtã afflictioni. ¶ Ad 3m dĩc3 ꝙ bonũ est vehemẽtiꝰ in agẽdo q̃ꝫ malũ q2 bonũ nõ h3 de neceſſitate admixtiõnẽ mali ſicut malũ h3 de neceſſitate admixtionẽ boni. Et iterũ bonũ agit in v̄tute ꝓpria ſ3 malũ agit in virtute boni: vt dicit Dio. 4. c. de di. no. vñ magis amat̃ bonũ q̃ꝫ odiat̃ malum illi oppoſitum. ſed dolor corpalis ẽ magis malũ q̃ꝫ delectatio quedã ſit bonũ: q2 delectatio d̃ qua Aug. ibi loquitur contingit ex ſupaddictione pfectionũ, ſecũdarũ: ſicut i cibis vel in venereis. ſed triſtitia vel dolor ꝑꝑ q̃ dimittit̃ delectatio talis contingit ex ſubtractione p̄marꝫ perfectionũ que pertinent ad eſſe rei ſicut ex diuiſiõe cõiter. vñ ſi acciperetur triſtitia oppoſita delectationi illi magis appeteret̃ delectatio q̃ꝫ fugeret̃ triſtitia ſicut q̃s appeteret delectationem in cibo: vt poſtea pateretur triſtitiã que est de ſubtractione cibi vel alicuius hmõi ¶ Ad quartũ dĩm ꝙ amor est prior ira ⁊ vehemẽtior. Ira em̃ ex triſtitia cauſatur. vt prius dictũ est: ſicut oẽs paſſiones iraſcibilis ex paſſionibus cõcupiſcibilis: ⁊ ideo cum amor ſit prior ⁊ vehemẽtior paſſionibꝰ cõcupiſcibilis erit ꝓor ⁊ vehemẽtior paſſionibus iraſcibilis: q̃ꝫuis aũt ira odiũ pariat: nõ tñ amorẽ deſtruit: ſ3 amoris deſtructionem ſequit̃: q2 non poſſet appetitꝰ moueri in nocumẽtum alicuiꝰ niſi antea affecrꝰ ab amore ſeparatus eſſet. ¶ Ad quitũ3 dicẽdũ ꝙ pax non diſtinguit̃ ab amore. ſ3 est aliq̃d amoris: dicit em̃ quaſi quietationem appetitus: ſed amor dicit vlteriꝰ tranſformatione3 ⁊ quãdã ↄuerſionẽ ipſiꝰ in amatũ. vñ pax est mediũ inter deſideriũ ⁊ amorem.

Notula moralis.

Boni v̄tus i agendo.

¶ Utrũ cognitio ſit altior amore



Ad quartũ ſic ꝓcedit. videt̃ q̃d cognitio ſit altior amore: q2 altiſſime potẽtie eſt altiſſimꝰ actus. ſed intellr̃s eſt altiſſima potentia in nobis: vt dicit p̃hs. 10. ethi. ergo cognitio eſt altiſſima opatio eoꝝ q̃ i nobis ſũt ⁊ ita dignior amore. ¶ Preterea ſicut Boe. dicit in li. de ↄſol. natura a pfectis ſumpſit originẽ: ſed cognitio p̄cedit amorẽ: ergo cognitio eſt altior q̃ꝫ amor. ¶ Preterea illud q̃d eſt ꝓpriũ homini eſt nobilius q̃ꝫ illud in quo cõmunicat cũ brutis. ſed intelligere eſt proprium hoĩs: in amore autem cõuenit cũ brutis. ꝗ ſcia ⁊ intellr̃s ſunt digniora q̃ꝫ amor. ¶ Preterea vita cõtemplatiua ẽ nobilior q̃ꝫ vita actiua ⁊ altior. ſc3 ſcia ꝑtinet ad vitam cõtemplatiuam. Amor autẽ videt̃ ad praxim pertinere: q2 obm̃ eiꝰ eſt bonũ: ergo ſcia eſt altior q̃ꝫ amor. ¶ Preterea obm̃ amoris eſt bonũ ſimpliciter. ſed verum eſt melius q̃ꝫ bonũ ſimplr̃. q2 verum eſt ſummũ3

In genere bonorū: sicut ⁊ optimus hō est melior q̄ hō simplr. ḡ sciās cognitio ē altior q̄ amor ¶ Preterea q̄to aliqd ē spūalius tāto ē altius: sz cognitio est spūalior q̄ amor: q² sm motū a reb⁹ ad alam ē cognitio: sz aūt motū ab ala ad res ē amor. ḡ cognitio est nobilior q̄ amor. ¶ Preterea p̄miū est p̄stātius merito: sz cognitio ē p̄miū amoris. Jo.14. Qui diligit me diliget a patre meo ⁊ ego manifestabo ei meipsuz. Et Aug. dicit q̄ visio est tota mercēs. ergo cognitio p̄eminet amori. ¶ Sed 𝔷 est qd dr Eph.3. sup eminentē sciē charitatē christi.

¶ Preterea p̄a Corin.13. dr q̄ charitas est maior fide. ḡ eadē rōne qlz amor est maior ⁊ dignior cognitiōe sibi rn̄dēte. ¶ Preterea Thu. de san. vic. sup illud Dio.7. c. ce. ierar. mobile et acutū dicit. Dilectio supeminet sciē ⁊ maior est intelligentia plus eī diligit q̄ intellr: q² intrat dilectio vbi scia foris stat. ergo amor excedit sciam. ¶ Preterea finis in vnaq̄q3 re est potissimū. sz obm amoris est bonū qd hz rōnez finis ergo cū opationes distingnant penes obā amor inter oēs operatiōes aie est potior. ¶ Preterea sicut se hz potētia ad potentiā: ita se hz opatio ad opationē. sz volūtas ē altior oib⁹ alijs potentijs aie: q² mouet oēs alias ⁊ nō cogit. ḡ ⁊ amor qui est operatio volūtatis p̄eminet oibus alijs aie opationib⁹. ¶ Preterea sicut dic Dio.5.c. de di. no. illud qd i pluribus inuenit simplicius ⁊ nobilius est: sicut esse nobili⁹ est q̄ viuere q̄uis viuētia sint nobiliora q̄ exn̄tia tm̄: inq̄tum etiā viuētia nobilius eē participāt: sz amor in plurib⁹ participatur q̄ cognitio. quia in oibus aliquo mō est amor: vt dictū est prius: non autē cognitio. ḡ amor est p̄stantior cognitione: Ridiculū eī est dicere q̄ in lapidib⁹ sit cognitio nālis sicut amor vel appetit⁹ nālis.

Respondeo dōm qd in reb⁹ oibus duplex pfectio inuenitur. vna q̄ in se subsistit. alia qua ad res alias ordinat. ⁊ vtraq3 pfectio in reb⁹ mālib⁹ terminata et finita est: q² ⁊ formā vnā determinatā hz. p quā in vna tm̄ spē est: ⁊ etiā p determinatā virtutē ad res q̄sdā sibi pportionatas inclinationez hz ⁊ ordinē: sicut graue ad centrū. Ex vtraq3 aūt pte res imāles infinitatē habēt quodāmō q² sunt quodāmodo oia: siue inq̄tū eēntia rei immālis est exēplar ⁊ silitudo oim sicut i deo accidit: siue q² hz silitudinē oim vel actu vel potētia sicut accidit in angelis ⁊ alab⁹. et ex hac pte accidit eis cognitio. Silr etiā ad oēs res inclinationē ⁊ ordinē habent ex qua parte accidit eis volūtas: sm q̄ oia placēt vel displicēt vel actu vel potētia. Et sm q̄ aliqua immaterialitatē pticipāt sm hoc cognitionis ⁊ voluntatis participatiua sunt. Unde ⁊ aialia cognoscūt inq̄tum spēs sensibiliū immāliter in organis sensuū recipiunt: ⁊ sm intentiones spūaliter ex reb⁹ pceptis per appetitū sensibilem ad diuersa inclinant Patet ergo q̄ cognitio ptinet ad pfectionē cognoscētis, q̄ in seipso pfectū est volūtas aūt ptinet ad pfectionem rei sm ordinem ad alias res: et ideo obiectum cognoscitiue virtutis est verum q̄

Perfectio duplex i rebus

Cōparatio triplex cognitiue ad appetitiuam.

est in anima: vt dicit philosophus 6. Metaph. obiectum autem appetitiue bonum quod est in rebus: vt dicitur ibidem. Potest ergo comparari potentia cognoscitiua ad appetitiuam tripliciter. Primo sm ordinem: et sic cognitiua potētia naturaliter prior est. quia prius est perfectio rei in seipsa quam sm ordinē ad aliā. Secundo quantum ad capacitatem: et sunt equales: quia sicut cognoscitiua est respectu omnium ita et appetitiua. vnde et mutuo se includūt: quia intellectus voluntatem cognoscit: et voluntas ea que ad intellectum pertinent appetit et amat. Tertio possunt cōparari sm eminētiā vel dignitatem. et sic se habent vt excedētia et excessa: quia si cōsideretur intellectus et voluntas et que ad ipsa pertinēt: vt quedam proprietates et accñtia eius in quo sunt. sic intellectus est prestantior et que ad ipsum pertinent. Si autem considerentur vt potētie. i. sm ordinē ad actus et obiecta: sic volūtas et que ad ipsam ptinēt excedit. Si aūt q̄ratur qd horum simplr dignius sit: dicendum quod res quedā sunt aia superiores: et quedam inferiores vnde cū per voluntatē et amorē hō in ipsas res volitas et amatas quodāmō trahatur. per cognitionē autē econuerso res cognite in cognoscente efficiantur per suas similitudines: respectu earum rerum que sunt supra animam nobilior et altior est amor quā cognitio. illarum vero que sunt infra animam cognitio est potior. vnde etiam multarum rerum quarum est malus amor ē bona cognitio.

Perfectio duplex in rebus

Ad primū ergo dicendum quod phs loquitur de potentijs sm quod sunt proprietates quedam eius in quo sunt. ¶ Uel dicendum quod phs sub intellectu cōprehēdit volūtatē intellectui respōdentē: sicut et sub rōne quādoque cōprehēditur: et ideo non est ibi cōparatio intellectus ad volūtatem: sed intellectus ad vires inferiores. ¶ Ad secundum dicendum quod quamuis primum principium in quolibet genere sit perfectissimū nō tñ oportet quod omne quod est prius sit perfectius: cum aliquid sit prius in via generatiōis quod est imperfectius: sicut puer viro: et addiscens sciente: et ita etiam cognitio quodāmodo amore precedit. ¶ Ad tertium dicendum quod illa ratio procedit de intellectu et voluntate sm respectum ad id in quo sūt. ¶ Uel dicendum quod intellectu aliquo modo alia aialia participāt per quandam obscuram resonantiam inquantum sentiunt: sicut et voluntatate participant inquantum habent appetitum sensualem. vnde et in brutis voluntariū inuenitur: vt dicit phs. 3. eth. nō quod simplr voluntatē habeāt. ¶ Ad quartum dicēdū quod a vita contēplatiua nō excluditur voluntas et amor sicut nec intellectus a vita actiua. et ideo nō pōt harū gradus distingui sm gradus duarum vitarum. ¶ Ad quintū dicendum quod particulare nō habet naturā et rōnē sui vniuersalis nisi sm quod nā vlis inuenitur in ipso: vnde impossibile est quod rō vlis magis sit in particulari quam in ipso vli: quāuis ratio alicuius alterius possit inueniri magis in particulari quam in vli sicut homo non potest eē magis aial quam aial cōe pōt tamē esse magis bonū vel aliquid hmōi: et ideo neque

Alia aialia quodammodo participāt intellectum.

verũ neq; aliquod bonũ particulariter acceptũ põt dici ꝑstantiꝰ. ꝙ ipm bonũ. ¶ Ad 6m dõm ꝙ rõ illa ꝓcedit ꝗtũ ad illas res q̄ sunt infra alam: q̄ sunt minus spũales ꝙ ala. ¶ Ad 7m dõẑ ꝙ visio illa nõ erit sine amore in ꝑmio: sicut nec amor fuit sine cognitione in merito. iõ tñ ꝑmium magis attribuit̃ cognitioni: meritũ ꝟo amori: qꝛ ꝑmiũ est ẜm receptionẽ qua aliquis in seipso ꝑficit̃. meritũ ꝟo ẜm opationez q̄ aliquis in remunerationẽ se extendit: et ei se cõiungit. ¶ Et qꝛ opʒ etiam ad alia rñdere: ideo dõm ad octauũ et nonum ꝙ ille rõnes procedunt de cognitione dei: que est supra alaʒ. vñ amor eius cognitionẽ de ipso excedit. ¶ Ad decimũ dõm ꝙ amor magis intrat ad rem quã cognitio: quia cognitio est de re ẜm id qđ recipit̃ in cognoscẽte. Amor autem est de re inquãtũ ipse amãs in rem ipsam transformatur. vt dictum est prius. In hac autem via qua perficitur anima in ordine ad res alias: dictum est ꝙ volũtas cognitionẽ excedit: ad quã viam ꝑtinet esse magis vel minus intimũ rei. ¶ Ad 11m dicendum ꝙ ratio finis ꝓprie respicit motũ ⁊ opationem et ordinem rei ad rem: ⁊ nõ esse rei absolute vñ in matematicis in quibus nõ est operatio ⁊ motus: nõ inuenitur finis. vt dicit̃ in. 3. metaph. ⁊ ideo etiã hec rõ ꝓcedit ẜm illum modũ quo volũtas dicit̃ intellectui ꝑeminere. ¶ Ad 12m dõm ꝙ mouere alias vires et non cogi ab obiecto pertinet ad voluntatem ẜm ꝙ ipsa est primum determinans alias potẽtias hũanas in ordine ad res alias circa quas operant̃: et ipsa non determinatur ab alio. vñ ꝗtũ ad hoc ad qđ a deo determinat̃ nãli inclinatione quodãmodo libertatem nõ habet: sʒ quasi cogit̃ nãli inclinatiõe sic respectu btitudinis: quã nullus nõ põt nõ velle Ex hac autem parte qua hõ ab alio ordinatur dictũ est ꝙ mor cognitionem excedit. ¶ Ad 13m dicendum ꝙ amor ꝓprie loquẽdo non est nisi in illis in quibus est cognitio. sed amoris nomen transumitur ad ea ad que cognitionis nomen extendi põt: quia amor dicit̃ ẜm ꝙ amãs ad rem aliã ordinat̃. Aliqđ autẽ ad alterũ ordinari potest etiã ab exteriori ordinante: ⁊ iõ illa que ad aliqđ ordinantur ab habentibꝰ cognitionẽ. quorũ ꝓprie ẽ amor (Amoris nomen transsumit̃.) incꝗtum ex seipsis ad amata ordinantur: nomẽ amoris vel appetitus recipere possunt. Cognitio aũt dꝛ ẜm ꝙ res cognita sit in cognoscẽte ꝑ modum cognoscẽtis s. ẜm eẽ spũale ⁊ imãle dispositio aũt talis nõ inest alicui nisi ex ꝓprietate sue nãe. vñ nomẽ cognitionis ad alalia que talẽ nãm nõ hñt extẽdi nõ põt vt dicant̃ incensibilia nãlr cognoscere sicut naturalr amãt vl' appetunt.

¶ Questio. II.



Eide q̄ritur de charitate. Et circa hoc q̄runtur quatuor. primo qđ sit charitas. Secundo vtrum sit virtus. Tertio in quo sit sicut in subo. Quarto de comparatiõe eius ad alias ꝟtutes.

¶ Utrũ charitas sit idẽ qđ cõcupiscẽtia vel qđ sit charitas.



Respõdeo dõm: ꝙ effectus exterior non pertinet ad charitatem nisi inquantum ex affectu procedit: in quo primo est charitatis actꝰ. Unde si esset ordo in effectu tantum attendendus: ordo ille nullo modo ad charitatem pertineret: sed ad alias virtutes magis: sicut ad liberalitatem vel misericordiam: vnde cum charitas ordinata phibeatur oportet ꝙ ordo in affectu obseruetur: ⁊ ex affectu in effectum procedat: non hoc modo ꝙ ei qui plus ex affectu diligitur magis in effectu impendatur: sed ꝙ homo sit paratus magis impendere si necesse foret: quia quandoqꝫ qui distinguuntur nostris auxilijs non indigent. et hoc etiam patet per simile ĩ natura: quia vnicuiqꝫ rei naturali tantum inductum est a causatore de amore naturali erga aliquid quantum necessariuz est vt effectum circa id exhibeat. ⁊ similiter sm gradum qui necesse est vt obseruetur in effectu ordo affectus lege diuina imperatur

Notula moralis.

Ad primum ergo dicendũ: ꝙ obiectum fidei non est veritas prima secundum ꝙ est in re existens tantum: sed secundum ꝙ est nobis diuinitus annunciata: quia fides ex auditu est. et iõ quia oĩa que sunt fidei anũciata sunt nobis eodez modo: ideo equalis certitudo de eis habet. sed charitatis obiectuz est bonũ sꝫ ꝙ est in rebus: ⁊ iõ cũ in diuersis rebus diuersimode diuina bonitas inueniatur: oportet ꝙ diuersimode affectio nostra in illa trãseat. ¶ Ad secundum dõm ꝙ quamuis sit eadem rõ cõmunis diligendi in oĩbus: tñ illa rõ nõ equaliter participatur in singulis: et ideo nec equalis affectio eis debetur. ¶ Ad 3m dõm ꝙ intensio actus precipue in actibus anime que nõ necessario sm totum suũ posse agit sicut naturalia nõ mẽsurantur ad quãtitatem obiecti tãtum. sed ad efficaciã agentis ⁊ conatũ in agendo. vñ nõ melius videt qui maiorem rem intuetur sed qui clarius videt: iõ etiã non oportet ꝙ equaliter afficiar ad illud cui equale bonum desidero. ¶ Ad 4m dõm ꝙ ille qui impẽdit qd debet alicui sine affectu: quãuis nõ sit reus precepti qd est de actu iustitie: est tñ reus precepti qd est de actu charitatis. vñ Ro. 1. sicut ĩũ reputat sine affectione esse. ¶ Ad 5m dicendum ꝙ de quãtitate meriti diligibiliũ diuersorum questio erit in sequenti distin. ⁊ ideo ibi reseruetur.

¶ Utrum deus sit super omnia diligendus ex charitate.



D tertiuz sic pceditꝰ videtur ꝙ deꝰ nõ sit supra oĩa diligẽdus ex charitate: qꝛ sicut dicit Dio. 4. ca. de. di. no. amor est vnitiua virtus: sꝫ magis est sibi vnusquisqꝫ vnitus quã deo. ergo magis ex charitate debet se diligere quã deum. ¶ Preterea. phs dicit in. 8. ethic. ꝙ vnicuiqꝫ est amabile qd est sibi bo-

num. sed quicquid diligit ppter hoc q est sibi bonum propter se ipsum diligit. homo ergo qcquid diligit propter seipsum diligit ergo se magis diligit omnibus que diligit: & ita non diligit deum supra oia. ¶ Preterea. phs dicit in ix. eth. q amicabilia que sunt ad alterum veniunt ex amicabilib9 que sunt ad seipsum. sed primuz in quolibet genere est potissimu: ergo amor quem quisqz habet ad seipsum est potior amore que habet ad alterum. & ita quisqz plus seipsum q deum diligit sz naturam; & ita etia sm charitate cum gratia natura non destruat. ¶ Preterea. sicut dicit Grego. pbatio dilectionis est exhibitio operis. sz tatum quisqz facit pro gratia conseruanda. siue beatitudine creata habenda: qtum pro deo: ergo tantuz diligit quis gratiam vel beatitudinem creataz qtum deum. sed dilectio qua dicimur diligere virtutez vel aliquod accidens refert ad ipsum subiectu accidetis: cui desiderat illud accidens. ergo tatum quisqz diligit se habens charitate qtu deu. ¶ Preterea. tm qsqz diligit pximum qtu diligit deu in ipso. sed qtu qsqz diligit deu in se tatum diligit deum in proximo vel in se ipso: qz deus non est melior in se q vbicunqz est. ergo tatum qsqz diligit seipsum vel proximum qtum diligit deum. & ita non diligitur deus ex charitate super omnia. ¶ Sed contra. finis magis diligendus est his que sunt ad finem; sed deus est finis omniuz diligibilium ex charitate; ergo ipse est maxime diligendus. ¶ Preterea. vnicuiqz est diligibile proprium bonum sm phm. sed deus est maius bonum q aliqd aliud: & est proprium magis alicui q aliquid aliud qz est magis intimum anime q etiam ipsa sibi vt dicitur in libro de spiritu & anima. ergo deus super omnia diligedus est. ¶ Preterea. qd est ca alioru in vnoquoqz genere maximu est in genere illo: vt dr in. 2. metha. sz deus est ca & ro quare oia ex charitate diligant: qz diuina bonitas est p se obiectu charitatis: ergo magis diligedus est deus q aliquid aliud.

Respōdeo dicendum q cuz dicendum amoris sit bonu dupliciter aliqs tendere potest in bonum alicuius rei. Uno modo itaqz bonuz illius rei ad alteru referat: sicut q bonum vnius rei optet alteri si nō habet: vel complacet sibi si habet: sicut amat quis vinum inqtum dulcedinem vini peroptat & in hoc gaudet q eo fruatur: non q vinum ipsum habet: & hic amor vocatur a quibusda amor concupiscentie: amor autez iste non terminatur ad rem: que dicitur amari: sed reflectitur ad rem illam cui optatur bonum illius rei. Alio modo amor fertur in bonum alicuius rei ita q ad rem ipsam terminatur inqtum rem bonum quod habet complacet q habeat: & bonum quod non habet optatur ei. & hic est amor beniuolentie qui est principiuz amicitie vt dicit philosophus in. ix. ethi. Unde gradus charitatis sm hunc modum amoris attendendi sunt: quia charitas amicitiam includit: vt supra dictum est. bonum autem illud vnusquisqz maxime vult saluari quod est sibi magis placens:

duplr qs tendit in bonu.

quia hoc est appetitui informato per amorem magis conforme: hoc est autem suum bonum. vnde sm q bonum alicuius rei est vel estimatur magis bonum ipsius amatis: hoc amans magis saluari vult in ipsa re amata: bonum autem ipsius amantis magis inuenitur vbi perfectius est. et ideo quia pars quelibet imperfecta est in seipsa: perfectionem autem habet in suo toto: io etia naturali amore pars plus tendit ad conseruationem sui totius q suipsius. Unde etiam naturaliter alal opponit brachium ad defensionem capitis: ex quo pendet salus totius. Et inde est etia q particulares homines seipsos morti exponunt pro conseruatioe comunitatis: cuius ipsi sunt pars. qr ergo bonum nostrum in deo perfectum est sicut in ca vniuersali prima & perfecta bonorum: io bonu in ipso ee magis naturalr coplacet q in nobisipsis. & io etia amore amicitie naturalr de9 ab homine plus seipso diligit. & qr charitas natura pficit: io etia sm charitatem deu supra seipsum ho diligit: & sup ola alia pticularia bona. charitas autem supra naturalem dilectionem ipsius addit quandam associatione invita gre vt supra dictum est.

Opinio aliquoru recitatur.

Quidam aut dicut q aliqs naturalr amore cocupiscentie deu plus seipso diligit inqtum diuinum bonum est sibi delectabilius. sed amore amicitie plus seipsum naturalr q deum diligit: dum plus se vult esse & viuere: & habere aliqua bona q deum. sed charitas ad hoc naturam eleuat vt etiam per amicitiam aliquis plus deum diligat q seipsum. Sed pma opinio pbabilior est: qr inclinatio nature hois inqtum est ho nunq contradicit inclinationi virtutis: sed est ei conformis.

Ad primu igit dom q amor no est vnio ipsarum rerum essentialr sed affectuu. no autem est inconueniens: vt illud qd est minus coiunctu sm rem sit magis coiunctum sm affectu: du plerumq ea q realr nobis coiuncta sunt nobis displiceant: & ab affectu maxime discordent. sed amor ad rerum vnionem inducit quantum possibile est. & ideo amor diuinus facit hominem sm q possibile est no sua vita. sed dei viuere. sicut Apostolus dicit Gal. 2. Uiuo ego iam no ego viuit vero in me christus. ¶ Ad 2m dom q quis vnicuiq sit amabile qd sibi est bonu: non tn opz q propter hoc sicut ppter fine amet: qr est sibi bonu: cu etia amicitia no retorqueat ad seipm bonum qd ad alteru optat. diligimus em amicos et si nihil nobis debeat inde fieri. ¶ Ad 3m dicendum q amicabilia q sunt ad alteru venerunt ex amicabilibus q sunt ad seipsum no sicut ex ca finali: sed sicut ex eo qd est prius in via generatiois: qr sicut qlibet sibi pus est not9 q alter & q de9: ita etia dilectio qua quisq hz ad seipm est prior ea dilectione qua hz ad alterum in via generationis. ¶ Ad 4m dom q opera nostra proprie loquendo non pportionant affectioni qua ipm in se ipso diligimus. qr ex nostris operibus nihil ei accrescit vel accrescere potest. sed si esset possibile q ex nostris operibus aliqd ei accresceret habens charitate multo plura faceret propter btitudi-

nem ei conservandaz q̃. propter eaz sibi adipiscendam. ¶ Ad 5m doz q deus vbiqz equalr diligit tñ diuinũ bonũ in isto esse nõ est tm amabile sicut ipsuz esse in deo: qr non eque pfecte in oibus est.

¶ Utrũ in dilectiõe dei possit hri respectus ad aliquã mercedem.



Ad quartũ sic procedit. videt q nõ possit in dilectiõe dei haberi respectus ad aliquã mercedẽ. qr Jo.10. mercenariꝰ vituperat sz mercẽnarius dr q mercedem querit. ergo dilectio dei ex charitate nõ admittit respectuz mercedis. ¶ Preterea Aug. dicit. Deo licet sine pmio seruiri non possit: tñ sine intuitu pmij seruiendum est: sed premiũ nihil aliud est q̃ merces laboris ergo sine respectu mercedis deo seruiendum est. ¶ Preterea amicitia ciuilis quãuis habeat multas dilectiones ꝛ vtilitates: tamẽ ad eas non respicit sed supra honestum fundat. sed amicitia charitatis magis est honesta q̃ amicitia ciuilis. ergo nec ipsa ad aliquam vtilitatem respicit. ¶ Preterea. merces est finis eoruz que propter mercedẽ fiunt. sed finis diligitur magis q̃ ea que sunt ad finem. si ergo deus propter aliquam mercedẽ diligeretur aliqd aliud magis diligeret deo: q est contra rõnẽ charitatis. ¶ Preterea sicut p charitatẽ homo adipiscitur pmium: ita etiã fugit et penã. sed charitas expellit timorem pene maxime si sit pfecta: ergo videt q etiã excludit intuitũ mercedis. ¶ Sz cõtra. sicut dicit in glos. Mathei primo. spes generat charitatem. sed spes est expectatio mercedis. ergo charitas potest esse cum intuitu mercedis. ¶ Preterea. Hebre. xj. dicitur de sanctis patribus q aspiciebant in remunerationem: sed constat q ipsi diligebant deum ex charitate. ergo dilectio dei ex charitate compatitur intuitum mercedis. ¶ Preterea. amicoruz est, q querant inuicem perfrui. sed nihil aliud est merces nra q̃ perfrui deo vidẽdo ipsum. ergo charitas non solum non excludit: sed etiã facit habere oculum ad mercedem.


Respõdeo dicendũ q merces proprie dicitur premiuz quod quis ex labore vel aliquo opere meretur. premium autem est quod alicui in bonum eius redditur. vnde merces inqñtum huiusmodi importat aliquid referibile per amorem ad id cui merces redditur. Mercedem enim aliquis pter seipsuz amat: nõ tamẽ est de ratione mercedis: q sit intentionis finis: quia plerumqz aliquis mercedẽ ex opere non querit cui merces datur. ea autem que propter se aliquis diligit vel sunt pfectiones illius formaliter: sicut sanitas virtus operatio dilectio ꝛ huiusmodi vel sunt effectiua vel conseruatiua horuz aut contrariorũ prohibitiua. Unde si aliqs amat aliqd extra se ppt seipsum illud potest dici merces: inquantum ex eo aliquid in ipo relinquitur vel conseruatur. sed sicut supra dictum est de ratione amicitie est q amicus sui gratia diligatur: vnde amicus non habet in amicitia rationem mercedis proprie loquendo: quamuis ea que ex amico in nobis

Charitas nõ est mercẽnaria.

fiunt rationem mercedis habere possint sicut delectiones & utilitates quas ex ipso amans consequitur: ratione quarum ipse amicus merces dicitur quasi cāliter: sicut dicitur deus merces nostra ratione eorum que ex ipso in nobis sunt: p3 ergo q ponere mercedē aliquā finē amoris ex parte amati est contra rōnē amicitie. Unde charitas per hunc modū oculū ad mercedē habere non potest. hoc eni esset deū non ponere ultimum finem: sed bona que ex ipso consequit. Sed ponere mercedem esse finem amoris ex parte amantis: non tamen ultimū: prout. s. ipse amor est quedā operatio amantis: non est contra rationē amicitie quia ipsa amoris operatio cū sit quoddā accidens non dicitur amari nisi propter suū subiectū ut ex dictis patet. & inter ea que ꝑpter se aliquis diligit potest esse ordo salua amicitia. Unde & ipsam operationē amoris possum amare non obstante amicitia propter aliquid aliud. erit tamen cōtra rationem virtutis: si virtutis operatio propter aliquid aliud virtute inferius: cuiusmodi sunt temporalia bona diligatur patet: ergo q habens charitatem non potest habere oculū ad mercedē ut ponat aliquid quodcūq finem amati, scilicet dei. hoc eni esset contra rationem charitatis ut est amicitia quedam. Nec iterum ut ponat aliquod bonum tēporale finē ipsius amoris: q2 hoc contra rationē charitatis ut est virtus. potest tamen habere oculum ad mercedem ut ponat beatitudinem creatam finem amoris nō autē finē amati. hoc enim neq est cōtra rōnē amicitie neq cōtra rōnē virtutis: cum beatitudo virtutum sit finis.

Ad primū ergo dō3 q mercenari⁹ ibi dr q̄ opus speciale ꝑpter mercedē temporalem exercet. ¶ Ad scōm dicendū q sine intuitu premij seruiendū est: ita q p̄mium non ponatur finis eius qd amat & cui seruitur: sed q ponat finis ipsius seruitij vel amoris. ¶ Ad tertiū dōm q amicitia non respicit delectatiōes & utilitates amicorum quasi finem ꝑter quā amicus amat. ¶ Ad quartū p3 solutio per ea que dicta sunt. ¶ Ad quintum dicendū q bonum de quo est spes magis est consonū amori q̄ malum de quo est timor. & ideo q̄uis perfecta charitas foras mittat timorē pene: nō tn̄ oportet q foras mittat intuitum mercedis.

¶ Utrum homo magis debeat seipsum ex charitate diligere q̄ proximum.



Ad quintū sic ꝓcedit. videt q hō ex charitate nō debeat seipsū magis q̄ proximum diligere. Illud eni propter quod aliud relinquitur magis amatur. sed charitas facit hominem seipsum relinquere quodammodo & amato inherere: quia Dionysius dicit q amor ponit hominem extra se. & collocat eū in amato. ergo plus amat amicū q̄ se. ¶ Preterea. deū magis q̄ nosipsos diligimus inq̄tū bonū nostrū ꝑfectius in eo q̄ in nobis inuenit. sed similiter ꝑfectius īuenit in aliquo ꝓximorū q̄ in nobis qui bona que nos ha

bem⁹ perfectius habēt: ergo de-
bemus magis ꝓximū ꝙ nosipsos diligere. ¶ Preterea illō qđ
aliqs maxime in seipo diligit est
viuere et esse. sed charitas facit
ponere vitā corporalē ꝓ fratri-
bus. quidā em̄ gentiles ꝓ amore
amicoꝝ se morti exposuerūt sine
aliqua spe vite eterne. ꝗ amici-
tia ⁊ charitas facit magis diligi
ꝓximū ꝙ seipm. ¶ Preterea il-
los magis diligimus quoꝝ bo-
na magis optamus: ⁊ mala ma
gis vitam⁹. ⁊ sicut dicit phs in. 9.
Ethic. in tristitijs amicos tarde
vocādos: ad eoꝝ aūt tristitias
prompte eundū. In letitijs autē
ecōuerso: qꝛ eos prompte vocan
dum. difficulter ad eoꝝ letitias
se ingerenduꝫ. ergo charitas fa
cit magis amare ꝓximos ꝙ se-
ipsos. ¶ Preterea bn̄ficentia est
effectus charitatis. ſꝫ magis lau
dātur q̇ sunt benefici ad amicos
ꝙ q̇ sunt bn̄fici ad seipsos. ergo
charitas facit magis amare ꝓxi
mos ꝙ seipsuꝫ. ¶ Pretea amici-
tia facit hominē gaudere de cō-
uersatione cū amicis. sed homo
magis delectatur de cōuersatio
ne ad amicos quā de cōuersatio
ne sui ad seipsuꝫ. ergo plus ami
cos et ꝓximos ꝙ seipm diligit.
¶ Sed ꝯtra. quāto qͣs amat sa-
lutē alicui⁹ tāto vitat pctm̄ ei⁹. ſꝫ
homo magis dꝫ vitare pctm̄ suū
ꝙ pctm̄ alterius. ergo magis dꝫ
amare vitā suā ꝙ salutē alteri⁹.
¶ Preterea mia ex amore causa
tur. sed homo debet incipere mi
sereri a seipso ſm ꝙ dicit Augu.
ergo et a seipso debet incipere
amorem. ¶ Preterea illud quod
est naturale vehementius est ꝙ
illud qđ est voluntarium tm̄. sed
amor sui est ex inclinatione na-
ture. amor autem aliorum est ex
voluntate rationis tantuꝫ: ergo
ex charitate homo plus seipsum
ꝙ alios diligit.

Respondeo dōm: ꝙ sicut ali
quid inuenitur perfectius in cā
perfecta ⁊ inuniuersali ꝙ in effe
ctu particulari; ita aliqđ perfe-
ctius inuenit̄ in re ꝙ in sui simi-
litudine. vnde cū bonū ꝓximi
alicuius inueniat̄ in deo sicut in
causa vl̄i: in se aūt sicut in effectu
in ꝓximo aūt sicut in similitudīe
sicut deum plus ꝙ seipsum dili-
gere dꝫ beniuolētie dilectiōe: ita
etiā plus se ꝙ proximum. Sed
sciendum ꝙ cū in homine sit du
plex natura. s. interior. vꝫ. ratio-
nis que dr̄ hō interior: ⁊ exterior
scilicet natura sensualis: q̄ dr̄ hō
exterior plus homo dꝫ diligere
se quantū ad naturā interiorē ꝙ
quantū ad nām exterioreꝫ. et iō
ea q̄ sunt bona nature interioris
plus dꝫ optare ꝙ ea q̄ sunt bo-
na sibi ſm naturā exteriorē. Dia
autē opa virtutis sunt sibi bona
ſm interiorē naturā: inter q̄ etiā
sunt illa que quis ad amicū ope
ratur. ⁊ ideo plura bona exterio
ra sunt impēdenda amicis ꝙ no
bisipsis inquantū consistit i hoc
bonū virtutis qđ nō est nostrum
maximū bonū. sed de bonis spi-
ritualibus semp plus nobis ꝙ
amicis impendere debemus et
velle: ⁊ silr̄ etiā de malis vitādis

Ad primū ergo dicen
dū: ꝙ i amo
re amatū vt amatū potius est ꝙ
amantis vt amans. sed qꝛ amās
est ēt amatū a seipo: iō pot⁹ pōt
esse in amore inquantū est ama-
tū ꝙ amatū extrinsecū. ⁊ magis
collocat̄ in ipso affectus aman-
tis ꝙ

rio ꝙ in exteriori amato. ¶Ad 2m dōm ꝙ ꝗuis bonuz qd ego habeo possit in ꝓximo ꝑfectius inueniri ꝙ in meipo: tñ in me sp inuenit perfectius vt ꝓpriuz: qr bonū qd est in ipso nō est meuz nisi per silitudinē. bonum autez qd est in deo est meū etiam scdz casum. ¶Ad tertiū dōm ꝙ tradere seipsuz morti ꝓpter amicū est ꝑfectissimus actꝰ ꝟtutis: vnde hunc actū magis appetit virtuosus ꝙ vitā ꝓpriā corporalē. vnde ꝙ aliquis vitā ꝓpriaz corporalē ꝓpter amicuz ponit non cōtingit ex hoc ꝙ aliquis plus amicū ꝙ seipm diligat: sed qr in se plus diligit quis bonū virtutis ꝙ bonū corporale. ¶Ad q̄rtuz dōm ꝙ in hoc ipso ꝙ hō nō vult esse onerosus amico tristitias suas cōicando eidē: sed magis bñficus ⁊ delectabilis scdm virtutē operat. ⁊ ita spūale bonum plus sibi ꝙ amico tribuit. ¶Ad quintuz dōm ꝙ de bonis spūalibus magis nobis impēdimus ꝙ amicis. de corꝑalibꝰ aūt magis amicis ꝙ nobis rōne iaz dicta. ¶Ad sextū dōm ꝙ cōuersatio cum amicis est nobis delectabilis inq̄tū cognoscimꝰ bonū ipsoꝝ ꝙ nobis quasi nostrū cōplacet. ⁊ qr per visuz melius cognoscunt res ꝙ per aliū sensum: iō amici magis se videre desiderāt. et qr magis pōt homo cognoscere q̄ sunt alterius ꝙ que ꝓpria: iō magis delectatur in cōuersando ad amicū ꝙ etiā ad seipm: ꝗuis virtuosus ad seipsum delectabilr cōuersetur: inq̄tum in seipso cōsiderat memoriā ⁊ ꝓpositum: ⁊ spē bonorū que ei delectationē ingerunt: vt dicitur in nono ethi.

Cōuersatio amicabilis.

¶Utrū hō dēat magis ex charitate diligere extneos ꝙ ꝓpinquos.



Ad sextū sic ꝓcedit. videt ꝙ hō ex charita ta magis dbeat diligere extneos ꝙ ꝓpinquos. charitas em̄ sicut ⁊ amicitia fundamentū hz honestū. sed maior honestas vel virtꝰ inuenit qñq3 in extraneis ꝙ ꝓpinquis: ergo magis sunt diligēdi ex charitate extranei ꝙ ꝓpinqui. ¶Preterea. charitas facit cōformitatē hoīs ad deū: sed deus plus diligit extraneos nr̄os ꝙ ꝓpiquos: si sūt meliores: ergo ⁊ nos magis eos diligere debemꝰ. ¶Preterea. effectus rn̄det affectui: sed in aliq̄bus debemꝰ maiorē effectū amoris ostēdere ad extraneos ꝙ ad ꝓpinquos: sicut in collatiōe beneficioꝝ ecclesiasticoruz si extnei meliores sint: ḡ magis sunt diligēdi etiā ex affectu qñq3 extranei ꝙ ꝓpinqui. ¶Preterea. concordia in charitate importat et ex charitate efficit. sed aliqñ magis cōcordandū est extraneis ꝙ ꝓpinquis sicut in bellis magis obediendū est duci exercitus ꝙ patri: ḡ magis sunt diligēdi extranei ꝙ ꝓpinqui. ¶Preterea. illud qd est debitū preponēdū est ei qd nō est debitū. sed reddere retributionem bñficioꝝ est debitū: benefacere aūt ꝓpinquis nō est debitū: qñq3 ergo magis benefaciendū est extraneis ꝙ propinquis. ⁊ ita ad minus q̄tū ad effectū amicitie extnei ꝓpinquis ꝑponēdi sunt. ¶Sed ꝯ. Gala. 6. Operemur bonū ad oēs: maxime aūt ad domesticos fidei: ḡ ꝓpin-

qui pferendi sunt exneis. ¶ Preterea. 1. Thi. 5. dr. Qui suorum et maxime domesticorum curā nō hz fidē negauit et est infideli deterior. ergo magis habēda est cura ppinquorū ꝙ aliorum. ¶ Preterea. magis homo debet seipsum diligere ꝙ alios: ergo quāto aliqui sunt sibi magis propinqui magis debet eos diligere.

Respōdeo dicēdum ꝙ sicut dictū est proximos diligimus: inquātum in eis bonū nr̄m p silitudinē inuenit loquēdo de amore beniuolētie hec aūt silitudo attēdit ſm ꝙ cū eis cōicamus: vñ et ſm diuersas cōicatiōes diuersas amicitias phus distinguit. Est enim cōicatio alia quidē naturalis ſm ꝙ in nāli origine aliqui cōicant: et in illa cōicatione fundat amicitia patris et filij et aliorum cōsanguineorum. Alia vero cōicatio est iconomica ſm quā hoies sibi i domesticis officijs cōmunicāt. Alia vero cōmunicatio est politica: ſm quam homines ad conciues suos cōicant. Quarta cōicatio est diuina secundū quā omnes hoies communicāt in vno corpore ecclesie vel actu vl̄ potētia. et hec est amicitia charitatis que habet ad oēs etiā ad inimicos. Quia ergo charitas beniuolētiā importat: que amicis bona optat et operat bonū ad ipsos: iō ſm vnāquāq; predictarū amicitiarum amādi sunt amici ꝗtū ad bona pertinētia ad cōmunicationē illam: super quā amicitia fundat: vnde ad patrē et cōsanguineos amicabilr̄ nos habere debem9 in eis que ad cōseruationē nature pertinēt ad domesticos: et in his que ad dispensationē domus pertinēt. Ad cōciues in his que ad ciuilē vitam spectāt: sicut est simul cōuersari et morari in operib9 ciuilibus. Ad oēs autem hoies in his que ad deū spectant vt olbus opremus vitam eternā: et operemur ad salutē ipsorū ſm modum nostrū. Tamē simpliciter loquēdo ſm illam amicitiam maior debet esse dilectio que magis accedit ad id qd̄ magis diligēdum est: maxime autē diligēdus est de9: et post hoc maxie dz hō seipsum diligere: vt dcm̄ est: et q2 vltima dictarū amicitiarū. s. charitatis magis appropiquat ad dilectionē dei: iō si ab illa pores amicitie separētur potior simplr̄ esset ipsa sine alijs quā alie sine ipsa non aūt separātur quātum ad aliquē qui in hac vita viuat: sed post mortē separātur ab amicitia charitatis dānati: vñ pl9 debeo diligere hoiem christianū ꝙ patrē meū infidelē defunctum simplr̄ loquendo: ꝗuis aliceat ſm affectū naturalē in illud magis ferri qd̄ magis ſm naturam nobis cōiunctū est. Prima amicitia magis prima est ei qua aliquis seipm diligit ꝙ secūda: et secūda ꝙ tertia: 3ª simplr̄ ꝙ quarta tm̄. et ideo Ambro. hūc ordinem dilectiōis ponit vt prio diligātur cōsanguinei: ad quos habet prima amicitia. Secundo domestici ad quos habetur secūda. quātum ad illos qui nobiscum in domo cōuersantur. Et tertia quātum ad illos qui nobis in ciuilibus et honestis actibus familiares sunt. Tertio inimici ad quos solū quarta amicitia habet. et hoc intel-

Amor beniuolentie pulchra declaratio.

Ordo dilectōnis ſm Amb.

ligendum est simplr loquendo. sed scdm qd potest ordo iste mutari: vt scz magis amicabilr me habeam ad familiarez qui mihi conuenit in operibus honestis quātum ad societatez in istis ꝙ̄ ad patrē qui in illis non cōicat. ꝛ sic est intelligendum de aliis.

Ad primū ergo dicendū ꝙ amicitia politica fundamētum habet cōicationē in honestis operibus in q̄bus simul aliqui cōuersant: sed amicitia naturalis habet fundamentū cōicationē naturalē: ꝛ hec cōmunicatio ꝓpinquior est illi qua hō sibi cōicat: vnde sicut hō simplr seipsuz debet magis diligere quo ad naturaz etiā si malus sit ꝙ̄ aliuz bonum: ita etiā naturaz patris sui magis diligere dꝫ simplr loquēdo ꝙ̄ aliuni bonū non quidē inquātuz malus: sed ad hoc vt bonus sit. ¶ Ad scdm dōm ꝙ in hoc deo cōformamur ꝙ diligimꝰ eos magis qui nobiscū magis communicāt: sicut ꝛ ipse eos q̄ secuz magis cōmunicant magis diligit: quāuis nō sint idē qui nobiscum ꝛ cum eo magis cōicant. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ in illis q̄ nō pertinēt ad cōmunicationez naturalē quā cum patre vel cōsanguineis habemus nō opꝫ ꝙ magis cōsanguineis benefaciamus: sed illis qui magis cōiuncti sunt nobis scdm illam cōmunicationē ad quā illa bona pertinēt: ꝛ ideo bn̄ficia ecclesiastica nō sunt danda magis cōsanguineis: sed eis qui magis sunt idonei ad regimē ecclesie: quia illi quātuz ad hoc ꝙ dispensatores diuinorū sumus magis nobiscū cōmunicant. Sed de patrimonio proprio ꝛ de his que homo ꝓprio ꝛ licito lucro acquirit potest benefacere ꝯsanguineis potius ꝙ̄ aliis: ꝛ debet nisi ex alia parte sit aliq̄d qđ prepōderet vt indigētia vel vtilitas. ¶ Ad q̄rtuz pꝫ solutio per iā dicta: qꝛ ad vnūquēqꝫ magis amicabilr nos debemus habere in eis que ad cōicationez illam pertinēt scdm ꝙ amicitia nobis iungūtur. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ in his que ad ꝯseruationē nature pertinēt magis sumus debitores parētibꝰ a quibꝰ naturā accepimus ꝙ̄ aliquibꝰ aliis: ꝛ cōsanguineis ꝯtr. ꝛiō magis liberare debemꝰ ꝑrez a morte ꝙ̄ extraneū etiaz si ille nos in casu siti liberasset: sed in aliis bn̄ficiis possumꝰ nos quandoqꝫ magis amicabilr hr̄e ad extraneos quā ad propinquos.

¶ Utrū pater sit magis diligendus: vel filii vel bn̄factores vel seipsuz debeat diligere: vel vxorem: vel fratres vel matrem.



D septimū sic ꝓceditur. videt ꝙ pater nō sit magis diligentibus: effectꝰ enim affectui rn̄det: et ipm demōstrat. sed magis ostendere debemus effectū amoris filiis ꝙ̄ patribus: non enī filii debēt parētibus thesaurizare: sed ecōuerso. 2. Cor. 12. ergo filii magis amādi sunt quā parentes. ¶ Preterea. charitatis ordo nature ordini nō repugnat: cū charitas naturaz non destruat sed perficiat. sed naturalr hō plus diligit filium quā patrem: sicut etiā naturaliter plus diligit beneficiās beneficiatuz ꝙ̄ ecōuer

so:in quantũ relucet in eo suũ bonũ
magis: vt dr in.9.ethi.ergo ꝛ ſʒ
charitatẽ filii parẽtibus sũt ma
gis amãdi. ¶ Preterea. vnusqſq;
q3 dz seipm plus diligere q ali-
quẽ aliũ post deuz. sed vxorẽ de
bet hõ diligere sicut seipm cum
sit vnũ corpus cũ ea: ergo debet
vxorẽ magis q aliũ aliquez dili
gere. ¶ Preterea. magis debe-
mus diligere eos q nos magis
diligũt sed matres magis dili-
gunt filios q patres: ergo ꝛ filii
magis debẽt diligere matres q
patres. ¶ Preterea. similitudo est
cã amicitie. sed filie magis simi-
lãtur matrib9 q patribus: g ad
minus filie debent plus amare
matres q patres: ꝛ sorores quã
fratres. ꝛ ita ordo qui in lrã po-
nit nõ est vniuersalis. ¶ Preterea.
frẽs petri sunt ppinquiores pa-
tri eius q filii sui. si ergo pr eẽt
super oẽs alios diligendus fra
tres essent magis diligẽdi q fi-
lii: cuius cõtrarium in lrã dicit.
¶ Sz cõtra. super oia debemus
diligere deum. sed amor quẽ ha
bem9 ad patrẽ magis similatur
amori quẽ habem9 ad deũ q est
pater nr: ergo patrẽ sup omnes
alios magis debemus amare.
¶ Preterea. ille cui nunq suffi-
cienter põt retribui maxie ẽ amã
dus. s3 sicut dicit phs in.8.ethi.
nunq sufficiẽter possum9 retri-
buere patribus: a qb9 esse nutri
mentũ ꝛ disciplinã accepim9: er
go maxie inter pximos debem9
patrẽ amare. ¶ Preterea. quãto
maior est amor: tãto firmior est.
sed amor filii ad patrẽ est firmi-
or q ecõuerso: q2 filii nõ possũt
abnegare parẽtes: sicut põt pa-
tres filios abnegare: ꝛ eos pro-
pter aliqd crimẽ accusare ꝛ ex-
pellere a se: vt dr.8.ethi. g ma-
gis diligẽdi sunt patres q filii.

Respõdeo dicẽdũ q amicitia ppin-
quoruz vt dcm est fundatur sup
cõicatione nãli. ois aũt cõicatio
naturalis fundat sup originez:
scdm quã est pater ꝛ filius. fra-
tres enim dicũtur aliqui in hoc q
ab eodẽ patre nascũtur: ꝛ sic de-
inceps. vnde tota amicitia ppin
quorũ fundat sup amicitia pa-
tris ad filiũ. ꝛ ideo hec amicitia
est maior q aliqua alia ppinquo
rũ. I hac aũt amicitia quodãmo
do filii preponũtur parentibus:
quodãmodo parẽtes filiis scdz
duplicẽ modum amoris. Amat
enim aliquid vt res distincta: sicut
amo hominẽ. Et aliquid vt alte
rius existẽs: sicut amo manum
meã vel aliud mẽbruz vno amo
re quo amo meipm. loquẽdo er
go de amore alicuius rei i se sic
magis amãtur parentes q filii.
loquẽdo autẽ de amore quo ali
quid amat in altero sic filii ma-
gis diligũtur q parẽtes. Cuius
rõ est q2 vnũquodq tãto magis
diligit quãto nobis magis ppin
quũ est. ppinquius autẽ est ali-
quid alicui qd hz ordinem essen
tialez ad illum q qd accidẽtalr
ad ipm ordinat. causa aũt essen
tialis est effectui sicut gen9 spe-
ciei. sed effectus ad cãm acciden
talr se hz: q2 sequitur esse ei9 sicut
spẽs ad genus: nisi effect9 sit ali
quid cause: q2 sic effectus cõpa-
rabit ad cãm per moduz partis
integralis que est actu et essen-
tialr in toto. Scdm autez q est
aliquid cause nõ est distinctum
ab ea: sed est vnũ cũ ipsa. consi-
derando ergo patrẽ ꝛ filium vt
sunt quedã persone in se distin-

cte: sic pater magis amatur cū sit causa ꝙ filius q̄ est effect⁹. sȝ qꝛ filius est quedā res pr̄is: ⁊ nō ecōuerso: ideo diligit̄ filius alia dilectiōe inꝙ̄tum res patris est vt mēbrum diligētis ipsius. Un de ph̄us dicit ꝙ illud qđ est ex aliquo genitū est ꝓpinquius si cut mēbrum puta pes vel dens. ⁊ qꝛ hoc mō quasi vna dilectiōe diligit̄ cū illa qua aliqđ seip̄m diligit: ideo sȝ hoc filius magis ꝙ̄ pater diligit̄. ⁊ ꝑm hāc viam assignat ph̄s tres rōnes quare filij magis diligūtur parentib⁹. Prima est qꝛ filij sunt sicut mem brū patris. vnde aliq̄s diligit fi lium sicut seip̄m. Scđo qꝛ patres sciunt magis aliquos esse suos filios ꝙ̄ ecōuerso. Tertio qꝛ bo nū patris in filio refulget sicut bonū cause in effectu. vnde na turalr̄ q̄libet artifex diligit ope ra sua sicut filios. sȝ quia amor quo diligit̄ aliquid in seipso ma gis habet de rōne beniuolentie que est principiū amicitie ⁊ ra dix: iō amicitia magis habet̄ ad patrē ꝙ̄ ad filiū: ⁊ charitas simi liter: ꝙ̄uis aliquo mō amor sit magis ad filiū. Quidā autē di cunt ꝙ magis amātur filij affe ctu naturali: sed patres affectu charitatis. sed hoc nō placet mi hi: qꝛ nihil naturaliū inordina tum est. esset autē inclinatio in ordinata si inclinaret in diligen dum magis qđ minus diligen dū est. vnde charitas ordinē na ture nō mutat sed ꝑficit. ¶ Pre terea in quibusdā homo magis inclinatur naturalr̄ ad amorem patris ꝙ̄ ad amorem filij: sicut homo facilius expellit a se filiū ꝙ̄ patrem: quē non expellit nisi ꝓpter abundātem malitiam. vt ph̄us dicit in octauo ethi. Simi liter etiā quedam alia inclinan tur magis ad parentes ꝙ̄ ad fi lios inclinatiōe naturali in qui busdam: sicut narrat Basi. in exameron. li. 8. de ciconijs: que parētes suos etate cōfectos fo nent plumis: alimēta ministrāt: ⁊ in volatu supportant. vñ con stat ꝙ etiam scđm naturalē in clinationem ⁊ scđm charitatem distinctione opus est.

Notu la mo ralis.

Cico nie exē plum.

Ad primū ergo dicen dū ꝙ pater causa est filij. cause autē est in fluere in causatū: ⁊ non ecōuer so. vnde amor naturalis ad filiū attēditur ꝑm inclinationē na turalē affectus ad benefacien dum sibi: sed amor filij ad pa trem attēditur scđm inclinatio nem naturalē ad subijciendū se ei: ⁊ hec inclinatio nō est mi nor ꝙ̄ prima imo maior. Unde maiorē malitiā oportet adue nire ad hoc ꝙ homo auertatur ab ista inclinatiōe ꝙ̄ a prima: ꝙ̄uis aūt aliquādo in casu pa ter sit inferior filio inquātum indiget auxilio eius: hoc tamē non cōuenit patri inquātū pa ter est: quia inquātū pater est semper est superior ⁊ causa: et ideo qꝛ natura semꝑ iclinat ad illud quod semꝑ est ⁊ per se: nō ad illud qđ accidit i casu: ideo non est tanta inclinatio natu ralis ad benefaciēdum patri si cut ad benefaciendū filio: sed hanc inclinationē facit rō que in hominib⁹ supplet illud ad quod natura nō sufficiebat. In alijs autē aialibus: in quibus hoc frequēter contingit: ꝙ pa tres ꝓpter senectutē indigent filiorū auxilio: qꝛ rationē nō ha

bent indidit natura inclinatõez filijs vt patrib⁹ prouiderẽt: sicut ecõuerso: vt dictũ ẽ de ciconijs. ¶ Ad fm dõm q̄ rõ illa p̄cedit de amore filij fm q̄ diligitur vt bonũ patris: sic eñ beneficiatũ naturalr̄ plus diligit q̄ beneficians in quãtũ est factura bñfacientis. q: relucet in eo op⁹ suũ. ¶ Ad tertiũ dicendũ q̄ vxor in actũ generatiõis assumit. vñ videt in eodẽ gradu ponenda esse quãtum ad amorez beniuolẽtie cũ filijs. ¶ Ad quartũ dicendũ q̄d matres naturalr̄ plus diligũt filios q̄ patres p̄pter tres rõnes. Primo q: magis laborant in eorũ generatiõe. vnde ponũt magis ibi de suo. Secundo q: magis sciũt q̄ sunt sui filij quã patres. Tertio q: statiz natos secũ tenent ꝛ nutriũt: non autẽ patres: sicut ꝛ consanguineos cũ quib⁹ cõuersati sumus magis diligimus: q: amicitie naturali adiũgitur amicitia socialis: ꝛ hoc totũ redit ad hoc q̄d plus de suo ponit mater in filio q̄ pater: sed plus de eo q̄d est filij ponit a patre q̄ a matre: q: pater dat formã: ꝛ mater dat materiã: ꝛ iõ naturalr̄ homo plus diligit patrẽ ꝛ consanguineos ex parte patris quã ex parte matris. ¶ Ad quintũ dicendũ q̄ filia in his que ad perfectionẽ pertinent: que ipsa magis in se diligit: plus similat patri q̄ matri: sed in his que pertinẽt ad defectus plus similatur matri q̄ patri: ꝛ hoc nõ est dilectiõis ratio: ꝛ ideo etiã hõ plus diligit naturalr̄ fratres q̄ sorores inq̄tuz p̄fectius imitant patrez q̄ sorores. ¶ Ad sextũ dõm q̄ q̄uis fratres sint p̄pinquiores patri: tamẽ filij sunt p̄pinquiores nobis: nos autez debemus nosipsos magis diligere q̄ patres: et ideo magis filios q̄ fratres diligimus.

Tres ratões amoꝝ mr̄ni.

¶ Utrum gradus charitatis conuenienter distinguantur.



Ad octauũ sic p̄ceditur. videt q̄ incõueniẽter distinguãtur isti gradus charitatis: q: p̄fectio charitatis consistit in hoc q̄ deus ex toto corde diligat: sed hoc nõ est possibile in via: vt supra dictũ est. ergo charitas in via nõ põt eẽ p̄fecta. ¶ Preterea. illud q̄d est semper in augeri nõ põt esse p̄fectũ: sed charitas q̄diu in hac vita sumus semp̄ põt augeri. vt in p̄mo lib. di. 17. dcm̄ est. ergo non põt esse p̄fecta. ¶ Preterea. in quolibet motu p̄nt accipi infinita media inter primũ ꝛ vltimũ: sz charitas incipiẽs est quasi p̄n^m motus. terminus aũt p̄fectio charitatis ẽ. ergo p̄nt infiniti gradus assignari. ¶ Preterea. q̄ñ incipit etiã est p̄ficiens. g̃ nõ dz distingui proficiens ab incipiente. ¶ Sed ↄtra. vita sp̄ũalis similatur vite naturali: sz in p̄fectu naturalis vite assignãtur determinati gradus etatũ. ergo ꝛ in charitate secũdum quam est spiritualis vita anime: debent determinati gradus assignari.

¶ Utrum oẽs teneantur ad charitatem perfectam.

Ulterius vr̄ q̄ oẽs teneantur ad charitatẽ perfectã: q: stare ĩ via dei. vt dicit Ber. retrocedere est sed oĩs qui p̄cedit in via dei ad perfectionẽ tendit. ergo oẽs te-

Primo q̄stiuncula.

nent ad perfectionez charitatis rēdere. ¶ Preterea. qlibet tenet magis diligere primū q̄ corpus propriū: sz ponere vitā corporalez pro fratribus ē perfecte charitatis. ergo qlibet tenet ad perfectā charitatem. ¶ Preterea. illi q̄ negauerunt deū propter timorē mortis a peccato nō excusant: sed nō peccassent nisi tenerent ad hoc. ergo quilibet tenet ad moriēdū pro xpo qd ē perfecte charitatis. ¶ Preterea. phs dicit in. 8. ethi. q in honoribus q̄ sunt ad parētes et ad deū nō possumus reddere equiualēs sz iustitia attendit in hoc q reddit aliis qd pōt: sz ad opus iustitie oēs tenent. ergo quilibet dz pro deo facere totum qd pōt: potest autē ad opera perfectionis se extendere. ergo tenet ad illa. ¶ Sz contra. quilibet peccat omittēs id ad qd tenet. si ergo oēs tenent ad pfectaz charitatem oēs imperfecti damnarentur: quod falsum est.

¶ Utrum habentes charitatem perfectam teneantur ad omnia que sunt perfectionis.

Scda q̄stiuncula.

Ulterius vr q habentes charitatē perfectaz teneant ad oia q̄ sunt perfectionis: qz sicut dicit Greg. cum crescūt dona rōnes etiā crescunt donorum. Et Luc. 12. dr. Cui plus cōmittit plus ab eo exigit sz ei qui hz perfectā charitatem plus cōmittit. ergo et plus tenetur scdm exigentiā doni accepti: et ita vr q teneat ad ea q̄ perfectiōis sunt. ¶ Preterea. sicut se hz imperfectus ad cōia: ita se hz perfectus ad ea q̄ perfectionis sunt: sz imperfectus tenet ad cōia. ergo et perfectus ad ea q̄ perfectionis sunt: ¶ Preterea. apl'us tenebat ad euāgelizandū: qz dicit. 1. Cor. 9. Si nō euāgelizauero ve mihi est: necessitas em̄ mihi incūbit: qd est perfectionis: nō nisi qz habebat perfectā charitatē. ergo illi q̄ habent perfectā charitatē tenentur ad ea que perfectiōis sunt. ¶ Sed contra. quanto aliqs plus hz de charitate plus hz de libertate: qz vbi spūs dni ibi libertas. 2. Corin. 3. sed perfectā charitatez habens potissime hz libertatē: ergo minus hz de obligatione. ergo obligatus est ad minora q̄ alii. ¶ Preterea. perfectionis est in lingua non offendere: et peccata venialia vitare: sz hoc nullus facit etiam apostoli. ergo perfecti non obligantur ad ea q̄ perfectionis sunt.

Respōdeo dicendū ad primaz qōnem q sicut in augmento corporali distinguūtur diuerse etates scdm diuersos effectus notabiles in quos natura pficit quos prius exercere nō poterat: ita etiaz in augmento spirituali assignantur gradus diuersi charitatis scdm aliquos notabiles effectus quos in habente charitatē charitas relinquit. primus ergo effectus charitatis est vt hō a peccato discedat: et ideo mens charitatem habentis in primis circa hoc maxime occupatur: vt a peccatis preteritis emundetur et a futuris precaueat: et quantum ad hunc effectū dr charitas incipiēs. Secūdus effectus est vt iam fiduciaz de liberatione peccatorū habens in bonuz adipiscendū se extendat: et quātum ad hunc effectum dr charitas proficiēs: nō qn in aliis statibus pficiat: sz qz in hoc statu precipua cura est de adipiscen

Grad' spiritalis pfectus significant

dis bonis: dum homo semp ad perfectionez anhelat. Tertius effectus est vt hō iā ad ipa bona quasi ɔnutrit⁹ quodāmō sibi naturalia habeat ipa. ꝛ in ea quiescat ꝛ delectet. ꝛ hoc ad pfectaz charitatē ptinet. Stat⁹ aūt medius duo hʒ. Unū fm ꝙ cōparatur ad primūstatū: qꝛ roboratur cōtra mala de quib⁹ charitas incipiēs sollicita est. Aliud qđ nutrit fm ꝙ tēdit in stat um tertiū semper magis ac magis bona quasi incorporādo. Simil'r etiā pfecta charitas duos hʒ grad⁹. Unus est fm ꝙ in bonis cōmunib⁹ quasi iā secura cōquiescit: ꝛ fm hoc dr̄ pfecta. Ali⁹ fm ꝙ ad quelibet difficilia manū mittit: ꝛ fm hoc dr̄ pfectissima: vel perfecta ꝗtū ad statū vie: perfectissima ꝗtū ad statū patrie.

Ad primū ergo dōʒ ꝙ preceptū illud quodāmō seruat in via quātū ad perfectionē vie: quodāmō in patria quantū ad perfectionez patrie. ¶ Ad scđm dōm ꝙ quāuis charitas semp augeatur quantū ad intensionez circa eosdē effectus. nō tn̄ augeꝛ vt addanꝛ ei aliqui notabiles effect⁹ qui prius nō fuerūt. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ ꝗuis possint accipi infinita media nō tn̄ hn̄t notabilez diuersitatem. ¶ Ad quartū dicēdū ꝙ ꝗuis incipiēs pficiat: magis tn̄ occupatur mens eius circa remotionem maloꝝ. quaz circa pfectuz in bona. ꝛ ideo nō dicitur pficiens ꝗtū ad statum. qꝛ moralia denominanꝛ a fine.

Rn̄sio ad primaz q̄stiūcu lam.

Ad secundā questionē dōm ꝙ quantitas charitatis duplr pōt attendi. Uno mō fm intēsionē charitatis. Alio mō scđꝫ obiecta: sicut est etiaꝫ de quantitate cuiuslibet virtutis vel moralis vel naturalis. ꝛ fm hoc etiā pōt attendi duplex pfectio charitatis. vna fm intensionem. s. vt pfecte diligat: alia fm obiecta vl effectus vt perfecta faciat. Unaqueq3 aūt harū perfectionū pōt dupliciter attendi in charitate. hʒ enī perfectionē quantum ad esse suū ꝙ est perfecta in specie sua ꝛ hec est pfectio sufficiētie: ꝛ ad hanc oēs tenemur sicut ad charitatē: qꝛ charitas hʒ quātitatē determinatā vtroq3 mō circa quā nō porrigiꝛ: ꝛ in hoc stat perfectio eēntialis ipsi⁹. hʒ etiā pfectionē quantū ad bene eē: et in hac perfectione distiguēduꝫ est: qꝛ ad perfectionē que est per intensionez teneꝛ tendere quāuis nō teneatur eā habere. Sꝫ ad perfectionē que est fm obiecta nō tenetur simpliciter quia neq3 tendere neq3 eā habere: sꝫ tenetur eam non contēnere nec contra eam se offirmare: ꝛ ratio est qꝛ premiū eēntiale ad quod tendere tenemur mensuraꝛ fm intensionē charitatis nō fm magnitudinē factorū: qꝛ de⁹ magis pensat ex quanto ꝗ quātū fiat: sed tamē tenetur in casu ad aliqua opera perfectionis operib⁹ similia vt dicetur.

Ad primū ergo dōm ꝙ intelligiꝛ de pfectu q̄ est fm intēsionē in quē debet homo semper conari ¶ Ad fm dōm ꝙ cū scimus fratrez posse liberari per mortē corporis a morte anime sine periculo anime nostre: tunc tradere animā pro fratribus nō est perfectionis sed necessitatis: alias

aũt est perfectionis. ¶ Et similr dõm ad tertiũ ꝙ pfectionis est ꝙ homo persecutoribus se offerat quãdo incũbit periculum fidei: sed ꝙ cõprehensus non neget hoc necessitatis est. ¶ Ad quartũ dicendũ ꝙ in illis q̃ nõ sunt determinata ad vnũ nõ potest tota potentia obligari ad aliquid vnũ: q2 periret ratio cõtingentie ꝓm quaȝ aliquid deficere põt in minori parte: cuȝ ergo homines in statu isto nõ habeãt liberũ arbitriũ determinatũ nõ requirit ꝙ totũ posse expendat in seruitiũ dei. hoc eñ erit i patria quãdo iã defectus incidere nõ poterit: sȝ sufficit ꝙ nihil de posse nostro cõtra deũ expẽdamus: ⁊ illa q̃ uobis determinata sunt alias periret rõ nostri stat⁹ vnde sicut deus nõ exigit a nobis quantum ipse dedit nobis: quia non possumus: ita nõ exigit a nobis quantum possum⁹: quia hoc esset contra rationem nostri status.

Ad tertiam questionẽ dõm ꝙ habẽs charitatem perfectam põt itelligi dupliciter. Uno mõ quantũ ad pfectionẽ charitatis q̃ est penes obiecta: sicut dicunt pfecti illi quib⁹ cõpetit opa perfectionis facere vel ex voto sicut religiosis. vl' ex officio sicut prelatis: ⁊ sic ex debito non tenent tales perfecti ad que aliĳ nõ teneantur nisi ad illa que vouerunt: vel que officio suo sunt annexa. vnde nec prelati nec religiosi tenent ad omnia consilia. Alio modo quãtũ ad perfectionem charitatis q̃ est ꝓm intẽsionem. sicut aliq̃s secularis laicus feruens in charitate: ⁊ talis nõ obligat ad opera pfectionis nisi sicut aliĳ: sed obligatur ad intensius deum diligenduȝ pro bonis acceptis: ⁊ ad hoc ex habitu charitatis perfecto inclinatur.

Rñ. ad scdam q̃stiũcülaȝ.

Ad primũ ergo dõm ꝙ tenetur ad plus ⁊ perfecti⁹ agenduȝ: sed nõ ad opa alia faciẽda ex commisso. quãuis alius forte plus teneatur ex dimisso sed commissum multo maius est q̃ꝫ dimissum: q2 bonum est magis bonum q̃ꝫ malũ sit maluȝ. tamẽ ille q̃ est debitor ex dimisso tenet ad aliqua ad que iste nõ tenet sicut ad satisfaciendum. ¶ Ad 2m dõm ꝙ illa ratio falsum supponit nisi intelligat de perfectis qui vouerũt aliqua perfectiõis opera ad que tenentur pre aliĳs ¶ Ad tertiũ dicenduȝ ꝙ paulo cõpetebat hoc propter officium prelationis. ¶ Sciendũ tamen ꝙ ratio facta ad oppositum minus concludit: quia perfecti nõ minus tenentur sed min⁹ ex debito mouentur: quia amor magis eos q̃ꝫ debitum mouet etiaȝ in his que debent: ⁊ quantũ ad hoc dicitur maior in eis esse libertas.

¶ Expositio textus.



Ultoruȝ charitas inordinata est.) Charitatẽ hic large p dilectiõe vel amicitia ponit. (Qui si boni sint malis filiĳs preponendi sunt.) Nõ in illis que ad naturalẽ cõmunicationẽ: pertinent: sicut est hereditatis dimissio: educatio: ⁊ huiusmodi: nisi forte superabundans malitia filiorum eos indi

gnos paterno beneficio faciat. (perfecta charitas est vt quis sit paratus pro fratibus mori.)

Instātia 3 textus dissoluitur. Contra. Imperfectus non paratus pro deo mori. ergo perfect⁹ magis diligit proximum q̄ imperfectus deum. Et dicendum q̄ hoc contingit ex hoc q̄ perfectus minus amat vitam corporalem q̄ imperfectus. et iteruz perfectus hoc facit ex superabundantia diuine charitatis. non enim potest esse vt aliqua charitas tantum diligat proximum quantum aliqua deum. Sed he due dilectiones non sunt nisi vnius generis: s3 vna est vt finis ꝛ causa diligēdi. alia vt eius quod est ad finem: et vt eius quod rationem diligendi ex alio sortitur. vnde non sunt cōparabiles. (Cuz ad perfectionem peruenerit.) Instantiaz videtur habere in beato petro cui dominus dixit. Extēdes manum tuam ꝛ alius ducet te quo tu non vis. Et in beato Martino qui viuere non recusauit.

¶ Ad pͥmū igitur dōm q̄ illud intelligitur de voluntate naturali: hoc autem de voluntate rationis. ¶ Ad 2ᵐ dōm q̄ perfecta charitas inquantum h3 aliquid amore cōcupiscentie: sic vult potissime frui deo: sed ꝑm q̄ consistit principalius in beniuolentia: sic facit appetere id qđ est deo placitum: ꝛ ꝑ m hoc loquebantur beatus Martinus. De augmēto autē charitatis: dictuz est in primo libro.

¶ Si melius est diligere amicos q̄ inimicos: et econuerso.

¶ Distinctio. xxx.



Hic solet queri quid potius sit pluris meriti diligere amicos an diligere inimicos. Sed hec cōparatio implicita est. Si enī cōferat dilectio amicoꝝ tīn dilectioni amorum ꝛ inimicoꝝ perspicua est absolutio: sed si in aliquo vno homine q̄ diligit simul amicū ꝛ inimicū: quid hoꝝ poti⁹ sit queraꝑ: obscura ē rn̄sio: q2 de motu mētis id agitur de quo non est nobis facile iudicium. An vnus ꝛ idē motus sit erga amicū ꝛ inimicū sed erga amicū intēsior. An duo vnus erga inimicum qui dicitur difficilior: alter erga amicū: qui videꝑ feruentior. Nec icōgrue putatur melior qui est feruentior: vel si vnus idēq3 est inde potior vbi est ardentior: non improbe extimatur. Aug. tamē sentire videtur maius eē diligere inimicū q̄ amicū: q̄ perfectoꝝ eē dicit diligere inimicos ꝛ bn̄ facere eis nec3 hoc a tanta multitudine in plurali q̄ta exauditur in oratione dominica cū dicit. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus d̄bitorib⁹ nostris. Illam enim sponsionez dicit a multis impleri qui nondū diligunt inimicos. Ait enī. Nota verba.

sic. Magnum est erga eum qui tibi nihil mali fecerit eē beniuolum vel beneficum. Illud multo grandius ꝛ magnificentissime bonitatis ē: vt tuum quoq; inimicum diligas: ꝛ ei qui tibi vult malum ꝛ si potest facit: tu semper velis bonum faciasq; qd̓ possis audiens dicentem iesus. diligite inimicos vestros ꝛ benefacite his qui oderūt vos: ꝛ orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Sed quoniam perfectorum filiorū dei est istud: quo quidem se debet omnis fidelis attendere et humanum animuz ad hunc effectum orando deum secūq; agendo luctandoq; perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tante multitudinis non est: quantaz credimus exaudiri: cum in oratione dicitur dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: proculdubio verba sponsionis huius implentur: si homo qui nondum ita profecit: vt etiam diligat inimicum: tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum vt ei dimittat: dimittit ex corde. qui ēt sibi roganti vult dimitti cuz orat et dicit: sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Quicūq; vero rogat hominem in quē peccauit: si peccato suo mouetur vt roget: nō est adhuc deputand⁹ inimicus: vt eū diligere sit difficile: sicut erat quādo inimicitias exercebat. Quisquis vero roganti ꝛ penitenti nō dimittit non estimet a dn̄o sua peccata dimitti: q꞉ mentiri veritas non potest: que cum docuisset orationem: hanc in eam sententiaz positā cōmēdauit dicēs. Si dimiseritis hominibus peccata eorū. dimittentur ꝛ vobis peccata vestra. Si vero nō dimiseritis: nec pater vester dimittet vobis pctā vestra. Ecce hic haberi videtur qd̓ ꝛ pretexa uimus. s. maioris virtutis eē diligere inimicū ꝛ benefacere ei q̄ illum qui nihil mali nobis fecit: vl̓ amicū. Quod si quis cōcedere simpliciter noluerit dicens: intenti⁹ diligitur amicus q̄ inimicus: et ideo illud potius isto: determinet ista ꝑm premissam intelligentiam dicēs ibi comparationem esse factā inter dilectionem qua tm̄ diligit̄ amicus: et illā qua amic⁹ et inimic⁹ diligitur: Illud vero qd̓ sequit̄ magis nos mouet: quod. s. dicit non esse tāte multitudinis diligere inimicos quanta exauditur cū dicitur: dimittere nobis ꝛc. Ubi datur intelligi q̄ alicui

Notula salutaris.

a deo dimittuntur peccata nõ diligẽti inimicũ: si tñ fratri rogãti qui in se peccauit; dimittat. Sed cum peccata nõ dimittant alicui adulto nisi charitatẽ habeat: sequitur vt charitatẽ habeat qui nõ diligit inimicu;. Quõ g̃ noĩe proximi oĩs hõ intelligitur in illo mandato. diliges primũ tuũ sicut teipʒ: Si em̃ oĩs hõ primus est: tunc inimicus. Precipimur ergo inimicos diligere. Et qꝛ illud preceptũ gñale est: oibus precipit oẽs hoies diligere etiã inimicos. Quidã qd hic dꝛ simpliciter tenere volentes illud preceptu; determinãt dicentes illic perfectis dari in preceptũ diligere oẽm hoie; etiã inimicos. Minoribus vero in cõsiliu;. In preceptũ vero eos diligere qui nihil mali fecerũt eis: & inimicos nõ odire. S; melius est vt intelligatur oibus illo mãdato precipi cunctos diligere etia; inimicos. Cui sensui attestantur auctoritates superiꝰ posite & alie multe. Illud vero Aug. nouissime positũ de perfecta charitate dictum intelligitur: que tñ perfectorũ est: qui non solum amicos: ʒ inimicos perfecte diligunt: eisq; benefaciũt. Que perfectio dilectionis nõ est tãte multitudinis

Determinatio precepti.

quanta exauditur in oratiõe dñica. Et hoc reuera grãde est & eximie bonitatis. s. perfecte diligere inimicũ. Ita & cum dicit in plurali verba illius sponsionis ab homine q̃ non ita profecit vt diligat inimicum: de dilectione perfecta accipiendum est.

¶ Diuisio textus.



Ostquaʒ determinauit magr de ordine charitatis respectu diuersoru; diligendoꝝ quantũ ad quãtitatem dilectionis. Hic determinat ordinẽ quantũ ad efficaciam merendi. Diuidit autẽ hec pars in duas. In prima ꝓsequit suã intentionẽ. In scda mouet quãdã dubitationẽ ex dictis ibi. (Illud vero qd sequit) Prima in duas. In prima ponit qõnem. In scda determinat eam. ibi. (S; hec cõparatio.) Et circa hoc tria facit. Primo determinat qõnem. scdo obijcit in ꝯtrium ibi. (Aug. tñ sentire videtur &c.) tertio soluit. ibi. (Qd si quis simplr.) (Illud vo qd sequit &c.) Hic tria facit. Primo ponit dubitationẽ. scdo ponit quandã falsam solonem. ibi. (Quidã qd hic dꝛ &c.) Tertio ponit opinionẽ ꝓpriã. ibi. (S; melius est vt intelligatur.)

¶ Questio. i.



Ic querũtur quinq;. Primo vtru; oẽs diligere teneant inimicos. scdo vtru; teneant eis signa dilectiõis exhibere. tertio qd maioris meriti sit diligere inimicum vel diligere

amicū. quarto ꝙ̄d sit maioris meriti diligere deū vel proximum. quinto vtrū tota virtus merēdi penes charitatem consistat.

¶ Utrum omnes teneantur diligere inimicos.



Ad tertiuʒ sic procedit̄. videt̄ ꝙ nō quelibet charitas possit resistere cuilibet tētationi. sicut charitas obsistit peccato ita et rō: vt supra dictum est: sʒ nō quelibet rō potest tentationi resistere: sicut pʒ in incontinentibus qui habent rōnem rectam et vincuntur. vt dicit phs: ergo nō quelibet charitas pōt tentatiōi cuilibʒ resistere. ¶ Preterea. maior est difficultas in resistendo malo ꝗ̄ in operando bonū simpliciter: sed charitas minima nō potest in quodlibet bonuʒ. ergo nec potest cuilibet tentationi resistere. ¶ Preterea. in resistendo maxime tentationi est maximuʒ merituʒ cum sit ibi maxima pugna: que coronā meretur: sʒ minima charitas non pōt in maximum premiū. ergo nec resistere maxime tentationi. ¶ Preterea charitas imperfecta non resistit venialibus: sʒ maior ē impugnatio mortaliū ꝗ̄ venialiū. ergo non resistit maxime tētationi. ¶ Preterea. I. Cor. 10. Fidelis deus q̇ nō patietur vos tentari supra id qđ potestis: sʒ illi quibus scribebatur habebāt grām: sicut pʒ in principio epistole ergo aliqua tētatio est supra posse habētis grām vel charitatē. ¶ Sed ꝯ. non pōt euitari omne peccatū nisi omni tentationi resistatur: sed minima charitas pōt vitare oē peccatū: cum etiā hō in puris naturalibꝰ existēs hoc potuisset. ergo charitas quelibet pōt omnē tentationem vincere. ¶ Preterea. plus diligit charitas legeʒ dei ꝗ̄ cupiditas milia auri et argenti: vt dicit glo. super ps: sʒ maior dilectio minori tentationi resistere pōt. ergo quelibet charitas resistere pōt cuilibet tentationi. ¶ Preterea. nullus peccat in eo qđ non pōt vitari: vt Aug. dicit. si ergo habens charitatem nō posset cuilibet tentationi resistere. videtur ꝙ tētationi consentiēs non peccaret.

Respōdeo dicendū ꝙ resistere. tētationi dupl̄r dr̄. vno mō vt q̇s a tētatione nō vincatur. Alio mō vt quis tētationē vincat: dr̄ eñ aliquis a tentatione vinci: qñ a proposito bono trahitur p̄ tentationem in cōsensum peccati: sicut est in incōtinente: q̇ habet rōnem rectā: sed deducit̄. Qui eñ non hʒ ꝓpositū bonū vt intēperatus siue luxuriosus non vincitur: qꝛ libenter id agit: vincit aūt qui non solum a tentatione superueniēte in actū peccati non deducit̄: sʒ etiā ex magnitudine ꝟtutis quasi nihil tētationem paruipendit: qui ꝟo difficultatē a tentatione patit̄: sed nō deducit̄: resistit quidem tentationi cum nō consentit: sed non vincit ꝓprie loquendo. Loquēdo ergo primo de resistētia peccati: sic q̄libet charitas potest

Resistētia tentationuʒ distinguit̄.

resistere peccato pp̄ter li. ar. liberatū a seruitute peccati: q̄uis difficultatē patiat̄ pp̄ter tētationis impulsum. Loquēdo vero d̄ tentatiōe scḋo mō: sic charitas q̄ est parua in principio tētatiōis pōt tentationibus resistere: q2 in fine tentationis fit magna: cum deus pugnāti auxiliū semꝑ administret: si th̄ ponat̄ q̄ semper parua maneret: nō posset ꝑ modum dictum tētationi resistere.

Ad primū ḡ dicenduz q̄ nō ē silē de incontinēte ⁊ habente charitatem: q2 habens charitatem h3 iam habitum v̄tutis: quē nō h3 incontinēs. Et preterea incontinens etiā nō vincit̄ q̄n nō posset resistere: si vellet rōne recta quā h3 vti: vt supra dictum est. ¶ Ad scḋm dicendū q̄ q̄uis sit maior difficultas laboris: non tamē est maior difficultas que attēditur ꝑm excessum operis ad potētiaz que attenditur in virtutibus: vt dictum est. ¶ Ad tertium potest dici q̄ etiam minima charitas potest in magnū meritum respectu premij accidentalis: non aūt respectu premij substātialis: vt supra dictum est. ¶ Ad quartuz dicendū q̄ venialibus etiam resistere posset si aliquis charitate cōtra venialiū tentationē vteretur non vt vitaret omnia: sed quia potest singula vitare. ¶ Ad quintum dicenduz q̄ apostolus loquitur quantū ad id quod homo potest sustinere sine animi perturbatione quod non potest: nisi charitas perfecta: vt in magnis tribulationibus equanimitatem seruet.

¶ Utruz homo semper resurgat in minori charitate.



Ad quartum sic p̄cedit̄. vr q̄ hō semꝑ in minori charitate resurgat. Amos. 5. Uirgo israel cecidit ⁊c. glo. nō negat vt resurgat: sed vt resurgere v̄go possit: q2 semel aberrās ⁊ si reportet̄ humeris pastoris nō h3 tantā gloriā quantā q̄ nunq̄ͣ aberrauit: s3 gloria ꝯmensurat̄ charitati. ḡ hō post peccatum nō h3 tantā charitatē resurgēs quātā primo. ¶ Preterea. Ezech. 44. Leuite q̄ recesserunt a me nunq̄ͣ appropinquabūt mihi vt sacerdotio fungant̄: s3 aliq̄s q̄tuz ad spūale sacerdotium appropinq̄t deo per charitatē: ḡ nō h3 tantā charitatez q̄ aliq̄n recessit a deo per peccatū quantā ante. ¶ Preterea. charitas incipiens nunq̄ͣ est tanta quāta proficiens ⁊ perfecta: sed aliquis q̄n cecidit habuit charitatē proficientem vel perfectam: q̄n aūt resurgit hab3 charitatē incipientē. ergo nō h3 tantaz charitatē quantā prius. ¶ Preterea. nunq̄ͣ pōt tm̄ disponere se ad recipienduz diuini luminis influentiā qui est sine charitate quantum cum charitate: sed ꝑm q̄ aliquis disposuit se ad gratiam deus illi gratiaz infundit. ergo semper magis recipit de influentia gratie aliquis permanens in charitate q̄ͣ de nouo charitatem accipiens: ⁊ sic idem quod prius. ¶ Sed contra in Mala. ħ. 3. Placebit deo sacrificium iuda ⁊c. sicut dies seculi et anni antiqui: sed charitas facit omnia nostra deo esse accepta: ergo aliquis post lapsum resurgens potest habere tantum de

charitate

charitate quantum prius.

¶ Utrum resurgat in maiori.

Prima qstiuncula. **Alterius** videt quod semper resurgat in maiori. Gene. prio. Factū est vespere et mane dies vnus glo. vespertina lux a qua quis cecidit matutina in qua resurgit: sed lux matutina est maior quam vesptina: ergo et gratia vel charitas in qua quis resurgit illa quam prius habebat. ¶ Preterea. Rom. 6. Ubi abūdauit delictū supabūdauit et gratia: sed vbi superabūdat gratia est ibi maior charitas. ergo etc. ¶ Preterea. pctm vincit primā charitatē: vincit aūt a scda: ergo scda charitas est fortior et maior quam prima. ¶ Sed cōtra. innocens non est minus aptus ad recipiēdū gratiam quam peccator: sed primā gratiam accipit innocens. secūdam accipit peccator: ergo non oportet quod secunda sit maior quam prima.

¶ Utrum resurgat in equali.

Scda qstiuncula. **Alterius** videt quod ad minus semper sit equalis. Ro. 8. Diligētibus deū oia cooperātur in bonū glosa. Etiā casus in peccatū: sed hoc nō esset si in minori charitate resurgeret: ergo nunquam in minori: sed semper in equali resurgit. ¶ Preterea. Ambr. dicit quod penitētia omnia ablata restituit: sed hoc nō esset si nō resurgeret ad minus in equali charitate: ergo semper resurgit aliquis in equali charitate. ¶ Preterea. cōtritio debet pportionari precedēti peccato: sed peccatū pportionatur quodāmodo gratie quā expellit: ergo et gratia vel charitas: per quā homo cōterit debet esse equalis gratie precedenti. ¶ Preterea. penitētia viuificat merita per peccata mortificata: ergo penitēs tantā habebit gloriā quātam ante peccatū meruerat: sed tātū meruerat quātū de charitate habuerat: gloria ergo quā penitens habebit pportionatur charitati quā ante peccatū habuit pportionatur antē charitati in qua in morte inuenit post pniam: quia lignū vbi ceciderit ibi erit. Eccl. pe. ergo charitas in qua resurgit penitēs est equalis charitati a qua cecidit. ¶ Sed contra. minima contritio sufficit ad deletionē oium pctōrum: sed sm quātitatē cōtritionis attendit quātitas charitatis in qua quis resurgit: ergo cū potuerit: qui plus habuit gratiam: ex magna pparatiōe gratiam accepisse: videtur quod possibile sit quod recipiat minorē gratiā et charitatem quam prius habuit.

Respōdeo dicendum ad primā qōnem quod mensura charitati pñgitur a deo scdm suam voluntatem: et aliquo modo cōmensuratur ad conatū illius qui gratiā recipit. vnde cum aliquis per peccatū possit multū et parum conari ad recipiendū charitatem: et diuine liberalitati nō ponatur terminus per peccatum: cū ipse quātum in se est sit paratus oia peccata totaliter delere: opz dicere sicut et cōiter dicitur: quod aliquis potest post peccatum in maiori et in minori et equali charitate resurgere.

Ad primū ergo dicendum quod loquitur de gloria premij accidētalis que non cōmēsuratur charitati: sed actui vel statui: quia post peccatū virgo aureolam nō habebit. et similiter nec peccator resurgens gaudiū de innocētia con

tinnata. ¶ Ad 2m dicendum q ab offi cio dignitatis aliquis repellit propter peccatum commissum etiam si penitentiam egerit. sicut propter homicidium repellit a sacerdotio. et hoc est propter hoc q non reducit ad statum tante dignitatis quamuis reducat ad equalem charitatem. ¶ Ad tertium dicendum q loquendo de vna et eadem charitate verum est q charitas incipiens minor est quam proficiens vel perfecta. sed vna incipiens potest esse maior quam alterius qui est in statu proficientium. sicut aliquod animal statim natum est maius quam aliud etiam perfectum. ¶ Ad quartum dicendum q ceteris paribus semper ille qui habet charitatem recipit plus de influentia diuini luminis. sed ille qui non habet charitatem potest plus conari et magis recipiet.

Rn. ad primam questiunculam.


Ad secundam questionem dicendum q non est necessarium q semper in maiori charitate resurgat: quia etiam minor preparatio vel equalis sufficit ad hoc q gratia infundatur.

Ad primum igitur dicendum q similitudo illa attenditur non quantum ad quantitatem lucis: sed quantum ad ordinem lucis ad tenebras. ¶ Ad secundum dicendum q apostolus loquitur de gratia redemptionis que superabundauit ad delictum primi hominis: et non loquitur vniuersaliter. ¶ Ad tertium dicendum q peccatum non vincit charitatem propter eius debilitatem. sed quia ille qui peccat: non vtitur auxilio charitatis. et ideo ratio non sequitur.

Rn. ad secundam questiunculam.

Ad tertiam questionem dicendum q etiam in minori charitate potest homo resurgere: quia quantumcunque de peccato doleat et ad gratiam se preparet: dummodo ad terminum contritionis perueniat: qua plus displicet ei a deo recessisse quam aliquod temporale placuit: gratiam habebit: etiam si non tamen preparet se quantum prius dum fuit innocens preparauit.

Ad primum igitur dicendum q hoc intelligit non semper quantum ad maiorem quantitatem charitatis sed quantum ad maiorem diligentiam vel humilitatem in qua penitens resurgit ad minus actuali. minus autem malum est vt charitas diminuatur quam vt totaliter amittatur: et minus malum computatur pro magis bono: vt dicitur quinto ethi. Et ideo in bonum diligentibus deum cedit peccatum etiam si in minori charitate resurgat: quia per humilitatem et cautelam ab omnimoda gratie amissione curatur. ¶ Ad secundum dicendum q penitentia omnia restituit: sed non oportet q equalia. ¶ Ad tertium dicendum q quantitas peccati non proportionatur gratie quam exclusit: quia paruum peccatum potest maximam charitatem expellere: sicut econuerso parua charitas dicitur maxima peccata delere: quia pendet ex conatu hominis potius quam ex quiditate habitus. ¶ Ad quartum dicendum quod sicut ex predictis patet per priora merita merebatur sibi tantam gloriam quantam charitatem habebat: sed ipse per peccatum factus est alter: et non plenarie ad pristinum gradum restitutus: et ideo non plenarie recipiet effectum priorum meritorum nisi quantum ad premium accidentale: quod mensuratur actibus magis quam habitu charitatis. Questio .ii



Deinde q̄ritur de euacuatiõe charitatis per gloriã. & circa hoc querũtur quatuor. Primo vtrum fides et spes euacuẽtur gloria adueniẽte. Secũdo vtrum charitas. Tertio vtrum ordo charitatis. Quarto vtrum scientia.

¶ Utrũ fides euacuet in patria.



Ad primuz sic pceditur. vr q fides non euacuet. Fides enim est fundamentũ spũalis edificij. sed fundamẽtuz imobile manet quicq̄d superedificet: ergo fides nõ euacuat adueniẽte gloria. ¶ Preterea nihil expellit nisi a suo ꝯrio. sed glia nõ est ꝯtraria fidei: ḡ adueniẽte gloria nõ euacuat fides. ¶ Preterea. perfectũ & impfectũ circa ea que sunt diuersa spẽ bene se ꝯpatiũtur in eodẽ: sicut q hõ habeat perfectã geometriã & impfectã grãmaticam. sed visio glorie & fides sunt alterius spẽi: ergo visio glorie nõ expellit fidẽ. ¶ Preterea. opinio & scia habẽt se sicut cognitio pfecta & imperfecta: & similr cognitio matutina & vespertina in angelis. sz in hoibus manẽt simul scientia et opinio: & in angelis simul cognitio matutina & vespertina: ergo fides manet cuz visione patrie. ¶ Sed cõtra. est qd apostolus dicit. 1. Cor. 13. ¶ Preterea. fides ẽ nõ apparentiũ: sed in patria nihil erit nõ apparens eoꝝ quorũ est fides: ergo ibi fides non erit.

¶ Utrũ spes euacuet in patria.

1ª questiũcula Alterius videt q nec spes euacuetur: q2 sicut se habet spes ad bona: ita se habet timor ad mala. sed in dãnatis semper manebit timor seruilis: ergo & silr in beatis manebit spes. ¶ Preterea. Eccle. 24. Qui edũt me adhuc esurient. & loqtur de fruitione diuine sapiẽtie que erit in patria sed esuriens expectat aliqd in futurum: ergo sancti expectabũt aliquid in futurũ etiam de premio substãtiali. ¶ Preterea. in fide que euacuat inuenitur aliquid cõe fidei & glorie. s. visio. sed non inuenit aliquid in spe qd possit in patria esse: q2 id qd est substãtia spei est expectatio que non manebit in patria: ergo videtur q non euacuetur spes. ¶ Sed ꝯtra. Roma. 8. Quod videt quis quid sperat? sed sci videbũt in patria quicq̄d expectauerũt: ergo spes in eis non erit. ¶ Preterea. spes est expectatio beatitudinis future: sed beatitudo in patria iam non erit futura: ergo neq spes erit ibi.

¶ Utrũ aliqd de suba hitus fidei & spei remaneat idem numero.

Alterius videt q aliquid de substãtia habitus fidei & spei remanebit idẽ numero: q2 in oi mutatione opz esse aliquid cõe vtriq terminorũ. sed fides & spes mutãtur in bona glorie: ergo oportet q aliqd de substantia habitus fidei & spei maneat idem numero. ¶ Preterea. sicut charitas adueniens opponitur fidei informi non scdz substantiã fidei sed sm informitatem: ita gloria adueniens opponit fidei non scdz substantiã visionis: sed sm imperfectionẽ tantũ. sed charitas adueniẽs tollit informitatẽ & rema- 2ª questiũcula

net idem habitus numero fidei quātum ad substantiā: vt supra dictū est. ergo et similiter gloria adueniēs tollit tantū imperfectionem: et dimittit eandē substātiam habitus numero. ¶ Preterea quādo sciētia imperfecta crescit in perfectam nō tollitur substātia scientie: similiter nec substātia corporis quādo ex puero fit vir: sed manet idem hō. sed apostolus euacuationem fidei cōparat perfectioni scientie et etatis: ergo substantia fidei manet eadem numero.

¶ Sed cōtra. forme quādo destruūtur: sicut ex nihilo totaliter sunt: ita totaliter in nihilum tendūt. sed fides et spes cum sint habitus forme quedā sunt: ergo cū adueniente gloria destruantur vt dicit apostolus videtur q nihil ipsarū maneat secundum numerū ibidē. ¶ Preterea. impossibile est q aliquid sit idē numero: quod non sit idē specie: sicut dicit philosophus de fide et opinione. in quarto topi. sed visio patrie et fides differunt specie multo plus q̄ fides et opinio: ergo visio fidei et patrie non est idem numero.

Respōdeo dicendū ad primā questionē q in fide est cognitio quedam: et modus cognoscēdi: quia cognoscit in speculo et in enigmate. modus autē imperfectionis est et obscuritatē importat. vnde cū gloria adueniens omnē imperfectionē et obscuritatem tollat: tollet quidē modum fidei quātum ad modum cognoscēdi: sed remanebit cognitio eorum quorum est fides: non quidem iam enigmatica sed clara.

Ad primū ergo dicendū q quantum ad id quod habet de cognitiōe fides est fundamētum: non quantum ad id qd habet de enigmate. vnde quātum ad id qd est fundamentū manebit. ¶ Ad secundum dicendū q quamuis glorie visio nō sit cōtraria fidei quantum ad id qd habet de cognitiōe: est tamē sibi cōtraria quātum ad id qd habet de enigmate: et ex hac parte eam expellit. ¶ Ad tertiū dicendum q perfectio et imperfectio cognitiōis circa diuersa bene se cōpatiuntur: sed nō circa idē. et ideo aliquis potest habere simul imperfectam cognitionē de his que pertinēt ad vnū: et perfectā de his que pertinēt ad aliud. sed nō est sic in proposito: quia fides et visio glorie est de eodē. ¶ Ad quartū dicēdum q opinio et scientia: quamuis sint de eodē: non tamē secundum idem mediū: sed secundum diuersa: et ideo possunt esse simul sed fides et visio patrie sunt de eodem et secundum idē mediū: quia fides assentit veritati prime propter se: et similiter visio glorie. et ideo perfectio vnius nō patitur imperfectionē alterius. cognitio autē matutina et vespertina: quāuis sint de eodem secundum rem: non tamen sunt de eodem secundum idem esse: quia cognitio matutina est de re secundum q habet esse in verbo. cognitio autē vespertina de re secundū q habet esse in propria natura. et ideo non est simile.

Ad secundā questionem dicēdū q de habitibus oportet ex actibus iudiciū sumere. Est autē duplex actus. s. actus qui est actus imperfecti: inquātum huiusmodi sicut motus: et actus qui est actus perfecti inquātum huiusmodi: sicut operatio cōsequens formam. contin

Rn̄. ad primam questiunculam.

Declaratio habitum per actus.

git autem quãdoqꝫ ꝙ actus pfecti inueniãtur in impfecto scdm ꝙ iam participat aliquid de pfectione: sicut aliquid de actu albi est in palido. quãdo ergo impfectũ ad perfectionẽ venit actꝰ qui est eius inquãtũ habet aliqd de perfectiõe in quã tendebat manet quãtũ ad id quod est de substãtia actus: sed tollit quãtũ ad id qđ erat de impfectione actus sicut loquela balbutientis pueri tollitur quãdo venit ad perfectã etatẽ quãtum ad id qđ impfectiõis erat in ipso: manet autẽ quicqd erat de perfectiõe ⁊ substãtia loquele. sed motus qui ẽ actus impfecti quãdo peruenit ad terminũ motus: non manet quãtum ad aliqd substãtie actus: sed ꝗtum ad radicẽ scdm quã motus inerat qui erat ꝓportio quedaꝫ ⁊ ordo impfecti ad perfectionẽ: cognitio autem inꝗtum hmõi importat actum pfecti: ⁊ iđ cognitio que habet in statu impfectõis manet ꝗtũ ad id qđ cognitiõis est: imperfectiõe sublata. Spes autẽ inꝗtum tendit in arduũ qđ est nõdum habitũ: ⁊ futurũ expectatuꝫ est: sicut actus impfecti: cũ sit quasi quidã motus. Et ideo cũ ad perfectũ venerit non manet id qđ expectatiõis aut spei est: sed hoc tm̃ in quo hec expectatio radicabat. s. ordo ⁊ ꝓportio ipsius hois ad illa iam habita: quorũ dum nõ habebant erat spes. ⁊ ideo nõ ponit aliquid speciale succedẽs spei: sꝫ tentio siue cõprehensio beatitudinis: que dicit ordinẽ hominis ad deũ iam habituꝫ: cuius non habiti erat spes: vñ ordo iste cõis est vtrobiqꝫ: ⁊ quãtum ad hunc ordinẽ spes manet: sed ꝗtum ad naturã actꝰ sui trãsit.

Ad primũ igit dicendũ ꝙ illi q̃ erũt in penis cũ sint remoti a participatiõe eternitatis erũt semper in motu ⁊ successiõe. ⁊ ꝓpter hoc poterit esse timor futuri mali: sed illi qui erũt in patria erũt maxime quãtuꝫ ad premiũ substãtiale in participatiõe eternitatis. ⁊ ideo ẜm hoc nõ erit i eis aliquid de premio futuri: sed totũ simul habẽt: vnde non remanet in eis spes. ¶ Ad ẜm dicẽdũ ꝙ illa fames nõ importat expectationẽ futuri: sed aufert fastidiũ iam habiti. vnde respectu ꝑmij substãtialis nõ erit ibi expectatio: sed fruitio plena. sed respectu aliquoꝝ accidentaliũ: vt etiã stole corporis poterit ibi eẽ expectatio: sed nõ spes: vt supra 26. dist. dictũ est. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ etiam in spe inuenitur aliquid qđ manet in patria. s. ordo ⁊ ꝓportio ad expectatuꝫ bonuꝫ. sed iste ordo erit perfectꝰ in patria: in via autẽ imperfectꝰ ꝓpter absentiam eius ad qđ est.

Ad tertiã qõnem dicendum ꝙ ablatio alicuius qđ est de substãtia rei inducit corruptionẽ rei illiꝰ: non autẽ sublatio alicuius qđ se habet accidẽtaliter ad rẽ illam. impfectio autẽ illa quam tollit gloria a fide est substantia fidei: ⁊ ad speciẽ eius pertinens. quod patet ex hoc ꝙ accipitur scdm rõneꝫ obiecti a quo fides speciẽ recipit. Obscuritas enim quã enigma importat ad genus cognitiõis pertinet. et ideo opꝫ ꝙ remota ista impfectione substãtia ⁊ species fidei Rñ. ad scdam q̃stiunculaꝫ.

destruatur: sicut si ab asino remoueatur sua irrōnabilitas: qr autē fides forma quedā est accidētalis simplex: non cōposita ex materia & forma. iō ipsa destructa nō remanet aliqd fidei idē numero sed idē genere: sicut pz qz quādo ex albo fit nigrū: vel ecōuerso manet id qd coloris est nō idem numero color: sed idez genere. sed manet eadē lux numero cū est pfecta & impfecta: qr illa impfectio vel perfectio nō pertinet ad speciē lucis: sed accidentalis est. ¶ Et similr est dicēdū de spe in qua etiaz qd dictū est magis appet.

Ad primū ergo dicendum qz cōe qd manet in mutatiōe idem numero est subiectū: sed idē genere manet natura generis. et ita in hac trāsmutatione manet eadez numero anima: sed visio vel cognitio idē genere. ¶ Ad scdm dicendū qz informitas illa nō est de pertinētibus ad speciez fidei sicut imperfectio enigmatica. et ideo non est simile. ¶ Et similiter dicendum ad tertium.

¶ Utrum charitas vie euacuetur in patria.



D scdm sic pceditur. videt qz charitas vie euacuetur. i. Cor. 13. Cum venerit qd pfectuz est euacuabitur qd ex parte est. sed charitas est ex parte: quia illud preceptū. Diliges dnm deū tuū ex toto corde tuo: nō totalr implet in via: vt supra dcm est: ergo charitas euacuabit. ¶ Preterea. destructa cā destruit effectus. sed fides generat charitatē: sicut dr Mat. 1. in glo. cū ergo fides euacuetur & charitas euacuabit. ¶ Preterea. sicut fides ē enigmatica ita & charitas: quia charitas mouet affectū in id qd nō per speciez vr. sed fides q est enigmatica euacuabit: ergo et charitas. ¶ Preterea. mot⁹ cessat cū peruentū fuerit ad terminū: sed charitas est qdaz motus mētis in deū: ergo cū ad terminū puenietur charitas cessabit. ¶ Preterea. ea que sunt vni⁹ rationis vnum in alterū potest pficere si differant scdm perfectū & imperfectū: sed charitas vie qūuis possit crescere nunq̄ tn potest puenire ad modū charitatꝭ patrie: ergo charitas vie et patrie nō sunt vnius speciei. et ita videtur qz charitas euacuetur. ¶ Sed cōtra. pma Cor. 13. Charitas nunq̄ excidit. ¶ Preterea presentia amati non tollit amorem sed auget. charitas autē est amor dei: ergo quādo deum presentē videbimus non tollet charitas: sed magis augebitur.

Respōdeo dicēduz qz amor scdz rōnem sue speciei nō importat aliqd imperfectiōis: sed magis perfectionē inquātuz importat terminationē affectus: & quādā informationē in re amata. vnde gloria adueniens nihil de his q ad speciē charitatis ptinent tollet: & iō charitas nō destruetur.

Ad primū g dcm qz illa imperfectio est accntal charitati: & iō ea remota: nihilomin⁹ charitas eadē numero remanebit. ¶ Ad scdm dcm qz fides ē cā charitatꝭ rōne cognitiōis: cognitio autē mane-

bit: vt dictũ est. ¶ Ad 3m dicẽdũ ꝙ enigma est essentiale fidei: q2 pertinet ad rõnem ꝓprij obiecti sed est accidentale charitati: ꝛ iõ non est silis ratio. ¶ Ad 4m dõz ꝙ amare nõ dicit motum qui sit actus imperfecti: sed q̃ est actus perfecti: sicut sentire ꝛ intelligere. vt dicit phs in. 3. de aia. ꝛ iõ ratio nõ sequit. ¶ Ad 5m dicendum ꝙ hoc ꝙ charitas vie manens in via nõ põt peruenire ad perfectionẽ charitatis patrie: est ꝑpter statum viatoris: ꝛ non q̃tum ad id quod est de rõne charitatis: inq̃tum viator non possidet perfecte quod amat.

¶ Utrum ordo dilectionis qui modo est fuerit in xp̃o vel in sanctis qui sunt in patria.



Ad tertiuz sic procedit. videt ꝙ ordo dilectionis qui mõ est non fuerit in christo nec in sanctis qui sunt in patria q̃tum ad dilectionẽ inimicoꝝ: q2 inimici sanctorũ ad minus post diem iudicij nõ erunt nisi demones et dãnati: sed ad illos nõ est habẽda charitas: vt supra dictuz est: ergo nõ diligũt inimicos. ¶ Preterea. in eis erit summa conformitas voluntatũ ad deum: sed deus inimicos sanctoꝝ non diligit sed odit. ergo nec christus ꝛ beati suos inimicos diligent. ¶ Preterea. quicunq3 diligit aliquem ex charitate vult ei bonũ vite eterne: sed hoc christus non voluit inimicis nec beati: quia si vellent ꝛ fieret. ergo non diligunt inimicos ex charitate.

¶ Sed contra. diligere inimicuz ad perfectionem charitatis pertinet: sed in christo ꝛ in beatis est perfectissima ꝛ amplissima charitas. ergo ipsi inimicos diligunt. ¶ Preterea. christus ex charitate dilexit illos ꝑ quibus mortuus est. Jo. 15. Maiorẽ hac dilectionem ꝛc. sed mortuus est ꝑ inimicis. Ro. 5. ergo dilexit inimicos et eadem ratione beati.

¶ Utrum in sanctis beatis sit ordo charitatis quantũ ad se ꝛ proximos.

Ulterius vr ꝙ in eis non sit ordo charitatis q̃tũ ad se ꝛ ꝑximũ ꝛ ꝑpinquos ꝛ extraneos. Aug. in lib. de vera relig. Perfecta charitas est vt plus potiora bona ꝛ minus minora diligamus: s3 in patria erit perfecta charitas. ergo proximũ meliorẽ se plus diliget aliquis q̃ seip̃m: ꝛ silr extraneuz q̃ propinquũ fm carnẽ. ¶ Preterea. in patria erit perfecta conformitas humane volũtatis ad deum: sed deus plus diligit meliorem. ergo ꝛ quilibet plus diliget meliorem q̃ seipsum. ¶ Preterea. ille plus diligitur cui maius bonũ optatur: s3 quilibet hõ vult maius bonum meliori se q̃ sibi in patria: quia vnicuiq3 vult bonum quod h3 nec appetit alicui qđ nõ habet: quia sic desiderium nõ esset quietatum: ergo plus diligit meliorem se q̃ seipsum. ¶ Sed contra. gloria perficit naturam. sed ordo iste est a natura hominis progrediens: vt homo se plus altero diligat. ergo et gloria hunc ordinem non auferet. ¶ Preterea. si aliquis salutem suam negligeret pro salute alterius peccaret. sed in patria non erit aliquid inordinatum. ergo homo ibi semꝑ plus diliget Prla q̃stiun cula.

salutez suam q̄ alteri⁹: ꝛ ita pl⁹ amabit se q̄ alterū.

¶Utrū xp̄s dilexerit pl⁹ petruz vel ioannē: vel ecōuerso.

Alterius querit quez xp̄s plus dilexerit petrū vel ioannē. Et videtur ꝙ ioannē. Jo vlt. Uidit illuz discipulū quē diligebat iesus sequentē. hoc aūt nō dr̄ q꜄ illū tm̄ diligeret: ergo ꝓpter eminentiā dilectionis ad ip̄m. ¶Preterea. dilectio in qua affectus affectui vel signis dilectionis nō respōdet est dilectio simulationis. cū ergo xp̄s maiorē familiaritatez ioanni exhibuerit q̄ petro: ꝛ ei⁹ dilectio nullo mō fuerit simulata: vr̄ ꝙ ioānē pl⁹ petro dilexerit ¶Sed ꝯ puer. 8. Ego diligētes me diligo. sed pl⁹ dilexit petrus vt ꝫ Jo. vl. ergo ꝛ pl⁹ diligebat

Respōdeo dōm ad primā q̄ōnem ꝙ inimici xp̄i p̄nt accipi dupliciter. vel q̄tū ad finalē exitum sicut dānati vel in actu: vel in prescisiōe diuina. vel q̄tū ad p̄sentē statū. tantū sicut saulus tūc erat Quantū ergo ad primos inimicos est eadē ratio dilectionis in xp̄o que in nobis ad illos quos scimus dānatos: q꜄ naturā ipsorū diligimus: ꝛ ꝯsiderata natura tantū eis vitam eternā vellemus sed ꝯsiderata iustitia diuina ꝛ eorū meritis eis hoc nō volumus: q꜄ iustitiā diuinā pl⁹ diligimus q̄ eoꝝ naturā. ꝛ prima voluntas est voluntas aīs scḋa est voluntas ꝯ̄ns. ꝛ ita xp̄s diligebat inimicos: qui erāt dānati vel dānandi volens eis bonum voluntate antecedēte: q̄ nō semper impletur: ꝛ eadem ratio est de alijs beatis quantū ad illos qui actu sunt damnati: sꝫ de dānandis forte nesciūt de omnib⁹ q̄ sunt. Sed q̄tū ad alios inimicos ꝯm p̄sentē statū tm̄ diligebat: ꝛ ad eos bona operabatur: q꜄ pro eis mortē subijt. ¶Et per hoc p꜄ꝫ responsio ad obiecta.

Ad secundā questionē dōm ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidaz dicunt ꝙ in patria erit deus omnia in omnib⁹: ꝛ mens tota in deū quiescens totā rationē dilectionis habebit deū. ꝛ iō deū super omnia diliget: ꝛ alios plus quāto erūt deo ꝓximiores etiā alios plus q̄ se sunt meliores. Sed illud nō videt̄ rationabiliter dictū: q꜄ vnusquisq꜄ tantū ambit deo frui q̄tuz diliget deū vnde cū deum super omnia diliget sup omnia volet deo frui ꝛ ideo plus optabit sibi q̄ alij. vnde videt̄ ꝙ magis se q̄ alium diliget. ¶Preterea. affectus dilectionis non quiescit in aliquo nisi in ꝓprio obiecto. sicut autez ꝓprium obiectū amoris est bonum: ita ꝓpriū subiectū amoris istius hominis est bonū istius: vñ ꝛ deū summe diliget inq̄tuz est summū bonū suū. vnde non oportet ꝙ tanto aliquem plus diligat quanto est simpl'r deo ꝓximior: sed quanto est deo proximior inq̄tum est bonū suuz. Et ideo videtur ꝓbabilius qḋ alij dicunt ꝙ quilibet ibi plus diliget se q̄ proximū. Sed de cōparatione ꝓpinquorum ad extraneos credo ꝙ simpl'r loquendo plus vnusquisq꜄ diliget extraneum meliorem q̄ consanguineum minus bonū: q꜄ plus attenditur ordo dilectionis q̄tuz ad proximitatem ad deuz q̄ q̄tum

[Margin notes: "za que stiūcla" (left); "Rñ. ad primā q̄stiunculaz." and "Nota la pulchra." (right)]

ad primitatem ad seipsum: cuiusvtrũqꝫ opꝫ ꝙ attendat. vnde de equaliter bonis plus diligit primiorẽ: sed de inequalibus diligit meliorem.

Ad primũ igit dõꝫ ꝙ intelligendũ est ꝙ plus diligit magis bona ꝙ etiã sibi sunt magis bona: sicut bona spiritualia ꝙ corporalia. ¶Ad 2m dõm ꝙ in hoc ipso volũtas nostra volũtati diuine ꝯformabit ꝙ sequet motum naturaliter sibi impositũ a deo. ¶Ad 3m dõm ꝙ volũtate cõsequẽte vult maius bonũ alteri ꝙ sibi: sibi autem intensius. sed voluntate antecedẽte vult sibi maius: sꝫ hoc nõ impedit quietẽ desiderij: qꝛ hec voluntas nõ est voluntas simplr sed cõditionata: vel velleitas qdã vt qdã dicũt.

Rñ. ad scdam qstiun culam

Ad tertiam questionẽ dõm ꝙ sicut dicit: petrus plus dilexit xp̄m dilectione que ab ipso in mẽbra diffundit. sed ioãnes plꝰ dilexit dilectione que in xp̄o sistit. Et ideo petro dominus cõmisit curã mẽbrorum: ioanni autẽ curã matris que ad personaꝫ eius specialius spectabat. vnde ⁊ petrus a xp̄o plus diligebatur qꝫtum ad effectũ interiorẽ: qꝛ donum maioris charitatis erat ei tunc collatum. Sed ioãnes magis diligebatur qꝫtum ad signa exterioris familiaritatis. ⁊ hoc ꝑpter quattuor causas. Primo quia per ioannẽ significatur vita cõtemplatiua que familiariorem habet deum: qꝫuis actiua sit fructuosior ⁊ laboriosior que significatur in petro. Secundo ꝑpter etatem: qꝛ iuuenis erat. Tertio ꝑpter castitatẽ. Quarto propter ingenitam mansuetudinem. ¶Et per hoc pꝫ solutio ad obiecta: quia vterqꝫ plus diligebat: ⁊ quodammodo plus diligebatur.

¶Utrũ sciẽtia quã modo habemus totaliter tolletur.



Ad quartũ sic ꝑcedit. videtur ꝙ sciẽtia quã modo habemus totaliter tolletur pꝛia Cor. 13. Sciẽtia destruet. sed accidẽs qđ destruit totaliter tollitur: ergo sciẽtia totaliter tolletur. ¶Preterea. fides ẽ magis spũalis ꝙ sciẽtia sed fides tollet: ergo ⁊ scientia. ¶Preterea. cõsideratio sciẽtie est de delectabilibꝰ maxime. si ergo scientia hic acquisita remanet: aliquis magnꝰ clericus plus habebit de gaudio ꝙ aliqua vetula ꝙ erit maioris charitatis: qđ esse videtur impossibile. ¶Preterea illi qui sunt in patria cognoscũt omnia quorũ sciẽtiã habuerunt: ⁊ multo plura ⁊ melius in verbo si ergo sciẽtia non est nisi ad cognoscendũ frustra in eis preterita sciẽtia remaneret. ¶Preterea habitus ordinat ad actum: ergo vbi actꝰ non remanet: neqꝫ habitus remanere potest quia frustra remaneret sed actus scientie qui modo est non remanebit in patria: qꝛ consideratio scientiarũ est in intelligendo cum fantasmate non solum in accipiendo scientiaꝫ: sed etiam in considerando ea ꝙ aliquis iam didicit. Unde leso organo imaginationis impeditur operatio intellectus: etiam in alijs que prius sciebat: ergo nec

scientia remanebit. ¶ Preterea. sciētie quā nūc habem⁹ cōsideratio est collatiua. Sed iste mod⁹ cōferendi nō erit in patria: quia tunc sequeret᷑ q̄ esset ibi studiū ⁊ disputatio: quod est absurdū: ergo sciētia hic acquisita nō remanebit in patria.

¶ Sed ɔtra. Magister in prīa distinctiōe scdi dixit: ⁊ phi etiā plures dicūt q̄ anima posita est in corpore vt sciētijs perficiatur. sꝫ frustra poneret᷑ ad hoc nisi post corpus ei sciētia remaneret: ergo sciētia remanebit. ¶ Preterea. constat q̄ illi qui sunt in inferno aliquid cognoscūt esse de his que prius cognouerūt: sicut patet de diuite qui suorū memoriā habebat. sed eis non addetur alia cognitio q̄ hic habuerunt: ergo prior sciētia in eis remanebit. ¶ Preterea. si scia destruat᷑ cū corpe: erit bonū tēporale: ⁊ ita studiū sciētie cōputabitur inter sollicitudines rerū temporaliū: qđ vr̄ absurdum.

Respondeo dicēdū q̄ in scia quā mō habemus est tria cōsiderare. s. habitū actum ⁊ modū agēdi. Modus autē agendi est: vt intelligat cum fantasmate. quia in statu vie verū est qđ dicit phꝫ in. 3. de anima q̄ nequaq̄ sine fantasmate intelligeret anima nō solū q̄tum ad acquirendam scientiā. sed etiam quo ad cōsideratiōnē eorū que quis iam scit: qꝛ fantasmata se habēt ad intellectū sicut sensibilia ad sensum. Act⁹ aūt scientie pprius est vt cognoscat ɔclusiōes resoluendo eas ad principia prima per se nota. habit⁹ autē est queda𝔷 qualitas hominē habilitās ad hunc actū. Modus autē intelligendi predictus accidit humane ale ex duobus. Uno modo ex hoc q̄ anima hūana est vltima sm̄ nature ordinē in gradibus intellect⁹. vnde se hꝫ intellect⁹ eis possibilis ad omnia intelligibilia: sicut se hꝫ materia prima ad oēs formas sensibiles ⁊ ppter hoc nō pōt in actū exire prius q̄ recipiat rerū species qđ fit per sensum ⁊ imaginatiōnē. Alio modo ex hoc q̄ est forma corpis. vñ opꝫ q̄ opatio ei⁹ sit opatio toti⁹ hois. ⁊ iō cōmunicat ibi corp⁹ nō sicut instrumētū: p qđ operet᷑ sed sicut repñtans obiectū. s. fantasma. ⁊ inde ɔtingit q̄ anima nō pōt intelligere sine fantasmate etiā ea que prius nouit. In ala ergo separata a corpe remanebit natura ale sed nō remanebit vnio ad corp⁹ in actu. ⁊ ideo ea considerata in natura sua tm̄: nō indigebit fantasmatibus q̄tum ad cōsiderationē eoꝝ. que pri⁹ sciuit: sed solum q̄tum ad considerationem eorū: que de nouo debet scire. ⁊ ideo ea que prius sciuit poterit cōsiderare nō quidē vtendo fantasmate: sed ex habitu scientie prius habito Ea vero que ante nesciuit nō poterit scire nisi quaten⁹ ex his que scit elici possunt vel inq̄tū alie species ei diuinitus infundunt᷑. dicere eñ q̄ sm̄ id qđ modo ala habꝫ in natura sua nō possit intelligere sine corpore aliquo modo est valde familiare illis qui ponunt animā cū corpore desi cere: qꝛ vt dicitur in primo de anima. si nulla operationū quas hꝫ potest esse sine corpore nec ipsa sine corpore eē posset: cum operatio naturalis

Tria i sciētia viatorum.

consequatur naturam. In actu aũt scientie predicta duo cõsiderant. s. motus inquisitionis & rationis discurrẽtis. & terminus. s. certitudo que habet de conclusionibus ẽm q iam sunt reducte in prima principia. motus autẽ ille imperfectionis est quãtum ad necessitatem discurrendi vt causetur certitudo. & ideo in beatis nõ remanebit actus scientie quãtum ad necessitatem motus: sed quãtũ ad certitudinẽ tñ. Et ideo videtur dicendũ ẽm q quidã dicũt q in patria quãtum ad animas separatas erit alius modus intelligendi: q2 sine fantasmate considerabũt. sed post resurrectionẽ poterit esse vterq3 modus inquãtum aĩa nõ subiacebit corpori: sed ex toto ei dñabitur. act⁹ autẽ mutabitur q2 remanebit quãtũ ad terminũ: sed non quãtu3 ad discursum in sanctis. In dãnatis autem non est remotũ quin etiã collationis necessitas remaneat & ideo remanet habitus sciẽtie quãtum ad substãtiã dicere eñi q habitus remaneat & actus nullo modo: videtur absurdum: q2 habitus nihil est aliud q̃ habilitas ad actum.

Notu la vtil3

Ad primũ igit dicendũ q destruet scientia quãtũ ad modum: & quãtu3 ad actum mutabitur. sed quãtum ad habitum remanebit: vt dictũ est. ¶ Ad scḋm dicendum q modus imperfectionis ẽ essentialis fidei & de ratione eius: sed modus cognoscendi per fantasma non est de rõne scientie sed accidit ei ex conditione subiecti.

¶ Ad tertium dicendum q nõ est inconueniens q ille qui habet minorem charitate3 habeat plus de gaudio quãtum ad aliquem actum: cu3 tamen habeat minus gaudium de deo: quod est premiũ essentiale ¶ Ad quartum dicendũ q cognoscere aliquid pluribus modis nõ est frustra: sicut etiam christus habuit scientiã naturaliũ rerum que in verbo cognoscebat ¶ Ad quintũ dicendum q ille modus cognoscẽdi accidit scientie ex statu eius in quo est. nõ enim fantasma est obiectu3 propinquum & proprium intellectus: cum sit intellligibile in potẽtia nõ in actu. s3 species intellecta est per se obiectũ eius. ¶ Ad sextũ dicendum q nõ erit act⁹ sciẽtie quãtum ad discursum sed quãtũ ad terminũ certitudinis.

¶ Et preterea non oporteret ibi esse studium vel disputationem quãtũ ad bonos: q2 omniũ illorũ que cõsiderare vellent in verbo cognitionem possent accipere: vel per illuminationẽ superiorum habere. Damnatis aũt nõ vacabit disputare penarum pondere pressis.

¶ Expositio textus.



Charitas autẽ que deseri potest.) Uerum est si posset deseri propter debilitatem amoris: vt. s. aliquis minus diligeret deũ q̃ rem illa3 pro qua tunc peccat: tũc eñi nõ eẽt vera charitas. (De perfecta intelligitur.) Perfecta dr q̃ est in cõfirmatis vt in via vel in patria: vel intelligit nõ q non possit amitti: sed quia difficile est qḋ admittatur.


¶ De charitate dei.

¶ Distin. xxxiij.



Premissis adiiciendum est de dilectiõe dei q̃ ipse diligit nos que nõ est alia q̃ illa qua diligimus eum. Dilectio aũt dei diuina vsia est. eademq; dilectiõe pater et filius et spiritus sanctus se diligunt et nos: vt supra disseruimus. Cumq; dilectio sit imutabilis et eterna alium tamẽ magis alium vero minus diligit. Vñ Augu. Incõprehensibilis est dilectio atq; immutabilis qua deus in vnoquoq; nostrum amat quod fecit sicut et odit quod fecimus. Miro igit et diuino mõ etiam quando odit diligit nos. Et hoc quidez in omnibus intelligi potest. Quis ergo digne possit loqui quantũ diligat mẽbra vnigeniti sui: et quanto amplius vnigenitũ ipsum? De ipso etiam dictum est. Nihil odisti eorum que fecisti. Ex his percipitur q deus omnes creaturas suas diligat: quia scriptum ẽ. Nihil odisti eorum que fecisti. Et iterum. Vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Si omnia que fecit bona sunt: et omne bonum diligit: omnia igitur diligit q̃ fecit: et inter ea magis diligit rationales creaturas: et de illis eas amplius q̃ sunt mẽbra vnigeniti sui: et multo magis ipsum vnigenitum.

¶ Ex qua intelligentia dicitur deus magis vel min⁹ diligere hec vel illa.



Cum autẽ dilectio dei imutabilis sit: et ideo non intenditur vel remittitur. Si queritur q̃ sit ratio dicti cum dicit magis vel minus diligere hoc q̃ illud: et cum dicitur deus omnia diligere: dicimus dilectionem dei sicut pacẽ dei exuperare omnẽ sensum humanum vt ad tante altitudinis intelligentiã vix aliquatenus aspiret humanus sensus. Potest tñ sane intelligi ea ratiõe dici omnia diligi a deo que fecit: q: omnia placent ei: omnia approbat inq̃tum opera eius sunt: nec tũc prius vel amplius placuerũt ei cum facta sunt; sed anteq̃ fierent: imo ab eterno omnia placuerunt ei: non minus q̃ postq̃ esse ceperunt. Quod vero rationales creaturas, i. homines vel angelos alios magis alios minus diligere dicitur: nõ mutabilitatẽ charitatis eius significat: sz q alios ad maiora bona: alios ad miora dilexit: alios ad meliores vsus alios ad min⁹ bo

nos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis perueniunt. Electorum ergo alius magis alius minus dilexit ab eterno: et diligit etiam nunc: quia aliis maiora aliis minora ex dilectione sua preparauit bona: aliisque maiora et aliis minora bona confert in tempore: vnde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

¶ Quod duobus modis inspicienda est dilectio dei.



Considerat enim duobus modis dilectio dei: secundum essentiam et secundum efficientiam, non recipit magis et minus secundum essentiam: sed tamen secundum efficientian: vt magis dilecti dicantur quibus ex dilectione ab eterno maius bonum preparauit et in tempore tribuit. et minus dilecti quibus non tantum. Inde est etiam quod aliqui quando conuertuntur et iustificantur dicuntur tunc incipere diligi a deo: non quod deus noua dilectione quenquam possit diligere: immo sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionem quoscunque diligit: sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo: cum eterne dei dilectionis sortiantur effectum. s. gratiam in presenti: vel gloriam in futuro. Unde Augu. Absit vt deus temporaliter aliquem diligat quasi noua dilectione que in ipso ante non erat: apud quem nec preterita transierunt: et futura iam facta sunt. Itaque omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit sicut predestinauit. Sed cum conuertuntur et inueniunt illum tunc incipere ab eo diligi dicuntur. vt eo modo dicatur quo potest humano affectum capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis: illi mutantur: non ipse. vt lux infirmis oculis aspera. firmis lenis est: ipsorum. s. mutatione sua non. Ita cum aliquis per iustificationem incipit esse amicus dei ipse mutatur: non deus. Deus quando diligere incipit

¶ Si quis magis vel minus diligatur a deo vno tempore quam alio.



Si vero queritur de aliquo vno vtrum magis diligatur a deo vno tempore quam alio: distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum concessibile est. Si vero ad dilectionis essentiam: inficiabile est.

¶ Si deus ab eterno dilexit reprobos.



De reprobis vero qui preparati nō sunt ad vitam sʒ ad mortē: si queritur vtrum debeat concedi ꝙ deus ab eterno dilexit eos. Dicimꝰ de electis solis simpliciter hoc esse cōcedendum ꝙ deus ab eterno eos dilexit quos ad iustitiam ⁊ coronam preparauit. De non electis vero simpliciter est concedendū ꝙ odio habuit.i.reprobauit. sicut legitur. Jacob dilexi. Esau odio habui. Sed non est simpliciter intelligendum ꝙ dilexit ne predestinati intelligantur: sed cum adiectione dilexit eos inꝗtū opus eius futuri erant.i.quos ⁊ quales eos facturus erat.

¶ Diuisio tertus.



Postquā determinauit magister de dilectione charitatꝭ qua diligimus deuʒ. Hic determinat de dilectione qua deus diligit nos. Et diuidit in partes duas. In prima ostendit quō deus oēʒ creaturā diligit. In secunda mouet questionē de reprobis quos diligere nō videt.ibi.(De reprobis vero ⁊c.) Prima in duas. In prima determinat de dilectione dei ꝺm ꝙ absolute dicitur creaturam diligere. In scđa determinat de gradibus diuine dilectionis ꝺm ꝙ vnum plus ⁊ aliū minus dʒ diligere.ibi.(Cum autē dilectio dei ⁊c.) Et diuidit hec pars in duas. In pͣma determinat de ordine diuine dilectionis ꝗtuʒ ad diuersos. In scđa ꝗtuʒ ad eundē ibi.(Si ꝟo querit ⁊c.) Circa primū tria facit. pͥo mouet qōneʒ. Scđo determinat eā ibi.(Pōt tñ sane ⁊c.) Tertio confirmat solutionē ibi.(Consideratur enim duobus modis ⁊c.)

¶ Questio. I.



Hic querūtur quinqꝫ. pͥo vtꝝ deus creaturā diligat. Scđo vtrū oēm creaturā. Tertio vtrum ab eterno. Quarto vtrū equaliter oīa. Quinto quid plus et ꝗd minus siue equaliter.

¶ Utrum deo competat creaturam amare.



Ad primū sic ꝓcedit. videt ꝙ deo non competat creaturam amare. Amor enī quādaʒ passionē animi importat: sʒ alie passiones animi: vt ira et hmōi nō sunt in deo nisi ꝺm effectum ⁊ per similitudinē. ꝫ nec amor est in ipso. ¶ Preterea. Inter multā distantia non pōt esse amor. vñ amici nō optant amicis maxima bonoꝝ: ne amicitia dissoluatur: vt phs dicit in.9.ethi. sed nulla est tanta distantia quāta creatoris a creatura. ꝫ non potest esse amor dei ad creaturā. ¶ Preterea. amor trāsfert amantē in amatum: vt viuat iam vita amati: vt dicit Dio. in li. de di. no. sʒ deus

nō transfert in aliqd aliud cū sit immobilis. sȝ oīa ad se trahit: vt dicit Jo. 12. ḡ ipse nō amat creaturam. ¶ Preterea. amans quodāmodo subijcit amato inq̄ntuȝ affectus amātis amato informatur: vt supra dictū est: sed deus nullo mō creature subijcitur. ḡ nullo mō amat creaturā. ¶ Preterea. oīs nr̄a perfectio a diuina perfectione exemplatur: sed oīs virtus perfectio mētis est. ergo cum quedā alie virtutes nō sint in deo: vt temperantia ꝛ hmōi: vr̄ ꝙ nec charitas. ¶ Sed cōtra. sicut essentia sua est exēplar oīs creature: ita bonitas sua est causa oīs bonitatis in creatura: sed deus cognoscēdo essentiā cognoscit oīa q̄ ab ipsa exemplātur. ḡ amando bonitatē suā amat oīa que ab ipsa bonitatē participāt. ¶ Preterea. Jo. 3. Sic deus dilexit mundū. ¶ Preterea. Dio. dicit ꝙ diuinus amor nō permisit ipsum sine germine esse.

Cognitio est amoris origo.

Respōdeo dicendū ꝙ vnicuiqȝ habenti cognitionē amabile est proprium bonū non solum amore naturali sȝ amore animali siue intellectuali. vnde cum in deo sit sui perfecta cognitio amat suam bonitatē: bonū autē alicuius non solū dr̄ ſm hoc ꝙ in ipso est: sed ſm ꝙ in alio est per similitudinē: vnde cuȝ bonitas que est in creatura sit similitudo diuine bonitatis: seqnitur ꝙ ipse creaturam diligat.

Ad primū ḡ dicenduȝ ꝙ passiōes quedā important in sui rōne aliquam naturalē transmutationē ꝛ ideo nō pn̄t transferri in deum nisi per similitudineȝ sicut ira: ꝛ similiter ille que important defectum vt tristitia: ꝛ etiam ira secūduȝ ꝙ ex tristitia causatur. Que damvero passiones sunt que de ratione sui nō importāt aliquid materiale vel aliquē defectū sicut delectatio. vnde etiā in operatione intellectuali delectatio est non solū in corporali operatione: vt phs ꝓbat in. 7. eth. ꝛ propter hoc delectatio in deo pōt poni: nō quidē vt passio: sȝ operationem suā simplicē: ꝛ sine motu ꝯñs ꝑ modū intelligēdi: vt phs dicit. in. 7. ethi. ꝙ deus simplici gaudet operatione: ꝛ sl'r etiam de amore dicendū est. ¶ Ad 2m dm̄ ꝙ inter multū distantia bñ pōt esse amor: sed non amicitia: q: nō conuersanł simul quod ē ꝓprium amicitie. Deus aūt q̄uis in infinitum distet a creatura tn̄ operatur in oibus et in oibus est: ꝛ ideo pōt saluari etiaȝ ratio amicitie. ¶ Ad 3m dicendū ꝙ amor omnis transfert quodā modo amantē in amatū: sed diuersimode. Uno mō ſȝ ꝙ amās transferł in participandum ea q̄ sunt amati. Alio mō vt cōmunicet amato ea q̄ sunt sua. Primo ergo mō deus nō transfertur in amatum: qđ est creatura: sed secundo mō inq̄ntum bonitatē suā ei cōmunicat: ꝛ sic dicit Dio. 4. ca. de diui. no. ꝙ etiaȝ ipse deus est per amorem extasim passus. ¶ Ad 4m dicenduȝ ꝙ potentia passiua informał ex obiecto suo sed potentia actiua ponit formā suaȝ circa obiectū: sicut pȝ de intellectu agente ꝛ possibili. Unde sicut intellectus diuinus nō informatur rebus quas cognoscit per essentiā suam: ita nec voluntas eius informatur reb⁹ quas

Passionū distinctio

amat: qr eas per bonitatē suam amat: ⁊ amādo cōicat eis suam bonitatē. ¶ Ad 5m dōm φ virtutes q̄ hñt materiā determinataꝫ circa actus ⁊ passiones corporales: vel q̄ importāt aliquē defectum: sicut fides nō pñt hr̄e exēplar in natura diuina: ita. s. φ ille virtutes in deo sint. sꝫ habent exēplar in itellectu diuino: sicut hñt reliq̄ res materiales: ⁊ iō cū charitas nullum defectū nec aliqđ materiale importet inueniť in deo pre q̄busdā alijs ꝟtutibus.

¶ Utrum deus diligat omnem creaturam.



Ad secūdū sic procediť. vr̄ φ de⁹ nō diligat oēꝫ creaturā: qcq̄d em de⁹ diligit ex charitate diligit. sꝫ creature irrōnales non diligunť ex charitate: vt supra dictū ē. ĝ eas deus nō diligit. ¶ Preterea sicut dicit phs in 8. eth. creature inaiate nō diligūtur nisi amore ꝯcupiscētie: sicut pꝫ de vino. sed deus non diligit amore ꝯcupiscētie: qr ipse bonorum nostroꝝ non eget. ĝ creaturas inaiatas nullo mō diligit. ¶ Preterea dilectio ē cū dilectionis: sꝫ deus nō oēs etiam hoies eligit. ĝ nō oēs diligit. ¶ Preterea. qcunqꝫ diligit aliquid vult ei bonuꝫ. sꝫ deus nō vult reprobis bonū qđ est perfectū bonū. s. vitam eternā: qr si vellet haberēt. ĝ deus nō diligit oēm creaturā. ¶ Preterea. nō pōt eē eiusdē ad idem amor ⁊ odiū. sꝫ de⁹ aliquā creaturā odit. Malach. 1. Esau odio habui. ĝ nō oēm creaturaꝫ diligit. ¶ Sꝫ ꝯ. Sap. xi. Diligis oia q̄ sunt: ⁊ nihil odisti eoruꝫ q̄ fecisti. ¶ Preterea. Dio. dic̄ φ Et amor diuinus mouet superiora in ꝓuidētiā inferioꝝ: sꝫ deus hꝫ prouidentiā de oibus. ĝ ipse oia diligit. ¶ Preterea. Gen. 1. dr̄. Uidit deus cūcta q̄ fecerat et erant valde bona. Et Aug. dicit φ per hoc significať φ omnia approbauit: sed nihil approbať nisi quod amatur. ĝ deus omnia amat.

Respōdeo dicendū φ amicitia sic dictū est addit aliqđ supra amorem: qr ad rōneꝫ amoris sufficit φ hō velit bonū qđ cūqꝫ alicui: ad rōneꝫ aūt amicitie opꝫ φ aliquis velit ei hoc bonū qđ vult sibi: vt. s. velit ꝯuersari cū ipso ⁊ cōuiuere in illis q̄ maxie amat. Sic ĝ deus cōiter loquendo de dilectiōe diligit oia inq̄ꝛtū vult eis bonū aliqđ. s. naturale ipsorum. sꝫ bonū qđ ipse sibi vult. s. visionē sui ⁊ fruitionē qua ipse beatus est: vult quidē oi creature rōnali volūtate antecedēte: sꝫ volūtate ꝯñte solū electis: q̄ est volūtas ſmpl'r: ⁊ ideo solos electos diligit amore amicitie. alia aūt diligit amore cōiter dicto inq̄ꝛtum sunt bona. Nota la moralis.

Ad primū ĝ dicenduꝫ φ deus oia. i. creaturas irrōnales ex charitate diligit: nō sicut charitatē hñs ad illa: sꝫ sicut ordinās ea ad illa ad q̄ ille charitateꝫ hꝫ. ¶ Ad scđm dicenduꝫ φ q̄uis nos non diligamus creaturas inanimatas amore beniuolentie: qr eorū bonum non est a nobis: deus tamen eas diligit amore beniuolentie: qr per hoc φ eis bonum vult sunt: ⁊ bone sunt: tamē deus q̄uis non amet aliquid in concupiscendo sibi: amat tamen in

concupiscendo

concupiscendo alteri: vt nõ fiat vis in verbo concupiscentie: qui anxietatem non proprietatẽ desiderij importat. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ q dilectio amicitie est illa que electionẽ causat: et hãc non habet ad omnia. ¶ Ad quartũ dõm q deus omnib' creaturis irrationalibus vult bonum eis proportionatum: & cui9 sunt capaces: et ideo simpliciter loquẽdo potest dici qd deus eas diligat: sed reprobis voluntate consequente: fm quã simpliciter dicitur aliquid velle: vult quidem bonum nature. non autem bonum cuius sunt capaces. s. gratie et glorie nisi voluntate antecedente: & ideo non est dicendũ q diligat deus eos simplr: sed fm quid scz inquantũ sunt creature. ¶ Ad quintum dicendum q non odit reprobos inqantũ creature sue sunt: sed inq̃tũ mali sunt: quod ab ipso non est.

¶ Utrum deus ab eterno dilexeris creaturas.



Ad tertiũ sic proceditur. videtur q deus ab eterno non dilexerit creaturas: dilectio enim nõ est nisi boni: sed creature nõ fuerunt bone ab eterno: ergo nõ diligit eas ab eterno. ¶ Preterea dilectio significat diuinam essentiã & cõnotat effectũ in creatura sz ea q̃ impor tãt effectũ i creatura dñr de deo ex tpe: sicut dñs & saluator & hmõi. g & diligere creaturas non dicit de deo nisi ex tpe. ¶ Preterea dilectio vnit amãtẽ amato: sed res nõ potuerũt cõiũgi vel vniri deo antequã essent ergo non poterant amari ab eo ab eterno. ¶ Preterea eorũ q̃ similiter se habẽt est vna rõ amoris: sed creature antequã eẽnt in nullo distinguebant. g no erat i vno quare diligeret magis q̃ in alio: & ita ab eterno non dilexit electos nisi forte sicut alios.

¶ Preterea amãs vult eẽ amatũ: sz de9 non volebat eẽ creaturas antequã essent: q2 si voluisset eas eẽ fuissent: ergo nõ amabat eas antequã eẽnt. ¶ Sed contra Ephe. 1. Elegit nos añ mũdi constitutionẽ: sz electio erat ex dilectione: g etiã ab eterno dilexit creaturas. ¶ Preterea Dio. dicit 4. c. de di. no. q diuin9 amor fuit cã quare res fecit: g amor rerũ fuit in deo antequã res eẽnt: & ita ab eterno. ¶ Preterea affect9 boni sequit cognitionẽ de bono. sz deus ab eterno cognouit qcq̃d boni est in creaturis. g ab eterno dilexit creaturas.

Respondeo dõm q illa sola noia ex tpe de deo dici possunt q̃ in principali significato importãt aliq̃d qd in deo fm rẽ nõ ẽ: sicut ea q̃ importãt relationem dei ad creaturã in pncipali significato: vt dñs & hmõi q̃ q̃dẽ relatio fm rẽ est in creatura: sz in deo est fm rõnẽ tñ. silr ea q̃ importãt in pncipali significato actionẽ diuinã terminatã ad aliq̃d extra se sicut cãre & hmõi amor aũt nõ iportat in pncipali significato relationẽ: sz operationem volũtatis: cui9 operationes sicut et operationes intelleᷓs primo & ab eis elicite in opãte manẽt: & nõ transeunt ad 9stituendũ aliq̃d in exteriori mã: & ideo amor deo ab eterno cõuenit. ¶ Regula theologalis.

Ad primū igit dicēdū φ q̄uis creature ab eterno nō fuerint bone in propria natura: fuerūt tamē bone in dei p̄scientia. ¶ Ad scdʒ dōm φ nō cōnotat effectū i actu sed in hītu: et hoc est qꝛ opationes aīe nō terminant ad aliq̄d extra operantē. vñ pñt extēdi ēt ad id qđ nō est in actu. ¶ Ad tertiū dōm φ amor nō vnit ſm reʒ semp: sed est vnio affect⁹: q̄ q̄deʒ vnio pōt haberi ēt ad illud qđ ē absens aut penit⁹ non existens. ¶ Ad quartū dōm φ q̄uis nō differrēt ſm id qđ nō erāt in ꝓpria natura: dr̄iam rn̄ʒ habebant in dei p̄scientia ſm φ eoꝝ diuersitas futuras p̄sciebat. ¶ Ad q̄ntū dicēdū φ de⁹ volebat ab eterno creaturas esse: sed nō eas eē ab eterno sed ſm ordinem sue sapientie.

¶ Utrū de⁹ oīa equalr̄ diligat.



Ad quartū sic ꝓcedit. videtur φ de⁹ oīa equalr̄ diligat: qꝛ ꝓuidētia vt dicit Dio. est effect⁹ amoris: sed equaliter est illi cura de oībus Sap. 6. ergo oīa eq̄liter diligit. ¶ Preterea dilectio dei ad creaturas signat habitudinem ipsi⁹ ad creaturas. sed deus equaliter se habet ad omnia vt dicit phs. q̄uis oīa ineq̄liter se hēant ad ip̄m: ꝙ ipse eq̄liter oīa diligit ¶ Preterea sicut diligit oīa ita cognoscit oīa: sed equaliter cognoscit oīa: ergo equaliter oīa diligit. ¶ Preterea idē act⁹ non pōt esse intēsior et remissior nisi ſm diuersas sui partes: sed eodē actu simplici diligit oīa: ergo non diligit vnum plus altero. ¶ Preterea qua rōne diligit vnū plus altero: eadem rōne diligit aliquē q̄nq̄ plus q̄nq̄ min⁹: qꝛ sicut vna res est melior altera: ita idē ſm diuersa tēpora ē melius seipo: sʒ deus nō diligit aliquē q̄nq̄ plusq̄nq̄ minus: qꝛ sic amor suus esset mutabilis. qđ ē impossibile. ergo non diligit vnū plus alrero ¶ Sed contra. Prouerbio. 16. Uniuersa ꝓpter seipʒ opatus est dñs. Et sil'r etiā dicit φ oīa fecit ꝓpter hoīem: sʒ illđ ꝓpter qđ aliquid fit plus diligitur: ergo de⁹ magis diligit se q̄ alia et iter alia magis amat vnū q̄ aliud. ¶ Preterea charitas ē boni inquantum bonū: ergo magis bonum magis amat. ¶ Preterea ordo charitatis est de perfectione ipsius: sed charitas dei ꝑfectissima est: ergo ſm ordinem diligit vnum plus alio.

Respōdeo dicendū φ amor dupliciter mensuratur. Uno modo ex suo principio: et sic dicit magis amari illud ad qđ amandū efficacius voluntas inclinat. et sic deus equaliter oīa diligit: qꝛ in dilectione sua respectu cuiuslibet rei habet infinitā efficatiam in diligendo. Alio mō ex parte obiecti: ſm qđ dicit aliq̄s magis diligere illud cui vult maius bonum: et sic deus dicit magis diligere vnū q̄ aliđ: inquantum vult ei maius bonuʒ et ex hoc etiam habet maioreʒ effectum in illo: quia voluntas eius est causa rerum. Amoris mēsura ōndit

Ad primū ergo dicendum φ eq̄liter est ei cura de omnibus ex parte sollicitudinis ipsius: sed non ex parte eorum que eis pro-

uidentur. ¶ Ad secundũ dicen- dum ꝙ dilectio nõ tñ importat id quod est ex parte dei: sed etiã id quod est ex parte creature cu iusmodi bonum prout est a deo volitum in dilectione dei inclu- ditur. Et ideo qꝛ creature nõ se habẽt equaliter ad deũ: nec pñt equaliter bonitatem eius parti cipare. ideo nõ equaliter oia di- ligit. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ co gnitio est ſm motũ rei ad animã amor autem ſm motum anime ad res: et ideo cognitio mensu- ratur tantum ex parte cognoscẽ tis: sed amor est ex parte vtrius- ꝗ. non enim dicitur magis co- gnoscere: quia maiorem rem in esse alicui cognoscit: sicut dicit magis diligere. cui maius bonũ inesse vult. vnde non est simile de dilectione et cognitione. ¶ Ad quartum dõm ꝙ nõ dr magis di ligere quia intensius diligit: sed qꝛ maius bonum vult. ¶ Ad qn tum dicendũ ꝙ quãtũ ad affectũ dilectionis semper eundẽ equa liter diligit: quia semper vult ei idẽ bonũ finaliter. Quis non ve lit ꝙ semp habeat equale bonũ vel idem: et ideo ſm effectuꝫ nõ est equalis.

¶ Utrũ deꝰ plus diligat iustum pſcitũ ꝙ̃ pctõrẽ predestinatum.



Ad quin sic pcedit. vide- tur quod diligat plus iustũ pſcitũ ꝙ̃ pctõrẽ pdesti- natũ. Pꝛouer. iz. Ego diligẽtes me diligo. sꝫ iste pctõr pdestinatꝰ nõ amat deum quẽ amat iustꝰ pſcitus. ergo plꝰ diligit iustũ prescitũ ꝙ̃ pctõrem predestinatum. ¶ Preterea ma gis bonum deus magis diligit: sed iste iustus est magis bonus quã ille peccator. ergo magis a deo diligitur. ¶ Pretea in lra di citur ꝙ magis diligit mẽbra vni geniti sui ꝙ̃ alios. sed peccator pdestinatꝰ nõ ẽ mẽbrũ xpi: ergo minꝰ a deo diligit ꝙ̃ iustꝰ pſcitꝰ qui est mẽbrũ xpi. ¶ Sed contra dilectio cã est electionis. sꝫ pec- catorem predestinatum deꝰ ele- git. ergo magis diligit eũ quam iustũ prescitũ quem non elegit. ¶ Preterea illum magis diligit cui maius bonum vult. sed pec- catori predestinato vult maius bonum. quia vitam eternã: ergo magis eum diligit.

¶ Utrum deus plus diligat pe nitẽtẽ ꝙ̃ innocentem.

Ulterius videt ꝙ ma- gis diligat penitentem quã innocẽtẽ qꝛ gau diũ ex amore cõsequit. sed plus gaudet de penitẽte. vt ptꝫ Luce 15. ergo plus eũ amat. ¶ Preterea vbi hõ magis opat magꝭ diligit ppter qđ vt phus dicit matres plus diligũt filios ꝙ̃ patres: sed deꝰ plus opat ad salutẽ peniten tis ꝙ̃ innocẽtis. ergo plus eũ amat. ¶ Pretea affectꝰ amoris ex effe- ctu pensat. sed maior amoris ef fectꝰ videt reuocare inimicũ ad amicitiam ꝙ̃ amicũ in amicitia ꝯseruare: ergo plus diligit peni tẽtẽ ꝙ̃ innocẽtẽ. ¶ Sed ꝯtra. qđ est diuturnius est magis eligen dum et diligendũ. sed bonũ in- nocentie est diuturniꝰ: ergo ma gis diligitur a deo. ¶ Preterea supra dictum est ꝙ resurgẽs nũ- quam redit ad tantam dignita- tem quãuis redire possit ad tã- tam charitatẽ: ergo deꝰ plus di- ligit innocẽtẽ ꝙ̃ penitentem. 1a quẽ stiũcu la.

¶ Utr͂ deus magis diligat hominem ꝙ̄ angelum.

2ª questiuncula.

Alterius videt̃ ꝙ diligat pl⁹ hoiē3 ꝙ̄ angelū: qꝛ nuncꝙ̄ angelos appꝛhēdit: s3 semē abrahe apprehēdit Hebꝛe. i. ⁊ sic plus fecit pro holb⁹ ꝙ̄ ꝓ angelis: ergo magis diligit eos. ¶ Preterea hoies plib⁹ modis sunt mēbꝛa xp̄i ꝙ̄ āgeli s. ꝙ̄tū ad ꝯformitatē nāe: s3 mēbꝛa chꝛisti magis diligit vt l lra dicit̃: ergo hoies plus diligit ꝙ̄ anlos. ¶ Preterea hoies supꝛa angelos collocauit sc3 xp̄m ⁊ beatā v̄ginē. ergo plus hoies angelis diligit. ¶ S3 contra dilectio cātur ex cōueniētia amati cum amato: sed angeli sunt simillio res deo: vt dicit Gre. ergo angelos plus diligit. ¶ Preterea angelis in pꝛincipio vel quasi gloriam cōtulit: nō aūt holb⁹. ergo angelos magis hominib⁹ diligit

¶ Utrū deus magis diligat humanū genus ꝙ̄ chꝛistum.

3ª questiuncula.

Alterius vr̃ ꝙ magis diligat hūanū gen⁹ ꝙ̄ chꝛistū: qꝛ ipsum pro redēptione humani gnis dedit: vt pz Jo. 3. ¶ Preterea bonū cōe ē diuin⁹ ꝙ̄ bonū vni⁹: sed bonum hūani generis est bonū cōe. bonū aūt xp̄i est bonū vnius singularis persone: ergo plus diligit humanum genus ꝙ̄ chꝛistum. ¶ S3 ꝓ xp̄m totū gen⁹ hūanū fit deo acceptū: ergo xp̄3 magis diligit. ¶ Preterea dat⁹ est ei spūs nō ad mēsurā: ergo pl⁹ eum diligit.

Respōdeo dōm ad p̄mā qōnē ꝙ de⁹ simplr̃ loqnēdo mai⁹ bonū vult pctōꝛi p̄destiato ꝙ̄ iusto p̄scito. s3 vt nūc vult iusto p̄scito. Hec autē determinatio vt nūc nō cadit ex pte dilectiōis. s3 magis ex pte obiecti: qꝛ dilectio dei nō variat̃ ꝑ tēpoꝛa ab eterno ei isti p̄destinato voluit maius bonū. vn̄ simplr̃ cōcedēdum est ꝙ magis diligit p̄destinatū ꝙ̄ p̄scitū. ¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. qꝛ ꝓcedunt vt nunc.

Rn̄sio ad p̄mā q̄stiūculam.

Ad secūdā qōnē dōm ꝙ ꝙ̄tū ad bonū p̄miū essentialis equalr̃ diligit penitētē ⁊ inocētē si equalē habeāt charitatē: vel illū magis q̄ maioꝛē charitatē h3: s3 ꝙ̄tum ad p̄miū accidētale plus diligit inocētē ꝓp dignitatē inocētie: ad quā nō pt ꝑuenire penitēs.

Ad pꝛimū igit̃ dōm ꝙ ꝙ̄uis penitēs resurgat in equali charitate et ita bonū qd sibi vult de⁹ sit eq̄le ꝯsideratū in se: est tn̄ mai⁹ in cōpatione ad ip̄m culpat̃: Sicut quāto aliqs est magis indigens magis sibi ipensum reputat̃ bn̄ficiū. ⁊ ꝓpter hoc dr̃ de⁹ ⁊ angeli plus gaudere de cōuersione ei⁹. sicut hō plus gaudet de modico signo sanitatis alicui⁹ infirmantis ꝙ̄ de integra sanitate dū eā hēbat. ¶ Uel dō3 ꝙ hoc dicit̃ ex hoc ꝙ vr̃ ex hoc ꝙ penitens frequēter magis humilis ⁊ feruēs ⁊ caut⁹ resurgit. ¶ Ad scd̄3 dō3 ꝙ deus nō magis opat̃ i eo cui de nouo infundit gratiā ꝙ̄ in eo in quo eā cōtinuat: sicut nec sol illuminās aerē tenebꝛosum pl⁹ quam continuans lumen: nihil enim potest subsistere nisi dei operatio continuetur in ipso.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ ꝙ̄uis sit maius respectu illius qui liberatur: non tamen est maius simpliciter.

Ad tertiā qōnē dōm ꝙ ꝗtū ad bonū nature plus diligit de⁹ angelū ꝗꝫ hominē. ſꝫ ꝗtū ad bonuꝫ glorie ſe habent vt excedentia et excessa: quia quoſdam hoīes plus: et quoſdam angelos pl⁹: et quoſdam equaliter: qꝛ hoīes erunt equales angelis: ⁊ quidē etiam ſuperiores angelis ⁊ vnicuiqꝫ prouidit ſm exigentiam nature et ſtat⁹ ſui. ¶ Et ꝑ hoc patet rñſio ad obiecta. Nō eñ plus diligit pater filiū infirmū ꝗꝫ ſanum. qꝛ et impendit remedia que non impendit ſano.

Rñſio ad 2ᵃᵐ qſtiunculaꝫ.

Ad quartā qōnē dōm ꝙ xp̄ꝫ diligit nō ſolū plus ꝗꝫ hoīes: ſed ēt plus ꝗꝫ totā creaturā nō ſolum ꝗtū ad diuinā nām: ſꝫ etiā ꝗtū ad humanā. inꝗtū eam predeſtinauit ad mai⁹ bonū. ſ. ad vnionem diuine perſone.

Rñſio ad 3ᵃᵐ qſtiūculam

Ad primū ergo dōꝫ ꝙ in hoc etiā ꝙ xp̄s pro hoīb⁹ fuit dat⁹ maximū bonuꝫ ipſi xp̄o fuit ſm ꝙ in hoc virtus ſua manifeſtata fuit ⁊ cā fuit ſalutis humane: qđ eſt ſibi valde honorificū. ¶ Ad 2ᵐ dōm ꝙ quāuis ſit ſingularis ꝑſona xp̄i: tñ eſt cā vlis ſalutis humani generis: et cauſa preſtātior eſt cauſato.

¶ Expoſitio textus.



Remiſſis adijciendum) Uidetur quod hoc in primo libro determinare debuerit. Et dicēdum quod etiam in primo libro poni cōuenienter potuit inquātum diuina dilectio eſt diuina eſſentia et hic poni congruēter poteſt: inquantum eſt exemplar noſtre dilectionis. (Dilectio dei vſa eſt.) Eſt enim eſſentia et dilectio in deo idem re. ſed differt ratione tantum.: vt in primo libro dictum eſt.

¶ De quatuor virtutibus principalibus.

¶ Diſtinctio. xxxiij.



Oſt ꝑdicta de quatuor virtutib⁹ ꝙ principales vel cardinales vocant̄ differenduꝫ eſt: que ſunt iuſtitia: fortitudo: prudētia: ⁊ temperantia. De quibus Aug. ait. Juſtitia eſt in ſubueniendo miſeris: prudentia in precauendis inſidijs: fortitudo in ꝑferendis moleſtijs: tēperātia in cohercēdis delectationibus prauis. De his dicitur in libro ſapientie. Sobrietatem et prudentiam docet iuſtitiam et veritateꝫ. Sobrietatem vocat temperantiam: et veritatem vocat fortitudinem. He virtutes cardinales vocantur: vt ait Hierony. ꝙbus in hac mortalitate bene viuitur: et poſt ad eternam vitam peruenitur. Que in chriſto pleniſſime fuerūt ⁊ ſunt. De cui⁹ plenitudine nos accepimus. In quo habuerūt vſus eoſdem quos in patria

habēt: et quosdā ēt vic. verū tñ an he ꝟtutes cū ipē i aio esse incipiāt: q̄ cum sine illis pri⁹ eēt: tamē anim⁹ erat: de sināt eē cū ad eterna ꝑduxerint: nōnulla qō est. Quibusdā visum ē esse desituras: et de tribus q̄dē: prudētia scꝫ fortitudine et tēperātia cum hoc dō: non nihil videt dici. Iustitia eñ imortalis est: et magis ꝑficiet in nobis quā esse cessabit. Cū beate viuemus nature cōtēplatiōe diuine q̄ creauit oēs ceterasqꝫ instituit naturas q̄ nihil meli⁹ et amabili⁹ ē. Cui regēti eē subditū iustitie est. Et iō imortalis est omnino iustitia. nec in illa btitudie eē desinet: sꝫ talis ac tanta erit vt ꝑfectior ac maior eē nō possit. Fortassis et alie tres virtutes prudētia sine vllo iā ꝑiculo erroris. fortitudo sine molestia tolerādorū malorū: tēperantia sine repugnātia libidinū: erūt i illa felicitate vt prudētie ibi sit nullum bonū preponere deo vl' equare: fortitudinis ei firmissime cohercere: temperantie nullo defectu noxio delectari. Qō vero nūc ait iustitia in subueniendo miseris: qꝫ prudētia in ꝑcauēdis insidijs: qꝫ fortitudo in perferendis molestijs: qꝫ tēperantia in cohercēdis delectationibus prauis nō erit ibi omnino vbi nihil mali erit. Ista igitur virtutū opa huic mortali vite necessaria sicut fides ad quam referenda sunt in futuro habebuntur. Ecce aperte dicit Augu. qꝫ predicte virtutes in futuro erunt: sed alios vsus tunc habebūt qꝫ modo. Cui Beda consentit super Exodū ita dicens. Colūne ast quas apphēsum est velū ꝑtātes celi sūt q̄tuor eximijs ꝟtutib⁹ ꝑclare. i. fortitudine: prudētia: tēperantia: iustitia: q̄ aliter i celis seruant ab angelis et aiab⁹ sanctis qꝫ hic a fidelibus. Et cōsequēter assignat Beda vs⁹ illarū ꝟtutū ſm p̄ntē et futurū statū imitans Aug. in premissis assignatiōibus.

Nota ſba.

¶ Diuisio textus.

Postqꝫ determinauit magister de virtutibus theologicꝭ hic determinat de virtutib⁹ cardinalibus. Et diuidit in partes duas: In ꝑma determinat de ipsis cardinalibus virtutibuꝫ ſm se. In scda ondit in qb⁹ eē habeāt ibi. (Que in xp̄o plenissime.) Prima diuidit in tres. In prima enumerat eas. In scda ondit actus earū ibi. (De quib⁹ Augu.) In tertia ondit qualr cardinales dicantur ibi. (Hec virtutes cardinales.) (Que in christo ꝛc.)

Hic ostendit in quibus sunt virtutes cardiales. Et diuiditur in duas partes. Primo ostendit q sunt et fuerūt i xpo. Scdo inqrit vtrū future sint i patria ibi. (Verūtamen an hę virtutes etc.) Et circa hoc duo fac. Primo mouet questionē. Scdo determinat eaz ibi. (Augustin9 aūt. 14. li. de tri.) ¶ Hic est triplex questio. Prima de virtutib9 moralib9 in cōi. Secunda de virtutibus cardinalibus. Tertia de partibus earum.

¶ Questio. I.



Circa primum q̄runt q̄ttuor. Primo de distinctione moraliū virtutuz ab inuicē. Qualiter em̄ ab intellectualib9. et theologicis distinguātur supra. 23. di. dictum est. Scdo q̄rit de cā efficiēte earum: vtrum sint. s. a natura vel per infusionem: vel per acquisitionez. Tertio de medio quod in eis requiritur. Quarto vtrū in patria euacuentur.

¶ Utrum omnes virtutes morales sint vna virtus.



Ad primuz sic procedit. videtur q oēs virtutes morales sint vna virt9. Augu. enim dicit in li. de moribus ecclesie. Nihil virtutez esse affirmauerim nisi summū amorē dei. sed amor dei q̄ est charitas est vna virtus vt ex dictis ptz: ergo omnes virtutes sunt tantum vna virtus. ¶ Pretea vbi est vnū formale nō potest eē diuersitas nisi materialis. sed oēs virtutes morales cōueniūt in vno formali: q2 completiuā rationē virtutz hūt ƀm q̄ intellectū et rōnē accipiunt: vt in. 6. Ethi. dr. ergo non differūt nisi mālr: et nō differūt ƀz speciē. ¶ Preterea potētie apprehēsiue magis diuersificantur vel nō min9 q̄ appetitiue: ergo et habit9 silr: cū potētijs pportionentur: sed vnus habitus cognoscitiuus est oim que ad virtutes morales ptinēt, sicut ptz de sciētia morali: et de ipsa prudētia q̄ est recta ratio oim agibiliū vt dr in. 6. Ethi. ergo et virtutes morales nō debēt eē distincte ƀm speciem. Sed cōtra. per se accidētia ƀm speciē distinguuntur ex sola differētia subiectoz que in eorū diffinitionibus ponūtur. sz virtutes morales sunt etiā i diuersis subiectis: cū quedā sint in rationali: quedam in concupiscibili: quedam in irascibili: et semper in eisdem: quia temperantia nūq̄ est in irascibili et ceteris: ergo videtur q virtutes morales specie distinguantur. ¶ Preterea plures forme vnius speciei non possunt esse in eodem subiecto: sed plures virtutes morales possūt esse in eodem etiam ƀm partem eandem anime: sicut fortitudo et mansuetudo sunt simul in irascibili: ergo differunt specie.

¶ Utrum alie virtutes morales a prudentia distinguantur. 2a questiuncula.

Alterius vr q alie virtutes morales a prudētia nō distinguātur. eorū em̄ q̄ ex opposito diuidunt vnū nō ponit i diffōne alteri9. sz prudētia est recta rō q̄ ponit in diffōne moraliū ꝟtutū vt pz i. 2. Ethi. ḡ morales ꝟtutes a prudētia nō distinguūtur. ¶ Preterea ad ꝟtutis actū nō exigit nisi cognitio et opatio: sz totū hoc pru-

actiua fac: qr prudēs ñ solū cognitiuus: sȝ etiā actiuus est vt in .6. ⁊ .7. Ethi. dicit: ergo idē qđ pri⁹

¶ Preterea sicut prudētia est recta ratio agibilium: ita ars est recta ratio factibiliū: vt ptz .6. ethi. sed in factibilibus nō distinguūtur aliqui habit⁹ exequentes ab artibus q̄ sunt habit⁹ dirigētes: ergo nec in agibilibus morales virtutes q̄ sunt exequentes sunt distinguēde a prudētia dirigēte.

¶ Sed cōtra. virtutes morales ab intellectualibus distinguūtur vt supra dictum est. sed prudētia est intellectualis virtus vt in .6. Ethi. patet: ergo a virtutib⁹ moralibus distinguit. ¶ Preterea habitus distinguūtur per actus. sȝ Aug. assignat alium actū prudētie: et aliis virtutibus moralib⁹ vt patet i littera. ergo distinguūtur ab inuicem.

¶ Utrū alie virtutes morales a tribus distinguantur quas magister in littera ponit: et an differant ab inuicem.

Scđa q̄stiuncula.

Alterius videt q̄ nec ab aliis trib⁹ virtutib⁹ in littera positis reliq̄ morales virtutes distinguantur pars em̄ nō diuidit contra totuȝ sed harꝫ alie oēs partes esse dicuntur a Tullio: ergo ab eis nō distinguūtur. ¶ Preterea ꝓprietates rerum spiritualiū ex earūȝ nominib⁹ inuestigātur: vt ptz ꝑ Dionysiū: sed nomen tēperantie temperiē et modū quēdā importat: silr autem nomen fortitudis indeficientiā respectu difficiliū. nomen autem iustitie eq̄litatem vel rectitudinē. vnde iustuȝ eq̄le dicim⁹ et q̄si regulatuȝ: vnde ex .5. Ethi. ptz. cū ergo hec requirātur in q̄libet virtute morali: vr q̄ alie virtutes morales ab istis nō distinguūtur: nec ipse abinuiceȝ.

¶ Preterea oē pctm̄ nō expellit nisi per omnē virtutē: sed ꝑ iustitiaȝ expellit oē pctm̄. vt ptȝ in iustificatione ipĳ: ergo ad min⁹ ab ipsa alie ꝟtutes morales nō distinguūtur. ¶ Sed contra. nihil est ꝑncipale respectu suĳpsi⁹ sed he ꝟtutes dicūtur cardinales vel principales respectu aliarū: ergo ab eis distinguūtur. ¶ Preterea habit⁹ distinguūtur ꝑ act⁹ et obiecta. sed istis virtutibus assignātur diuerse materie speciales: vt īfra patebit: ergo sunt speciales virtutes ab aliis ⁊ a se inuicem distincte.

Respondeo dicendum: ad primam questionē q̄ cum vnūq̄dq̄ q̄ qđ est ad finē determinet s̄m exigentiā finis: potētie et habit⁹ qui ordinantur ad actus sicut ad vltimā ꝑfectionē: oȝ s̄m actus diuersos distinguantur: sicut etiā potētie materie distinguuntur per relationē ad diuersas formas. Non autē quelibet diuersitas actuuȝ facit differentiā potentiarꝫ ⁊ habituum: sed illa tm̄ que ex diuersitate obiectorꝫ: a quib⁹ act⁹ specificātur sicut motus a terminis solum autē illa differētia terminorꝫ facit diuersam speciē mot⁹: q̄ attēdit s̄m illā rationē: s̄ȝ quā terminat motum. vnde q̄ descēsus terminet ad aquā vel ad terrā nō facit diuersaȝ speciē mot⁹ localis: qr mot⁹ localis non erat ad terrā vel aquā inquātū hmōi sȝ inquantū deorsum sunt. Gnatiōes aūt differūt s̄m speciē que terminātur ad formas aq̄ et terre. ⁊ silr obiecta diuersa ñ diuersificāt actus s̄m speciē: nisi sit di

uersitas secundum illam rationem: secundum quam est obiectum. Uidere enim album et nigrum non sunt diuersi actus secundum speciem: quia utrumque est obiectum visus secundum unam rationem: inquantum scilicet sunt colorata visibilia actu per lucem. et inde contingit quod quanto aliqui habitus vel potentie sunt immaterialiores: tanto sunt uniores et minus distinguuntur: quia attendunt uniorem rationem obiecti: sicut quinque sensibus proprijs correspondet unus sensus communis et una imaginatio. Sciendum

Resolutio physicalis.

tamen quod cum plures habitus quicumque sint in una potentia aliqua diuersitas sufficit ad distinguendum habitus que non sufficit ad distinguendum potentiam quia potentia alio modo comparatur ad actum quam habitus. unde et secundum alteram rationem obiectum utrique respondet. Potentia enim est principium agendi absolute: sed habitus est principium agendi prompte et faciliter. et ideo obiectum secundum illam rationem qua se habet ad actum simpliciter respondet potentie: sed secundum quod se habet ad facilitatem actus respondet habitui. Et ideo diuersitas materie vel obiecti in ordine ad ea que faciunt facilitatem in actu facit diuersitatem habitus et non potentie. Et inde est quod in speculatiuis diuersitas materie secundum quod est determinabilis per diuersa media et principia: ex quibus est facilitas considerationis. facit diuersas scientias: sicut naturalis que est ex effectibus et his que apparent in sensu demonstrat: a matematica differt que circa suam materiam ex eisdem principijs et medijs procedere non potest sicut autem in speculatiuis est principium demonstrationis et medium: ita fines sunt in operatiuis vt dicitur in. 7. Ethi. Et eorum enim intentione procedimus in ea que sunt ad finem sicut ex dignitatibus in conclusiones. et ideo secundum relationem ad finem omnes morales habitus distinguuntur ex quo prius sumpta est differentia boni et mali: quia bonum importat finem. vt dicitur in 10. Metha. malum autem deordinationem a fine: et secundum hoc virtutes a vitijs distinguuntur: et in virtutibus vbi inueniuntur diuersa ratio boni sunt diuerse virtutes secundum speciem. Bonum autem ad quod humane virtutes prime ordinantur est bonum rationis: contra quam esse est malum hominis: vt dicit Diony. in li. de di. no. et quia non in omnibus materijs moralibus eodem modo inuenitur rationis bonum vt patet. ideo oportet diuersas virtutes morales esse specie differentes.

Ad primum igitur dicendum: quod sicut supra dictum est: duplex est amor. vnus naturalis. et hic inuenitur in omnibus virtutibus. vnde talis amor non appropriatur charitati: sed est communis omnibus virtutibus. et si de hoc amore loquitur Aug. patet quod non probatur quod sit tamen vna virtus. Alius autem est amor animalis: qui secundum quod est in superiori appetitu et gratuitus ad virtutem charitatis pertinet. et hic quidem amor inuenitur in omnibus virtutibus non quasi idem per essentiam eis: sed inquantum participatur ab ipsis prout sunt a charitate imperate. ¶ Ad secundum dicendum: quod id quod est rationis et intellectus non eodem modo participatur in materijs omnium moralium virtutum: cum in diuersis materijs diuersimode medium rationis recte inueniatur. et ideo talis materie diuersitas diuersitatem forme et speciei causat: sicut etiam accidit in naturalibus: quasi diuerse materie non sunt proportionate ad recipiendum formam vnius rationis. ¶ Ad tertium dicendum: quod in omnibus

Amor duplex distinguitur

moralibus inuenit vna ratio veri: qđ est verū cōtingēs in homis actiōe cōsistens. & ideo ad vnum actum cognoscitiuū pertinent. Inuenit eñi in eis rō boni diuersa s3 q in diuersis diuersimode ordo rōnis ɔstituit. & ideo ex pte appetitiue op3 q sint diuersi habitus: qui dicūtur virtutes morales.

Rñsio ad primā q̄stiunculam

Ad secundā questionē dicēdū: q sicut speculatiua ratio dr esse recta sm q se cōformiter ad prima pncipia habet: ita etiā rō practica dr recta rō sm q se habet cōformiter ad rectos fines. Inclinatio aūt ad finē ad appetitū pertinet. et iō in .6. Ethi. dicitur q veritas & rectitudo rationis practice est sm q se h3 cōformiter ad appetitū rectū. appetitus aūt respectu alicuius est rectus naturaliter sicut respectu finis vltimi prout quilibet naturaliter: vult esse felix. sed respectu aliorum rectitudo appetitus ex ratione causat sm q appetitus aliqualr rōne participat: vt in .2. Ethi. dr: et qr prudētia facit rōnē rectā. ideo pter prudētiā requirunt alie virtutes morales q̄ faciunt appetitum rectū in his in quibus naturalr rectus non est: et quia bonū rationis nō eodem modo inuenit in ipsa ratione et in his que rectitudinē rationis participatiue habēt. iō sm ea q̄ prius dicta sunt morales vtutes sunt alij habitus sm speciem q̄ prudentia.

Ad primū igit dicendū: q quando aliqua cōdiuidūtur equalr recipiētia cōis pdicationē tūc vnū nō ponit in diffinitiōe alterius: s3 qñ cōe pdicat de eis per prius & posterius: tūc primū ponit in diffinitione aliarū: sicut substantia i diffōne accidētiū: & pp hoc prudentia ponit in diffinitiōe aliarū virtutū: in qua per prius bonū rōnis: et p cōsequēs rō vtutis inuenitur: q: prius est qđ est p essentiam q̄ qđ est p participationē. ¶ Ad scđm dīm: q prudens est actiuus adinueniēdo ea que ad finē rectū perducūt: sed pter hoc op3 esse virtutes morales que faciant rectā intentionē et inclinationē in finem: que etiā exigitur ad hoc q hō sit actiuꝰ. ¶ Ad tertium dīm: q bonū artis cōsistit in re exteriori que per actū artis ad pfectū pducit: s3 bonū moris cōsistit in ipso operāte. & iō in artificialibus: dūmodo aliqs opus bonū pficiat: nō differt quantū ad rationem artis qualiter cūqs operans se sm volūtatē ad operandū habeat siue sit firmus in pposito vel delectabiliter operetur aut nō. Refert autē quantū ad pfectionem virtutis moralis. Et ideo oportet esse in moralibꝰ habitus facientes appetitum rectum. nō aūt in artificialibus.

Rñsio ad 2am q̄stiunculam.

Ad tertiā qōnē dō3: q sic̄ dictū est habitus virtutū moraliū ex bono rōnis diuersificant: qđ qdem in ipso ratiōis iudicio essentialr cōsistit qđ ad prudētiā pertinet in his vero q̄ per rōnē disponuntur pticipatiue: qđ ad morales virtutes spectat. Moralē autē materiā idest actusq3 passiones humanas ratio quantū ad tria ordinat siue disponit: primo ordināndo ipsas passiōes per actiones sm se prout eas ad medium reducit sm quādam cōmēsuratiō

tionē: et sic dr̄ modū in eis ponere: qr modus mēsurationē importat. Scdo ordinādo subiectū ad ipsas actiones et passiōes: ꝓmo mō ordiatas: vt. s. hō firmiter inhereat his q̄ ratio ordiauit. Tertio. i. ordie ad aliqd extra ad idqd oportz actus nostros ꝓportionari siue sit finis: siue alius hō: siue q̄cqd extrinsecū: et ſm hoc causaẗ rectitudo vel eq̄litas in virtute. hec igiẗ tria. s. modus et firmitas et rectitudo in oībus virtutibus moralibus inueniūtur: sed in quibusdā materijs virtutum bonū rationis attēdiẗ precipue ſm vnum istoꝝ. In quibusdā vero ſm aliud ſm ꝙ nālis potētia quā perficit habitus virtutis magis deficit in hoc vel in illo. Vñ tota intentio rōnis et virtutis ad hoc fertur vbi natura deficit: sicut ptz ꝙ delectatiōes corporales sunt nobis cōnaturales. Et ideo in his difficillimū est modū tenere. et propter hoc virtus q̄ est circa eas. scilicet tēperantia precipue modū sibi ascribit. vñ et nomē accepit. et siliṫ naturaliter hō mortē fugit. Unde et difficillimū est in periculis mortis firmiter persistere. Et ideo fortitudo q̄ circa hmōi est: firmitatem sibi ascribit. et inde nominatur. Et similiter rectitudo precipue in communicationibus ad alterum queritur. Et ideo iustitia que circa has est a rectitudine nomē habet. et sic est etiam in alijs virtutibus moralibus: quia ſm speciem distinguuntur: ꝑut bonum rationis quantū ad aliquid predictorum diuersimode in eis inuenitur ſm conditionez sue materie.

Notu la moralis.

Ad primum igiẗ dicendū ꝙ alie virtutes non dicūtur partes subiectiue harꝫ vł īcegrales qđ non impedit earū distinctionem ab istis: qđ infra melius patebit. ¶ Ad scđm dicendū: ꝙ iste virtutes denominantur ab hoc qđ est principale in eis. aliqd autem est principale in vno qđ non est principale in altero: vt ex dictis patet. et ideo nihil prohibet eas esse distinctas. Tamen aduertendum ꝙ sancti et phī inueniūtur dupliciter loqui de istis virtutib⁹. quandoqꝫ ſm ꝙ sunt speciales virtutes habentes determinatam materiam: sicut ꝙ temperantie attribuūt delectationes venereas cohibere. quādoqꝫ autem ſm ꝙ habent quādam generalitatez prout illud a quo nomē accipiunt: et in quo perfectio earum principaliter cōsistit: ad alias materias et virtutes transfertur: sicut cum fortitudini attribuunt fortiter persistere: non solum in periculis mortis: sed etiam in quibuscūqꝫ periculis: sed primuꝫ dicitur proprie: ſm autem appropriate vel per reductionem. ¶ Ad tertium dicēdum: ꝙ iustitia quedam est generalis. quedam autē specialis. Specialis quidem est ſꝫ ꝙ habet materiam determinatam communicatiōis que ad alterum sunt ſm rationem debiti et sic ponitur hic vna de quattuor cardinalibus virtutibus. Alio modo diciẗ generalis et hoc dupliciter. Uno modo ſꝫ ꝙ est quedam habitudo recta ipsius anime ꝑut homo debito modo ordinatur et in seipso et ad alia: et

Notu la pulchra.

sic dr iustificari impius. Alio mo͂ ꝑut est idē qđ ois virtꝰ rōne differēs ꝑut actū ꝟtutis q̄s ordinat ad bonū cōe ꝭm imperium legis qđ cōtingit in actibus oīm virtutum: vt phs dicit. 5. Ethi. & hoc infra melius patebit.

¶ Utrum virtutes morales insint a natura.



D scđm sic ꝓcedit. videt ꝙ virtutes morales insint nobis a natura. Dam. eñ dicit .i. 3. li. Naturales sunt virtutes. & naturalr et equaliter insunt oībus hoc idez etiā dicit Anthoniꝰ in exortatione ad monachos. ¶ Pretea. ꝭm phm in. 2. phycor. Que ex ꝓncipijs naturalibꝰ causant a natura sunt: sz rō est de ꝓncipijs nālibꝰ hois: cū ergo ꝟtutes ex rōne ꝓcedāt vꝫ ꝙ sint nāles. ¶ Pretea hō est pfectior inter oīa aīalia: sed alijs aīalibꝰ a natura inest dispositio ad agēdū ea q̄ cōpetūt sicut irūdini ad faciendū nidū cū ergo virtutes nihil aliud sint ꝗ̄ inclinatiōes ad opa cōuenientia hoīe videt ꝙ virtutes naturales sint homini indite. ¶ Sed cōtra. ꝭm Dio. 4. ca. de di. no. Bona naturalia nō amittunt ꝑ pctm̄: sz ꝟtutes amittunt: ergo nō sunt naturales. ¶ Preterea. ea q̄ sunt a nā nō assuefacimꝰ: sz in opibꝰ virtutū plurimū valet assuefactio ergo virtutes non sunt a natura.

¶ Utrum virtutes morales possint acquiri actibus.

Ulterius videt ꝙ non possint acq̄ri ex actibus. cō tinētia eñ ꝭm phz in. 7. Ethi. est aliq̄d minꝰ ꝟtute sz

1ª que stiūcula.

cōtinētiā nō possumꝰ ex actibus nostris acq̄rere. Sap. 8. Scio ꝙ nō possum esse cōtinēs nisi deus det: ergo minus alie virtutes ex actibus acq̄ri possunt. ¶ Pretea. in nulla re ꝑ aliq̄ actionē aliq̄d acq̄rit nisi ꝑ actiōes aliq̄d res illa accipiat. sed operansꝰ inq̄tum operat nihil recipit. imo magis opationez a se emittit: ḡ ex hoc ꝙ opat non acq̄ritꝰ in ipso aliqua virtus. ¶ Preterea. nihil agit vltra suā spēm q2 effectꝰ nō pōt eē nobilior cā: sz opatiōes q̄ sunt añ virtutē nō sunt virtutū: sz potētia rū naturaliū tm̄: cū ergo virtꝰ sit nobilior ꝗ̄ opatio q̄ est ex potentia naturali tmꝰ ꝙ ꝑ hmōi opatiōes virtutes acquiri nō possint. ¶ Pretera. vna opatio nō potest habitū virtutis causare sicut phs dicit in. 1. Ethi. similiter nec plures vt videt: q2 plures opationes non sunt simul & qđ non est non agit: ergo nullo mō ex actibus virtutes acquirunt. ¶ Sed contra. phs in lib. de memoria & reminiscentia cōsuetudo est q̄si natura: ergo a consuetudine efficit aliq̄d hoi cōnaturale & facile: sed nihil aliđ virtus est ꝗ̄ quedā facilitas & inclinatio ꝑ modū nature ad bonū rōnis: vt dicit Tulliꝰ: ergo ex consuetudine acq̄ritur aliqua virtus. ¶ Preterea. malum nō est fortius in agendo ꝗ̄ bonū sed ex malis opibus acquirit aliquis habitꝰ ꝟtuosus: ergo ex bonis opibus acquirit aliquis habitus virtuosus.

¶ Utrum aliquae virtutes morales sint infuse.

Ulterius videt ꝙ non oporteat ponere aliquas ꝟtutes morales infusa ea eñ q̄ ꝑ ꝓncipia naturalia

2ª que stiuncula.

possunt causari opz q diuinitus pter naturalia pncipia causent nisi aliquando miraculose fiat sicut q sanitas restituit quã etiaz natura posset restituere lz nõ statim sz ad virtutes morales possumus puenire p naturalia pncipia vt pbatum est: ergo non indigemus q virtutes nobis infundant. ¶ Preterea. ad actum quãtumcũqz pfectum non requirit nisi q sit actus rectus: et meritorius: sed ad faciendum actuz rectum sufficit virtus acquisita. ad faciẽdum aũt meritoriũ sufficit charitas: ergo non indigemus virtutibus moralibus infusis. ¶ Preterea. virtutes quas deus in nobis sine nobis opat sunt mẽtis qualitates: vt dicit Aug. et nõ i zib9 organis affixis: sz aliq moraliũ virtutũ vt dictũ est: sunt in irascibili et cõcupiscibili q nõ sunt ptes mẽtis cum sint vires organis affixe: ergo virtutes iste ad minus non possunt esse infuse. ¶ Preterea. virtutes morales a consuetudine dicuntur: vt patet. 2. Ethico. sed quod est ex consuetudine nõ est infusum. Ergo virtutes morales non possunt esse infuse. ¶ Sz contra. Sap. 8. Sobrietatem et prudentiam docet iustitiam et virtutem: et tanguntur ibi iste quattuor cardinales virtutes vt in litera magister aicit que sunt virtutes morales: sed sapientia dei non solum docet intellectum instruendo: sed etiam affectum mouẽdo: ergo iste virtutes etiã sunt infuse. ¶ Preterea. in pueris baptizatis et in cõtritis: de peccatis sunt oẽs vtutes: sz nõ possunt eẽ acqsite q2 piũ actũ virtutis nõ pticipãt: vt dr in. 1. Ethi. neqz etiam vnus actus cõtritionis sufficere põt ad acquirẽdum oẽs virtutes: ergo omnes virtutes morales ẽt sunt infuse.

¶ Utrum infuse differant specie ab acquisitis.

Alterius videt q etiã nõ differant specie infuse ab acqsitis. agens eni cũ sit extra rẽ nõ diuersificat spẽm vñ eiusdem spẽi est oculus quẽ de9 ceco nato restituit. et quẽ in aliqua creatura causat. sz virtutes infuse differunt ab acqsitis penes agens pmuz: ergo nõ differunt spẽ. ¶ Preterea. habit9 specificant ex actibus et obiectis. sed idẽ est obiectũ: et idẽ actus, est temperãtie ifuse. et acqsite ergo non differunt spẽ. ¶ Si dicat q actus differũt inqtũ sunt meritorij act9 infusaz non aũt actus acquisitarum. Cõtra. actus virtutis cuiuslibet non est meritorius: nisi inqtum est formatus a charitate: sz formatum et informe virtutibus non facit differentiam speciei: sicut ptz in fide cum sit differentia penes extrinsecum ergo virtutes infuse ab acquisitis non differunt specie. Si dicat q infuse pter deum operantur. non autẽ acquisite. Contra. Deus non est obiectũ cardinalium virtutũ. sed theologicarũ: cũ igit virtutes nõ recipiant spẽm a fine vltimo: sed ab obiecto et actu. videt q adhuc p hoc non differant specie virtutes acquisite: sed infuse. ¶ Sed contra. quelibet pars posita in diffinitione facit differre sm speciem: sed infusio ponitur in diffinitione virtutis ab aug. sm quaz deus in nobis operatur sine nobis: ergo infusa differt spẽ ab acqsita. ¶ Preterea. due forme eiusdẽ spẽi nõ possunt esse in vno sub

3ª questiuncula.

rum dictorum habituum. Hec autem positio tollit naturalem virtutem que inest cuilibet principio naturali ad faciendum sibi simile secundum quod materia in quam agit est receptiua sue similitudinis quod quidem necessarium est ex hoc quod omne quod agit agit ex hoc quod est in actu. vnde oportet quod omne quod est in actu aliquid aliquo modo possit esse actiuum illius. Et ideo omne naturale principium natum est inducere suam similitudinem per actum suum: cum igitur principia scientiarum et virtutum sint naturaliter nobis indita vt dictum est. oportet quod per actiones ex illis principiis prodeuntes virtutum et scientiarum habitus compleantur: et huic quidem attestatur experientia: quia ex consuetudine efficitur aliquid facile: et delectabile quod prius erat difficile: et hoc est signum habitus generati. scilicet delectatio operis.

Veritas naturalis.

Ad primum igitur dicendum quod nullum bonum potest homo habere nisi deus det: sed quedam habentur a deo non cooperantibus nobis: sicut ea que sunt infusa: et quedam nobis cooperantibus sicut acquisita: et quedam cooperante natura sicut naturalia. ¶ Ad 2^m dicendum quod in operibus anime est quidam gradus secundum quod vna potentia alteri subiacet: et in eadem potentia est inueniri superius et inferius secundum quod a diuersa obiecta comparatur. Inferius autem natum est recipere a superiori: et ideo per operationes egredientes a ratione naturali et voluntate: in quibus preexistunt seminaria virtutum acquiritur habitus in irascibili et concupiscibili: et per operationem voluntatis et rationis inquantum sunt finis et principiorum primorum acquiritur in eis quantum ad ea que sunt ad finem et quantum ad conclusiones habitus scientie et virtutis: et sic habitus acquiritur per operationem que ab operante egreditur secundum quam inferior pars a superiori recipit. in superiori autem parte non est habitus nisi vt naturalis vel infusus. ¶ Ad 3^m dicendum quod sicut principia sunt potiora conclusionibus: virtute eas continentia: ita seminaria virtutum que sunt in suprema parte anime sunt digniora virtutibus que sunt in partibus inferioribus et continent eas virtute: et ideo operationes procedentes ex illis principiis sunt similes operibus virtutum et possunt habitum virtutis perficere: sicut ex consideratione principiorum generatur scientia conclusionum. ¶ Ad 4^m dicendum quod sicut multe gutte cauant lapidem inquantum vltima agit in virtute omnium precedentium que tamen habilitabant materiam ad cauationem nihil cauantes: ita vltima operatio agens in virtute omnium precedentium habitum virtutis causat.

Gradus operum anime notatur.

Ad tertiam questionem: dicendum quod sicut dictum est seminaria virtutum que sunt in nobis sunt ordinatio voluntatis et rationis ad bonum nobis connaturale. cum autem sit homo ex diuina liberalitate ordinatus ad quoddam bonum supernaturale. scilicet eternam gloriam ex predictis: virtutum seminariis non possunt virtutes causari fini predicto proportionate. Unde oportet virtutes que vitam nostram ordinant ad finem illum ex eo causari ex quo est nobis inclinatio in finem illum. hoc autem est per dei gratiam vnde oportet nos aliquas virtutes morales infusas habere.

Responsio ad 2^a questiunculam

Ad primum igitur dicendum quod sanitas per miraculum restituta non est ad aliud ordinata quam sanitas que fit ex natura: et ideo illis qui habent sanitatem ex naturalibus principiis non est necessaria sa

nitas q̄ est per miracula: et ideo nō est simile de sanitate; ⁊ virtutib⁹ infusis q̄ ad aliud ordināt q̄ acq̄site: vt dictuȝ est. ¶ Ad scōm dōm q̄ rectitudo actus est ex ꝓportiōe ad finē. ad diuersos aūt fines diuersimode accipit actus ꝓportio. vñ aliq̄s actus est rect⁹ ꝓportionat⁹ bono ciuili qui non est rectus ꝓportionat⁹ glie eterne. vnde oȝ q̄ sint alie ꝟtutes infuse q̄ faciāt actus rectos ex ꝓportiōe ad finē. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ virtutes infuse: ⁊ acq̄site nō sunt in irascibili ⁊ concupiscibili nisi ꝑm q̄ participāt aliq̄liter ratione: ⁊ ex hac pte non hñt dependentiā ab organo corpali: sed continētur sub mēte sicut et sub rōne inquantū ipam participāt. ¶ Ad quartū dōm: q̄ mos ꝑm quē dr moralis virt⁹ importat inclinatione quādam appetitus ad bonū vel malū faciendū: ⁊ q̄ hec inclinatio frequenter est ab assuefactiōe: ideo mos sic dict⁹ a more p̄ut cōsuetudinē iportat descēdit: sed dicta iclinatio non semp est ab assuefactiōe: sȝ q̄ñq̄ a natura: sic dicūtur mores brutorū in .8. de aialib⁹. vel etiaȝ ex dei dono: ⁊ sic ꝟtutes infuse morales dici possunt.

Rñsio ad 3ᵃᵐ q̄stiunculam

Ad quartā questionē dicenduȝ q̄ virtutes acquisite ⁊ infuse differūt specie. s. fortitudo a fortitudine et tēperātia a tēperātia: ⁊ sic de aliis: q̄ vt dictū est fines sunt sicut principia in opatiuis; si aūt esset aliq̄ sciētia q̄ nō posset reduci ad principia nāl'r cognita nō esset eiusdē speciei cū aliis sciētiis nec vniuoce sciētia diceret. Vñ cū fines ꝟtutuȝ infusaȝ nō p̄existāt in seminariis naturaliū ꝟtutū: sȝ naturaȝ hūanā excedāt opȝ q̄ ꝟtutes iste infuse a virtutib⁹ acq̄sitis q̄ ab illis seminariis ꝓcedunt differant specie. Unde ⁊ in alia vita hoieȝ perficiūt acq̄site quidē in vita ciuili: infuse in vita spirituali que est ex gr̄a ꝑm quā homo virtuosus est membrum ecclesie.

Ad primum igit dicenduȝ q̄ effectus ꝓportionatus agēti differt specie ꝑm diuersitatē agētis. Unde aialia gn̄ata ex semie ⁊ ex putrefactiōe nō sunt eiusdeȝ speciei. virtus aūt diuina quāuis possit sup oēs effectus ⁊ in infinitū eos excedat: tamen aliq̄ effect⁹ sunt qui non possunt eē nisi ex virtute diuina ⁊ tales effect⁹ nō sunt ꝓportionati aliis. Unde tales effectus differūt specie ab illis effectibus qui etiā ab aliis causis ꝑduci possunt q̄uis ⁊ diuina virt⁹ illas possit ꝑducere. ¶ Ad scōm dōm: q̄ quāuis sit idē actus virtutis acq̄site ⁊ infuse materialiter: nō tamen est idē actus formalr: q̄ per ꝟtutē acq̄sitā collimitātur circūstantie ꝑm ꝓportionē ad bonū ciuile: sed ꝑ virtutē infusaȝ ꝑm proportionē ad bonuȝ eterne glie. vnde etiā aliq̄ supfluū ꝑm ꝟtutē ciuilē est moderatū ꝑm virtutem infusam: sicut q̄ hō ieiunet ⁊ se volūtarie morti offerat propter defensioneȝ fidei. ¶ Ad 3ᵐ dō: q̄ penes hoc q̄ est eē meritoriū nō differt specie nisi inquātum virtutes acq̄site sunt magis ꝓpinq̄ ad meritū ꝓpter finē ad quē ordinātur. ¶ Ad quartū dicendum: q̄ q̄uis finis vltim⁹ nō faciat idētitatē in specie; facit tamē diuersitatē: sicut gn̄is diuersitas

Nota pulchra.

sitas facit diuersitatē in spē. ¶ Tñ sciēdū q relatio actualis ad remotū finē nō facit pdictā dñiam sz originalis relatio ad ipm: sm l. q ex diuersitate finis fit diuersa proportio in actu z habitu.

¶ Utrum virtutes morales cōsistant in medio.


Ad tertium sic pceditr. vr q virtutes morales nō cōsistāt in medio i nullo eñi idiuisibili est accipere mediū et extrema: sz passiões z opationes: circa q̄s sunt v̄tutes morales sunt indiuisibiles: ergo nō sunt in medio. ¶ Preterea mediū equalr' distat ab extremis: sed quedā virtutes plus appropinquant vni extremo q̄ alteri: sicut fortis plus assimilatur audaci q̄ timido vt dicit phs in. 3. Ethi. ergo virtutes morales nō sunt in medio. ¶ Preterea nō ē idē mediū z extremū: sz v̄tus ē extremū: qr ē vltimū potētie. vt dr in p° celi z mūdi: g nō ē i medio. ¶ Preterea qñcūq3 bonū ꝯsistit in medio malū ꝯsistit i extremo ad min⁹ vno. sicut i castitate q̄ntūcū q̄ hō abstineat a venereis n̄ peccet. silr' z i magnanimitate q̄ ē extremū in magnitudine inq̄tū ad maxima tēdit. silr ēt in v̄itate: qr nō pōt hō nimis veruz dicere. g vr q bonū v̄tutis non ꝯsistat in medio. ¶ Preterea si virt⁹ sit mediū nō ē mediū nisi inter duo vicia: sz aliq virt⁹ ē q nō est inter vicia: sicut iustitia. Qr si plura accipiat peccat: si minus aūt ei debetr nō peccat. g nō ois virtus moralis cōsistit in medio. ¶ Sz ꝯ est q dicit phs in. 2. Ethi. ¶ Preterea sicut se hz ars ad factibilia. ita se habet virtus ad agibilia. sed ars corrumpitr ex superfluo et diminuto. ergo et virtus. ergo est in medio.

¶ Utr̄ iustitia sit mediū rei.

Alterius vr q in iustitia nō sit mediū rei. diffinitio eñi gn̄is dz saluari in qualibet spērū. sz in diffinitione virtutis ponitr q est mediū sm rōnē. ergo in iustitia est mediū rōnis z non mediū rei. 1ª questiuncula.

¶ Preterea propter hoc in alijs virtutibus dr esse mediū rōnis z nō mediū rei. qr diuersimode determinatr mediū sm diuersas cōditiões. sicut aliq̄d ē multum ad comedēdū vni qd est multuz ad comedēdū alteri: sz diuersa cōditio etiā obseruatur in iustitia: qr iustitia distributiua nō equalitr tribuit oib⁹: sz vnicuiq3 sm q dignus est. silr ēt in ꝯmutatiua nō tantū punitr q pcutit priuatum hoiem q̄ntū q pcutit principē: g in iustitia nō ē mediū rei: sicut nec i alijs virtutib⁹. ¶ Preterea in illo accipiendū est mediū virtutis q p virtutē rectificatr z pficitr: sz finis virtutū nō ē rectificatio rei exterioris: sz operātis sm ronē. qr eupraxis. idest bona operatio est finis in oib⁹ virtutibus vt dicit phs in. 6. Ethi. ergo nō est ibi rei mediū. sz rōnis tantum ¶ Sed cōtra mediuz qd accipitr sm pportionē rei ad rem est medium rei: sed medium iustitie accipit sm proportionem rei ad rē vt geometriam in iustitia distributiua: vel arithmetricam in cōmutatiua: vt dicit phs in. 4. eth. ergo est ibi mediū rei. ¶ Preterea iustitia est equalitas quedā: sed equalitas est etiā sm rē medium inter plus et min⁹: g etiam

in iustitia est mediū rei.

¶ Utrum virtutes intellectuales habeant mediū.

2ª questiuncula. Ulterius vr. q in virtutibus intellectualib9 nō sit mediū. mediū enim accipit in passiōib9 sz q mēsurāt ad rōnē sz in virtutib9 itellectualib9 nō ē accipe aliqd supi9 ad qd mēsurent. g in eis nō ē accipe mediū. ¶ Preterea mediū virtutis est iter Zrias passiones: sz i itellectuali bus nō sunt Zrie passiōes: qz rōnes Zriorum in itellectu nō sunt Zrie. g i itellectualib9 virtutib9 nō est accipe mediū. ¶ Preterea vbicūqz est accipe mediū ē accipe extrema q corrūpūt mediū: sz in itellectu nō est accipe extrema corrūpentia mediū: qz itellect9 nō corrūpit neqz ex magno intelligibili: neqz ex paruo: vt dicitur in tertio de anima. ergo in virtutibus intellectualib9 nō ē mediū ¶ Sz Z in virtutib9 moralib9 nō inuenit mediū nisi fm q participant rationem rectam: sed rō recta per pri9 inuenit in itellectualib9 qz in moralibus. ergo veri9 est mediū in intellectualibus qz in moralibus. ¶ Preterea. ars est intellectualis virtus, vt patet in. 6. Ethi. sed phs in. 2. Ethi. per medium artis probat medium virtutis. ergo virtus intellectualis habet medium.

¶ Utrū virtutes theologice habeant medium.

3ª questiuncula. Ulterius vr q etiam theologice virtutes mediū habeāt: in moralibus enim virtutib9 est mediū fm q eorum actus ex rōne recta pcedunt: sz virtutum theologicarum actus non sunt cōtra rationem. ergo sunt in medio. ¶ Preterea spes est medium inter presumptionē et desperationem: sz spes est virtus theologica. ergo virtutes sunt mediū inter vicia. ¶ Preterea fides vadit media inter duas hereses. s. nestorij et euticis: sed fides ē virtus theologica. g virtutes theologice i medio cōsistūt. ¶ Sz cōtra Ber. dicit q modus charitatis est non habere modū, sz virtutes dicūtur in medio eē inquantū sunt modificate. ergo charitas nō est in medio: et eadē rōne nec alie due. ¶ Preterea vbi nūqz cōtingit equale reddere. ibi nō pōt eē supfluū sed in illis que sunt ad deū non Ztigit equale reddere. vt et phs in. 8. ethi. dicit. ergo nō cōtingit supfluū in virtutibus theologicis q deū habēt p obiecto accipere: et ita non sunt in medio.

Respōdeo ad primam qōnē q omnes virtutes morales in medio cōstitute sunt. virtutes enim morales sūt circa passiones et opatiōes. quas opz dirigere fm regulā rationis in oībus aūt regulatis cōsistit rectum: fm q regule equantur; equalitas autē media est inter maius et min9. et ideo opz q rectum virtutis cōsistat in medio eius quod superabūdat: et ei9 qd deficit a mēsura rōnis recte.

Ad primum g dōm q actiōes et passiōes qzuis sunt idiuisibiles p eēntiā sūt tn p accidēs diuisibiles vel fm intentionē: vel fz tēpus: vel fm locū. vel fm obiecta vel fm aliqd hmōi. et iō etiā fm hoc est in eis mediū accipere.

¶ Ad scdm dōm q mediū accipitur in aliquo dupliciter. Uno

modo ex cōparatione ad extre-
medij duplex acceptio. ma eiusdem rei sicut medium
in circulo: & tale medium opor
tet q eque distet ab extremis.
Alio modo ex cōparatione ad
aliquam regulam extra.: & tunc
nō opz q mediū eque distet ab
extremis: sz q. equet regule: si-
cut ptz q qn secat lignū ad ali-
quā regulā non semp tantū au-
fertur q̄tū dimittit: et tale me
diū est mediū virtutis moralis
que habet rectā rationē pro re-
gula. vnde qnq̄ appropinquat
plus vni extremo quā alteri sz
q cōpetit rōni recte. ¶ Ad ter-
tiū dicendū qd virtus est extre-
mū quo ad contrarietatē boni:
et mali: qr bonū hois in ratiōe
consistit: & ita in medio equalita
tis ad rōnē: sed quātū ad ꝯrieta
tes circa quas est virtus est in
medio sicut dicit phs in. 2. ethi.
¶ Ad quartū dōm q medium
virtutis saluatur sm adequatio
nē omniū circūstātiarū simul ad
rōnē. Contingit autē in aliqbus
virtutibꝰ q adequatis olbꝰ alijs
circūstantijs nō potest accipi ex-
tremū in altero. qr supfluū non
potest accipi in alio nisi ex cōpa-
ratione aliaꝝ circūstantiarū sicut
in veritatis ꝟtute ptz: qr nō pōt
hō nimis verum dicere saluato
q dicat verū qd dz. & qn. & vbi. &
cui. & ceteris. sed superfluum in
hac circūstantia accipitur sm ex
cessum in alijs. qui enim dicit ve
rū quod non opz etiā nimis ve-
rum dicit. & silr etiam in magna-
nimitate est ratione quanti. & si
militer etiaz in castitate. quia
non potest homo nimis abstine
re: dūmō saluentur alie circūstā-
tie. ¶ Ad quintū dōm q virtus
dicitur mediuz dupliciter. Uno
modo rōne materie circa quā ē:
inquantū adequat eam rationi
recte et hoc per se conuenit om
ni virtuti morali: & sic ē mediuz
per participationē extremorum
Alio mō dr mediū rōne habitꝰ.
inquantum scz habitꝰ virtutis ē
mediū inter habitus duaꝝ mali
tiaꝝ. & hoc est mediū per abnega
tionē extremorūz: & hoc accidit
virtuti: nec oportet q sit in olbꝰ
virtutibꝰ: & propter hoc non os
qd iustitie habitus sit mediꝰ in-
ter duas malitias vt in. 5. Ethi.
dicitur. sed qd mediū attingat i
materia sua.

Ad secūda qōnē dōm q in iusti- Rñsio ad 1am ꝗstiūnculam
tia opz esse non solum medium
rōnis: sz etiā rei: cuiꝰ rō ē: qr iu-
stitia ē circa opatiōes & sz ordi-
nē ad alterū. vñ illū ad quē sunt
opatiōes iustitie accipiūt quasi
regulā: & iō sicut passiones circa
quas sūt alie ꝟtutes oz q equē
tur rōni: ita oz q operatiōes cir
ca quas ē iustitia adequent illi
ad quē est iustitia. qd non pōt eē
nisi sm rez tm̄ reddat quantum
ei debetur. & ideo ibi est mediuz
rei. Sed inter aliquos duos pōt
constitui equalitas dupliciter.
vno modo sm quod vtrisq ali-
quid reddendū est. & in hoc ꝯsti-
tuit ei equalitatez iustitia distri
butiua que non dat equale vtri
q sm quantitatem. sed sm pro-
portionez. quia vtriq dat q̄tuz
sibi debetur: & ideo mediuz in iu
stitia distributiua dicitur esse sz
proportionabilitatem geometri
caz. in qua saluatur eadē ꝓpor-
tio: sed nō eadē quantitas: sicut
sex est mediuz inter quatuor et
nouez. quia in qua proportione
se hz ad quatuor. s. in sex qr alte

tum dicendū q illa octo genera mēdacij sub trib9 ꝑmis ɔtinent: sed iō magis particulari diuidū tur: qꝛ in diuersis materijs ɔtin git esse maius vel minus pecca tū. vnde tria mēbra scōe diuisio nis reducūtur ad mendaciū ꝑni ciosuz. pōt enim alicui īferri no cumentū vel in spūali vita: ꝛ sic est pꝛimū: qđ fit in doctrina reli gionis vel in alijs: siue nocumē tum alicui illatū in nullius ꝑfe ctū cadat: qđ est secūdus mod9: siue cadat in ꝑfectū alicuius qđ est tertius modus. Duo ꝟo alij modi reducūtur ad mēdaciū io cosum: qꝛ aliqñ aliqs mentit ꝑꝑ suā delectationē quā hꝫ in men tiendo. ꝛ sic est q̄rtus mod9. Ali qñ aūt ꝑpter delectationem alte rius cui ex mēdacio placet: ꝛ sic est quintus modus. tres vero vl timi modi reducūtur ad officio sum mendaciū. Aliquādo enim aliquis mentit ad vitandū dam nuz alterius in pecunia: ꝛ sic est sext9 modus. Aliquādo in perso na quātum ad vitā corꝑalem: ꝛ sic est septimus modus. Aliquā do vero q̄ītum ad ea q̄ virtutis sunt: ꝛ sic est octau9. ¶ Ad 5m di cendū q mālis multiplicatio de buit h̄ tangi: inquātum diuersa quātitas culpe per eā insinuat. ¶ Ad vltimū dōm q ph̄us assi gnat duas species mendacij ꝑm q opponitur virtuti. ꝛ iō diuisit mēdaciū in superfluū: quod est iactantia. ꝛ diminutū qđ est iro nia. iactatoꝛ: eni est qui maioꝛa de se fingit q̄̄ sint: ironia autez qui minoꝛa. hic autē diuiditur mendacium ad cognoscēdū q̄̄ti tatez in ipso. ꝛ ideo opoꝛtuit ali ter diuidere.

Redu- ctio) oc to gñꝫ mēda- cij ad tria.

¶ Utrū oē mendaciuz sit pctm̄.



Ad tertiū sic ꝑcedit. videt q nō oē menda- ciū sit pctm̄. nul lum em̄ pctm̄ fit instīctu spi. s. sed Jacob: vt in lr̄a dī ꝑꝑ familiare ɔsiliū spi. s. qđ a mr̄e acceperat: di xit se esse ꝑmogenitū cū no eēt: ꝛ ita mēritus est: ꝗ aliqđ mēdaciū nō est pctm̄. ¶ Pꝛeterea. nullū pec catū remunerat a deo. Sed ob- stetrices egypti sunt remūerate a deo ꝑ mēdacio qđ pharaōi dī xerūt vt dr̄ Exo. 1. ꝗ aliqđ men- daciū nō est pctm̄. ¶ Pꝛeterea. nul lus ꝟtuosus in ꝗrū hmōi: peccat sꝫ ꝑm ph̄m l. 4. eth̄. ad ꝟtutē ve ritatis ꝑtinet declinare ad mi n9 in q̄ aliqđ mendaciū est: ꝗ nō oē mēdaciū est pctm̄. ¶ Pꝛeterea. vt dr̄. 1. Pe. 1. Spūscō īspirati lo cuti sunt scī dei hoīes: q̄ scriptu ras diuas ediderūt: sꝫ īueniunt in scripturis aliq̄ locutiōes q̄ nō sunt ꝟe ꝑm q ꝟba sonāt: sicͭ q li gna silue iuerūt ad rānuz vt eis imparet. Jud. 9. Cuꝫ ꝗ ꝑ īspira- tionē spi. s. nō fiat aliqđ pctm̄. vi det q nō oē mendaciū sit pctm̄. ¶ Pꝛeterea. vitiū mēdacij qđ ꝟtu ti ꝟitatis opponit nō solū est in dcis: sꝫ ēt in factis: sꝫ sine pctō ꝑt aliqs aliqñ signare fcō qđ nō est sicͭ de xp̄o legit. Luc. vl. q finxit se lōgi9 ire. Silr̄ ēt Josue q̄ simi- lauit se fugere ante habitatoꝛes Hay. ꝛ Dauid q̄ sīlauit se stultū añ regē Achis: ꝗ ꝛ verbo pōt ali qs sine pctō mētiri. ¶ Pꝛeterea. mēdaciū nō vr̄ esse pctm̄ nisi ex eo q fallit: sed aliqñ expedit ho mini vt in aliq̄ fallat ꝛ erret vt in lr̄a dr̄. ꝛ in multis casib9 pꝫ: ergo aliqñ pōt aliqs sine pctō mētiri.

¶ Preterea. nullus act⁹ ꝯgruus est pctm: sed mendaciū officiosū est hmōi: qꝛ offm est congru⁹ ac tus ꝑsone ſm statuta patrie. igi tur ℞c. ¶ Sed ꝯ. Augu. in lib. de mē. dicit. quiſq̄s aliqđ gen⁹ men dacij qđ pctm non sit eſſe puta uerit ſeipm turpiter decipit: er go oē mendaciū pctm est. ¶ Pre terea. ois inordinatio i actibus hūanis ſi volūtaria ſit pctm est. ſed vbicūq̄ est mēdaciū est aliq̄ inordinatio: qꝛ adhibet vox ad ſignificandū aliquid qđ ſignifi cabile nō est: ergo oē mēdaciū est peccatū. ¶ Preterea nihil op ponit virtuti niſi pctm: ſed om ne mendaciū opponitur ꝟtuti que est veritas: vt in q̄rto ethi. pꝫ. ergo oē mendaciū est pctm.

Rn̄deo dōm ꝙ cū maluꝫ oīfariā ꝯtigat cu iuſlibet circunſtantie ꝑuerſitas ēt alijs circūſtātijs debitꝫ exn̄ti bus pctm in morib⁹ facit vt ſi ali q̄s accipiat vnde nō dꝫ q̄ntūcūq̄ bonū intēdat vel alie circūſtātie ordinate videātur pctm nō euī tabit. cum aūt locutio inuēta ſit ad exprimendā ꝯceptōeꝫ cordis q̄ncūq̄ aliq̄s loquit qđ in corde nō hꝫ loq̄tur ꝙ non dꝫ. hoc autē cōtingit in oi mendacio. vn̄ om ne mendaciū est pctm q̄ntūcūq̄ aliquis ꝑpter bonum mētiatur.

Ad primū ꝫ dōm qđ ꝟba q̄ ia cob ꝑtulit ſm aliquē intelłm ne ceſſitatē vel veritatē habuerūt. Ibi eñ pmogenitura dei electio ne debebat: ℞ ad illū itelłm ſpūi tusſcūs ꝟba ordinabat cui⁹ iſtin ctu ℞ itellectu loq̄bat ſiue ipe il lū itelłꝫ ex ꝟbis acciperet explicite ſiue iplicite hoc ſignificare intē dēs ad qđ ſpūſſcūs ordiabat. vn̄ a mēdacio excuſat. ℞ eadē rō est de oib⁹ ꝟbis que mēdaciū ſape videtur ab illis viris ꝑlata in q̄ bus mēdaciū ꝯcedere nephariū vr. ¶ Ad ſm dōm ꝙ obſtetrices mētite ſunt ad lrāꝫ: nec ꝑ mēda cio remunerate ſunt: ſꝫ ꝑ pieta te: qꝛ pueros hebreoꝝ liberarūt ¶ Ad 3m dōm ꝙ i maiori icludit min⁹ ℞ non ecōuerſo: ℞ q̄n ꝟtuo ſus eligit min⁹ dicere de ſe quā poſſit ſm rei veritateꝫ nō mētit: ſed aliqđ verū tacet. ¶ Ad q̄rtuꝫ dōm ꝙ ꝟba q̄ in ſacra ſcriptura ſunt ſcripta aut sunt ꝟba eius q̄ ſcripturā edidit: aut ſunt verba alicui⁹ q̄ in ſcriptura recitat lo quēs. Si pmo mō ſic nō ꝯtingit i eis mēdaciū: qꝛ in figuratiuis locutōib⁹ nō est ſenſus ꝟborum quē pmo aſpectu faciūt: ſꝫ quē ꝑferēs ſub tali mō loquēdi fa cere intēdit: ſicut q̄ dicit ꝙ pra tū ridet ſub quadā rei ſimilitudi ne intēdit ſignificare prati flori tionē. Si aūt ſunt ꝟba alicuius qui recitat loquēs aut ſunt ali cui⁹ cuius malitia in ſcriptura arguit: ℞ ſic nō est incōueniens ꝙ ſint ibi ēt mēdacia: ſicut ꝟba iudeoꝝ xp̄m blaſphemātium. Aut alicui⁹ qui cōmēdat nō de ꝑfectōe ꝟtutis: ſed de ꝑfectu ſi cut obſtetrices cōmēdant ꝙ in hoc ꝑfecerūt ꝙ nō in dānū ali cui⁹ ſꝫ in obſequiū diuinū men tite ſunt: aut ſunt ꝟba alicui⁹ q̄ cōmēdat de ꝑfectōe ꝟtutis ℞ in exemplū ꝑponitur: ℞ tūc est ea deꝫ rō ſicut de ꝟbis ſcripture. ¶ Ad 5m dōm ꝙ fcā. nō ſunt or dinata de ſe ad ſignificādū ſic voces. Et iō nō oꝫ ꝙ ſi aliquid fiat ꝑ qđ aliqđ falſum deꝫ itel ligi ꝙ hoc ipſo fiat qđ nō dꝫ fie ri: ſicut dꝫ ꝙ nō dꝫ dici q̄n fal

Diſtinctō pulchra de verbis ſacre ſcptur.

sum voce significat. vñ nõ oȝ q̄ oẽ tale fcm̃ sit pctm̃ ⁊ p̄cipue qñ factũ in significatõe alicuiꝰ exhibet. tunc em̃ eadẽ rõ est de illis factis ⁊ de locutiõibꝰ figuratiuis. Sicut. n. locutio figuratiua ꝯtatẽ hȝ nõ a sensu quẽ ꝟba hñt in p̄ᵒ aspectu sed ab eo loquens facere intẽdit: ita ẽt q̄ dñs ostẽdit se velle lõgius ire q̄si p̱ silitudinẽ elõgationis in itinere significabat elõgationẽ sui a cognitõe discipulorꝫ. ⁊ in hospitatẽ habebat. ❡ Ad 6ᵐ dõm q̄ q̄uis alicui ꝓsit in aliq̄ casu falli: non tñ ꝓpter hoc bonũ aliqđ maluȝ faciendũ est: sicut nec ẽ furandũ vt elemosyne dẽtur: ⁊ ita cũ mẽdaciũ de se inordinationẽ hẽat: nõ est mẽtienduȝ p̄ quocũq̄ alteriꝰ cõmodo. ❡ Ad vltimũ dđȝ q̄ mẽdaciũ dr̃ officiosũ nõ rõne sui: sȝ rõne cãe que ad mẽtiẽdũ iclinat

❡ Utruȝ oẽ mendacium sit peccatum mortale.



D quartũ sic ꝓceditur. vr̃ q̄ oẽ mendacium sit pctm̃ mortale. oẽ. n. pctm̃ qđ in p̱ditionẽ adducit est pctm̃ mortale. Sed in ps. dr̃. Perdes oẽs q̄ loquũtur mẽdacium: ergo oẽ mẽdaciũ ẽ pctm̃ mortale. ❡ Preterea. oẽ id qđ i s̄bversionẽ fidei ꝟgit est pctm̃ mortale. sed mẽdaciũ est hmõi, vt aug. p̱bat i li. de mẽda. ergo oẽ mẽdaciũ est peccatũ mortale. Minor pȝ ex hoc q̄ si i aliq̄ casu mẽtiri lȝ tũc nõ sp̄ opȝ fidẽ bono hoi adhibere: ⁊ si i aliquo nõ sibi credit̃ nõ erit necessitas vt in aliis sibi credat̃. ❡ Preterea si aliqđ mẽdaciũ excuset̃ a pctõ mortali p̄cipue mẽdaciũ officiosuȝ tale eẽ vr̃ sed mẽdaciũ officiosuȝ est pctm̃ mortale: cũ per ip̄m eterna merces ipalẽ cõmutet̃. Gre. n. dicit i gl. Exo. i. de obstetricibꝰ. benignitatis earꝫ merces q̄ in eterna vita remunerari poterat p̱ culpã mẽdacij i terrenã recõpẽsationẽ cõmutata: ẽ ergo oẽ mẽdacium est pctm̃ mortale. ❡ Preterea i lr̃a dr̃ q̄ p̱fectis viris dãnabile ẽ ꝓ cõmõ alterius mẽtiri: sȝ nllm̃ pctm̃ dr̃ esse dãnabile nisi mortale: ergo mẽdaciũ officiosũ p̱fectis ẽ mortale: ⁊ eadẽ rõne oẽ aliđ mẽdaciũ: cũ mẽdaciuȝ officiosũ minꝰ videat̃ eẽ dãnosũ: ⁊ ita p̱ ꝯñs ẽt i aliis oẽ mẽdaciũ pctm̃ mortale ẽ: q: p̱fecti nõ sũt peioris ꝯditiõis q̄ alij. ❡ Preterea nihil ꝓhibet̃ diuo p̄cepto nisi pctm̃ mortale: sȝ in ꝓhibitiõe falsi testimonij ꝓhibet̃ oẽ mẽdaciũ: sicut Aug. dicit i li. đ mẽda. ergo oẽ mẽdacium est pctm̃ mortale. ❡ Sȝ ꝯ. p̱p pctm̃ mortale nõ edificãt̃ sp̄uales domꝰ: sed obstetricibꝰ edificauit deꝰ sp̄uales domꝰ ſm Jero. ergo obstetrices mẽtiẽdo mortalr̃ nõ peccauerũt: ⁊ ita ñ oẽ mẽdaciũ ẽ mortale pctm̃. ❡ Preterea. nullũ pctm̃ mortale alicui ꝯcedit̃ sȝ i glo. sup p̄ᵐ Exo. dr̃ q̄ īfirmis ꝯcedit̃ mẽtiri. ergo nõ oẽ mẽdaciũ est pctm̃ mortale. ❡ Preterea. Gre. dicit q̄ mẽdaciũ officiosum facile credimus relaxari: sȝ pctm̃ ex hoc; dicit̃ veniale q̄ facile remit tit̃: ergo mendacium officiosum eꝰ peccatum veniale.

Respõdeo dicendũ q̄ peccatum mortale dicitur quod hominem vita spirituali priuat. spiritualis autem vita per charitatẽ est vnde illa peccata ex sui genere mortalia sunt. que contra dilectionem dei vel proximi ver= Mortalis peccati rõ.

gūt. Et ideo duplex genus mencij peccatū mortale ponēdum est. Primū quod ꝯ deū est sicut cū quis in doctrina religionis mētitur. Scdm est qd in detrimētum iustitie ad ꝓximū ꝓgit: siue sit tale mendaciū qd ad peruersionē iudicij ordinat: sicut cum quis in loco iudicij falsuʒ dicit: siue sit in nocumētuʒ alicuius quod sine mortali pctō esse nō potest. Alia vero mēdacia quia inordinationē quādam hñt nō tñ a dilectōe dei ⁊ ꝓximi auertūt: pctā sunt: sed sunt venialia.

Ad primū ḡ dōʒ ꝙ auctoritas illa nō loquit de oi mēdacio: sed de ꝑnitioso tm. ¶ Ad ſm dōʒ ꝙ mēdaciū platuʒ si estimet esse licitū ipsa estimatio in subuersionē fidei ꝓgeret: non tñ opʒ ꝙ oē mendaciuʒ ad subuersionē fidei ordinet: ꝑcipue cuʒ nō sit de his que ad fidē spectat. ¶ Ad 3m dicendū ꝙ de mēdacio obstetricū diuersa est opio. Quidā. n. dicūt ꝙ mendaciū fuit ad obseruādaʒ vitā pueroꝝ: ⁊ sic fuit officiosuʒ ⁊ veniale pctm: fuit ēt ad conseruādū vitā ꝓpriā: ⁊ sic fuit libidinosuʒ ⁊ mortale pctm. Sed hoc nō vr rōnabile: qr nō minus dʒ hō suam vitā tueri ꝗ̄ alterius. Et iō alij dicūt ꝙ in actib9 obstetricū tria est cōsiderare. Primo ipsaʒ pietatem qua pueris parcere voluerunt. ⁊ ꝗ̄tum ad hoc vel meruerūt: vel ad mentū disponebāt ⁊ ſm hoc intelligendū est verbū Jero. ꝙ edificauit eis de9 domos spūales. Fuit ēt ibi mendaciū quod sine ꝑ liberatiōe puerorū siue ꝓ liberatiōe vite ꝓprie: qd magis vr subtilr discutienti ſm Greg. dem pctm veniale fuit: ⁊ sic habent laudē ſm Aug. i li. de mendacio nō ꝑfecte iustitie: lʒ ꝑfect9 ad iustitiā. Fuit ēt ibi omissio cōfessiōis diuine veritatis ⁊ iustitie. si tñ corā pharaone tūc confiteri tenebātur: ⁊ ꝗ̄tū ad hoc potuit ibi esse pctm mortale. Et secūdū hoc potest intelligi ꝙ merces eterna eis in tpalem cōmutata est. Vñ si ex hoc mortaliter nō peccauerunt dr merces eterna in tēporaleʒ cōmutata: quia earū benignitas grā non informata remunerationē tpaleʒ habuit que grē adiūcta habuisset eternā. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ ſm quosdā omne mendaciū viris perfectis peccatū mortale ē. Cuius rōnem duplr aliqui assignant. Quidā enim sumūt rōnē ex perfectiōe charitatis per quā mens hoīs summe veritati adheret adeo ꝙ oē mendacium eorum cū deliberatione ⁊ ex contemptu est. vnde nō potest esse veniale: sicut nec homo in primo statu venialr peccare potuit. Sed hoc nihil est dictuʒ: qr eadē rōne nullū aliud peccatum veniale cōmittere possent: qd falsissimū est: ꝗ̄tūcunqȝ ꝑfectissimis viris cū etiam in apostolis peccatū veniale fuerit. i. Jo. i. Si dixerim9 ꝙ pctm non habem9 ⁊c. Alij ꝓo sumūt rōnē ex ꝑfectione status sʒ ꝙ aliqui perfectionē in publico pretendunt: vt religiosi ⁊ ꝑlati: ⁊ istis adhibet fides tanꝗ̄ ꝯseruatoribus ꝟitatis. vnde si in aliquo a veritate deuiarent nec eis nec alijs fides adhiberet: ⁊ sic fieret magnū preiudicium veritati. Sed hoc iterū nihil est: qr nō credit eis tanꝗ̄ ꝯseruatoribus

Obstetricum mēdacij discutit.

Notula moralis.

veritatis in oībus eoꝝ factis vel dictis: ſ; in illis tm̄ q̄ ad officiū cōſeruāde ꝟitatis ſpectāt. ſic doctrinas iudiciū in q̄bus ſi a ꝟitate deuiarēt nō ē dubiū q̄n peccarēt mortalr̄. Et iō dōm ꝙ nec mēdaciū nec aliud pctm̄ qḋ ex gñe ſuo peccatū mortale nō eſt perfectis vir; mortale peccatū fit: niſi ſit ꝯ eoꝝ votū: ſ; p accñs pōt eis mortale fieri ſic ⁊ aliis: vt ſi fiat ꝯ cōſcientiā ꝗuis errantē vel rōne ſcādali vel alicuiꝰ hmōi. Qḋ vero dr̄ in lr̄a ꝙ mēdaciū officioſum perfectis viris eſt dānabile intelligendū eſt cōparatiue: q̄r in eodē genere peccati mag; peccat perfectus ꝗ̄ imperfectus: ꝗ̄uis vtriq; venialiter vel mortaliter: nō tm̄ hec circūſtantia aggrauans aggrauat in infinitū: vt ꝙ vni ē veniale alteri mortale fiat. ¶Ad quintū dicendū ꝙ diuino precepto ꝓhibet aliquid duplr̄. vno mō directe qḋ ꝯ preceptum dicit ⁊ ſic prohibet mēdaciū perniciosum qḋ ex ipſa forma precepti p;. Nō loquaris ꝯ proximū tuum falſum teſti. alio mō indirecte qḋ preter preceptū dr̄: ⁊ ſic mendaciū iocoſum ⁊ officioſum ſicut ⁊ alia peccata venialia precepto diuino prohibentur.

¶Utrum gradus mendaciorum cōuenienter aſſignent in littera.



D quintum ſic ꝓcedit. vr ꝙ inconuenienter gradus mēdaciorum in littera aſſignentur. q̄ñcunq; eñ aliq̄s falſum ſciēter loquit mentit: ſed aliquis diſputādo falſum ſciēter loquitur etiā in his q̄ ad fidē pertinent. ḡ dicit mendaciū in doctrina religionis: ⁊ hoc non eſt grauius mendacio pernicioſo. ḡ mendaciū qḋ fit in doctrina non eſt pmū ⁊ grauiſſimū mendacium. ¶Preterea. cōtingit ꝙ de his que ad fidei religionē pertinent aliq̄s ioco mentiat: nec tm̄ hoc grauius reputaret ꝗ̄ mēdacium vergens in graue dānum ꝓximi. ḡ idē qḋ prius. ¶Preterea. officioſum mendaciū plus h; de rōne mendacij ꝗ̄ iocoſū: vt ex dictis p;. cū ḡ iocoſum mēdacium preponat officioſo vr ꝙ incōuenienter ordinet. ¶Preterea. cuicūq; malicia propter ſeipſam placet vr in ſpiritū ſanctū peccare: ſ; peccatū in ſpiritū ſanctū ē grauiſſimū: vt in. 2. li. dictum eſt. cum ḡ ille qui mentitur ſola mētiendi libidine in ipſa malicia delectari videat. vr ꝙ hoc mendaciū ceteris ſit grauius qḋ tamē quarto loco ponit. ¶Preterea. quāto maius nocumētū p mēdaciū euitat tāto ē minus pctm̄: ſ; maius dānū ē corporis mors ꝗ̄ corporis imundicia. ḡ ſeptimū mendaciū qḋ fit ad tuendū vitā deberet poſtponi octauo: qḋ fit ad tuendū aliquē ab imundicia corporali. ¶In ꝯtrium ē auctoritas Aug. in li. de mendacio.

Reſpōdeo dicendū ꝙ qḋlibet peccatū ſm ſuum genus h; aliquā quantitatē cui addi vel ſubtrahi poteſt rōne alicuius adiūcti. vnde ⁊ quantitas mēdacij ſm tres gradus pōt cōſiderari. Primus gradus eſt qñ quātitas mendacij ex aliquo adiuncto augmētatur. hoc aūt adiunctū mendaciū aggrauans eſt vel prophanatio diuinorū q̄ eſt conditio maxime aggrauans: et ideo mendacium

qd fit in doctria religiosis poni tur primu. Uel est nocumetu p ximorum: qd qdē mitigat si nocumēto aliqua vtilitas adiūgat. et iō in scdo ordie ponit mēdaciū qd obest et nulli pdest. In 3° loco mēdaciū qd alicui pdest et nulli obest Scds vo grad⁹ mendacij osiderat sine additiōe vel dimi nutiōe: sed qr in quolz gñe pcti grauis est pctm qd ex habitu pcedit: inqtuz ex libidine maiori fit: iō in 4° loco ponit mēdaciū: qd fit ex libine mentiēdi: qr vni cuiqz habēti habitū dlectabilis est opatio fm ppriū habitum. 5° vo loco ponit mēdaciū: qd non vr ex habitu pcedere sz ex inten tiōe alicui⁹ finis extranei: q tn mēdaciū nō aggrauat nec alleuiat: sicut qd fit ex intētiōe placendi vel delectādi. terti⁹ grad⁹ est in quo osiderat qtitas mēdaciī diminuta ex aliquo adiūcto qd est intētio vtilitatis: q tanto magis alleuiat qto dānū ē grauius qd vitat. et iō in 6° loco ponit mendaciū qd fit ad vitandū subleuationē pecunie. Septimū mēdacium qd fit ad vitandum occisionez. Octauū ad vitandnz deturpationē libidinis qd ppter ppiquitatē osensus vix sine peccato esse potest.

mēdaciī gradº distīguūt.

Ad primū ergo dōm qr ille q disputādo falsū loquit: qruis sciē ter nō mentit nisi asserēdo dicat qr nō ex sua psona falsuz illud enūciat: sz gerēs psonā veritatē negātis. ¶ Ad 2m dōm qr distinctio istorum graduū et ordo accipiū tur ceteris parib⁹. vñ in aliquo casu illd qd ē scdz fit eē pm: et sic de alijs est. ¶ Ad 3m dōz qr qruis mēdaciū officiosum habeat pl⁹ de rōne mēdacij qz iocosum inqtū hz pl⁹ de assertiōe: tamē officiosuz hz min⁹ de malo rōne vtilitatis adiūcte. et iō est minus pctm. ¶ Ad 4m dōm. qr sicut in li. ij. distin. pe. dictū est: nō omne pctm qd fit ex electiōe habitus est pctm in spmscm. alias nō eēt spāle gen⁹ pcti et iō hoc mendaciū qd fit ex mētiēdi libidine: cū procedat ex inclinatiōe habit⁹ et nō ex rebelliōe voluntatis ad aliqd eorum qb⁹ a pctō liberamur qd est ppriū pcti in spm scm: nō erit pctm in spmscm. ¶ An 5m dōz qr imūdicia corpal hic itel ligit q hz vicinitatē ad pctm rōne cuius maius dānū reputatur qz corporis mors.

¶ Expositio textus.



Ec pro corpe alteri⁹ animā suā occidāt) Qd sic vitari pt fm Aug. in li. de mēdacio. Si em aliqs ad mortem querat. simplr nobis interrogatis de eo sine loci determiatiōe. Rñdēdū ē qr eū non pdemus et si oporteat nos tormēta sustinere: pro quo facto quēdā epm laudat. Si aūt interrogamur vtrū sit in illo loco determiato. Rñdēduz est: scio vbi ē sz nō dicā (Precipue si iteretur) hoc df inqtū multiplicatio venialiū disponit ad mortale. (Ut ab imūdicia corpali aliquē tueatur.) Sz qd faciēdū est ipsi mulieri si pp libidinē vel imūdiciaz querat? Quidā dicūt qr si sentit se pfectā nō dz mētiri: qr in ipsa violatiōe nō cōsentiet: et sic imunis a pctō erit. Si aūt sentit se imperfectā dz veniale pctm cō

Caute le morales.

mittere potius quam incurrat pcti mortalis periculũ. Sz meli⁹ dõz q̃ si ppositũ nõ ꝯsentiẽdi habet spẽ suã in deo ponere debet: q̃ nõ patit̃ tentari supra posse. & nõ debet venial'r peccare. ex hoc. n. ipso q̃ ponit aliq̃d debitũ vel dignum fieri auferẽ ois rõ pcti. Et ita omne mendaciũ nõ eẽt peccatũ: qd̃ est ꝯ Aug. (Nec oẽ mẽdaciũ isto p̃cepto prohiberi vr̃.) Intelligendũ est directe sicut cõtrariũ p̃cepto. (Nec p̃missa descriptiõe mendaciũ iocosum includi.) Verũ est si intelligat̃ intẽtio fallendi s̃m ꝓ fallacia est nõ tm̃ in dicẽte: sz etiã in audiẽte q̃ fallit̃: vt dictũ est.

¶ De periurio. Di. xxxix.



Nunc de periurio videam⁹. ꝑiuriũ est mẽdaciuz iuramẽto firmatum. hic querit̃ vtrũ sit periuriũ vbi nõ est mẽdaciũ Qd̃ q̃busdã videt̃ ex auctoritate Hieronymi dicentis. Aduertendũ est q̃ iusiurandũ tres hz comites veritatẽ iudiciũ & iusticiam. si ista defuerint: nõ erit iuramentũ: sz ꝑiuriũ: vbi aũt falsũ iuratur v̓itas dẽst. Si g̃ falsuz iuret̃ & si nõ sit: ibi intentio fallendi: vr̃ esse periuriũ vbi nõ ẽ periurium: q: deest veritas. Quibusdã placet nõ eẽ periuriũ vbi nõ est mendaciũ: & sicut dicitur aliquãdo falsuz sine mendacio: ita iurat̃ falsum sine periurio: falsum forte dicit apostol⁹ cũ se venturũ ad corinthios ꝓmisit: nec tamen sicut imponebat̃ culpaz mendacij cõtraxit: q: sic animo sentiebat. & si iuramẽto illud cõfirmasset nõ periuriũ incurrisset: q: q̃tuz in ipso fuit verũ dixit. & si iuratio nẽ addidisset q̃tũ in se foret verũ iurasset: & si aliter euenerit q̃ dixit. Ideo sicut q̃s non est mẽdax nisi aliter sentiat animo q̃ dicit: siue ita sit siue non. Ita videtur quibusdam neminẽ periurũ constitui: nisi aliter sentiat in animo quã loquatur siue ita sit siue non.

¶ De triplici mõ periurij.



Sed melius creditur: & ille pejerare qui falsum voluntate fallendi iurat: & qui falsuz putãs qd̃ verũ est iurat: & q̃ verũ putans qd̃ falsuz est iurat vñ aug. hoĩes falsum iurant vel cũ fallunt: vel cũ fallunt̃ aut putat homo verũ eẽ qd̃ falsuz est: & temere iurat: aut scit vel putat falsum esse: et tamen ꝓ vero iurat: & nihilomin⁹ cũ scelere iurat. Distant aũt ista periuria duo q̃ cõmemoraui: fac illũ iurare q̃ verũ eẽ putat ꝓ quo iurat verũ putat esse: & tamen fal-

sum est. nō est animo iste per iurat. sed fallitur. hoc pro vero hȝ qd̄ falsum est: non pro falsa re sciēs iurationē interponit: da aliū qui scit falsum esse: ꝛ dicit verū esse: ꝛ iurat tanꝙ verū sit qd̄ scit falsum esse. Videtis ꝙ ista detestāda sit belua: fac alium q̇ putat falsuȝ eē. ꝛ iurat tanꝙ verū sit: ꝛ verū forte est. verbi gratia. vt intelligatis. Pluit in illo loco ꝛ interrogas hominem. ꝛ dicit pluisse: ꝛ tūc pluit ibi: sȝ putat nō pluisse: periur⁹ ē: interest queādmodū ꝟbū ꝓcedat ex aīo: ream linguā nō facit nisi rea mēs sit: his euidēter tradiť ꝙ tripl'r peierat hō: vt supra diximus. dū vel sciēs falsuȝ iurat vel putās falsuȝ qd̄ verū est iurat: vel existimās verū qd̄ falsuȝ ē iurat. sȝ hoc extremū nō vr̄ eē ꝑiuriū: vel si ꝑiuriū noīeť eo ꝙ falsuȝ iurať: non vr̄ esse re⁹ ꝑiurij q̇ sic iurat: qꝛ non est mēs eius rea. ꝛ iō nec lingua: imo ei⁹ mēs rea est dū iurare presumit quod perspicue verū nō deꝓhēdit nō ergo oē periuriū mendaciū est: nec oīs q̇ peierat mētitur: sȝ oīs mentiādo iurās peierat: ꝛ oīs q̇ falsuȝ iurat sine mentiēs siue: nō peierat Cū ergo q̇s iurat qd̄ verū est estimās eē falsuȝ: queriť q̇d sit ibi: ꝑiuriū. Ipsa em̄ significatio vocis vera est: qꝛ verū nesciēter loquiť: Nō igiť ipsa significatio vel falsuȝ vel mendaciū est: qꝛ ꝟa est: ꝛ qd̄ verū est ꝑiuriū nō vr̄ eē. Ad qd̄ dicim⁹: loqui sic. s. ꝯ mentē sub attestatiōe iuramenti eē ꝑiuriū. Mentiri ergo adhibita iuratiōe ꝑiuriū ē. periuriū ergo ē vel iurādo loqui falsuȝ cū intētiōe fallēdi: vel iurando loqui falsuȝ sine intētiōe fallendi: vel iurādo loqui verū cū intētiōe fallēdi.

triplex peieratio distinguiť

¶ Oppositio.



Hic opponiť si oīs q̇ falsuȝ iurat peierat: tūc qui alicui ꝓmittit dare sub certo termīo aliq̇d: qd̄ tm̄ nō faciet: ex quo iurauit peierauit: qꝛ falsum iurauit: nō em̄ ita futuium erat vt iurauit. Ad hoc dici pōt. quia non oīs qui iurat qd̄ falsuȝ est ex equo iurat ꝑiur⁹ ē: sicut iste de quo agim⁹: sȝ ex quo ꝓpositū mutat vl' terminū transgrediť iuratio talis fit periuriū reatu.

¶ An iuratio sit malum.



Si aūt q̄riť vtrū iurare sit malū dicim⁹ aliquando malū eē: aliqn̄ nō spōte em̄ ꝛ sine necessitate iurare vel falsuȝ iurare pct̄m grāde est Ex necessitate aūt iurare:

vel ad asserendū innocentiā vel ad federa pacis cōfirmāda: vel ad persuadendū auditorib⁹ qđ ē eis vtile: malum nō ē: q: necessariū ē. vñ Augu. Iuramētū faciēdū est in necessarijs cū pigri sunt homies credere qđ ē eis vtile. Iuratio non est bona: non tamen mala cum est necessaria. i. nō est appetēda sicut bona: nō tñ fugiēda tāq̄ mala cū est necessaria. Nō ē eñ ꝯ pceptū dei iuratio: sed ita itelligiť dñs ꝓhibuisse a iuramēto: vt q̄tū in ipo ē quisq̄ nō iuret: qđ multi faciūt i ore hñtes iurationē tāq̄ magnū atq̄ suaue aliq̄d. Apl's eñ nouit pceptū dñi ⁊ tñ iurauit. ꝓhibemur ergo iurare cupiditate vel delectatione iurandi. qđ ergo xp̄s ait in euangelio: ego dico vobis nō iurare oino. ita intelligiť pcepisse: ne q̄sq̄ sicut bonū appetat iuramētū: ⁊ assiduitate iurādi labať in piuriū Qđ ꝟo addidit sit ſmo vester: est: est: nō: nō: bonū esse ⁊ appetendū: qđ aūt ampli⁹ est a malo est. i. si iurare cogeris: scias de necessitte venire infirmitatis eoꝝ: quib⁹ aliq̄d suades. q̄ infirmitas vtiq̄ malū ē: vñ quotidie p̄camur nos liberari dicētes libera nos a malo. Ideo nō dixit qđ ampli⁹ est malū est

abusio iuramēti ostenditur.

Tu eñ non facis malū qui bene vteris iuratione: sed a malo est illi⁹ q̄ aliter nō credit. i. ab infirmitate que aliquādo pena est aliqñ pena ⁊ culpa. ibi ergo dñs ꝓhibuit malū: suasit bonū: inclusit necessariū.

¶ De iuramento qđ fit per creaturas.




Querit̃ vtrū ē licceat iurare p creaturā. q̄ nō vr̄: cū in lege scriptū sit. redde aūt dño iuramēta tua. ⁊ xp̄s i euāgelio pcipiat nō iurare oino neq̄ p celū neq̄ p terrā: nec p Ierosolymā: nec p caput tuū: iudeis q̄si puulis ꝯcessū fuit iurare p creatorē: ⁊ preceptū vt si iurare ꝯtingeret: nō nisi p creatorē iurarēt: nō p creaturā: q: iurātes per angelos ⁊ elemēta creaturas venerabanť honore: ⁊ melius erat hoc exhiberi deo q̄ creaturis. Infirmis ergo illđ ꝓhibuit. sanctis ꝟo q̄ in creaturis creatorē venerabanť tñ nō ꝓhibuit. vñ Ioseph per salutem pharaonis iurauit: dei iudicium in eo venerat⁹ quo positus erat in infimis xp̄s vero ita per creaturas iurare prohibuit ne vel aliquid diuinum in eis crederetur: pro quo reuerent a

euāgelij ꝟba ponūť.

cis deberet: vel ne per eas iurantes falsum hoïes se iuramento nō teneri putarēt.

¶ Que iuratio magis teneatur: an que fit per deum an que fit per euangelia vel per creaturas.



SI queritur qs magis teneat: an q per deū: an q p euangeliū: vel p creaturas iurat. Dicimus q per deū: qz p eum hec facta & scā sunt. vñ chri. Si qua causa fuerit modicū videt facere q iurat per deū Qui vero per euāgeliū maius aliqd fecisse videt. Quibus dicēdū est, stulti scripture pp̄ter deū sancte sunt: nō deus pp̄ter scripturas: ita & creature scē sunt pp̄ter deū.


¶ Quid est dicere per deū.



HIc queritur qd sit dicere per deū iuro: hoc est testem adhibere deū. Jurauit eñ apostolꝰ dicēs. Testis est mihi deꝰ: ac si dixisset per deū ita est. vnde Augu. Ridiculū est putare hoc si dicas p deū: iuras. si dicas testis ē deꝰ: nō iuras. Quid eñ est per deū nisi testis est deus? aut quid est testis est deus nisi per deum iurare? Quid autē est iurare nisi ius deo reddere qñ per deū iuras: ius scilicet veritatis et non falsitatis? Itē ecce dico charitati vestre: & q per lapidē iurat falsuz piurus est. qz non lapidez q non audit: sed eiꝰ creatorē adhibet testez. Hoc est ergo iurare p qualibet creaturā. s. creatorē eius testē adhibere. Est etiā qddaz genus iuramēti grauissimū qd fit per execrationē vt cuz hō dicit: si istud feci illud patiar: vel illud cōtingat filiis meis. Scdm quē modū accipitur etiā interdū cū aliquis iurādo dicit per salutē meā vel per filios meos & huiusmodi. obligat eñ hec deo vñ Aug. Cū qs ait p salutez meā: salutē suā obligat deo. cū dicit p filios meos oppignorat eos deo: vt hoc eueniat in caput eorū qd exit de ore ipsius si verū: verū: si falsuz: falsuz. Et sicut p hoc iurans aliqñ deo hoc obligat: ita p deū iurans ipsuz adhibet testē. In oī ergo iuratione aut deꝰ testis adhibetur: aut creatura deo obligat et oppignorat: vt hoc sit iurare. s. deū testē adhibere: vel deo aliquid oppignorare.

Juramentū execrabile notatur.

¶ De illis qui iurant per falsos deos.



POst hoc queritur vtrū fide eiꝰ vtendū sit q per demonia vel idola iurauerit. De hoc Aug. scribens

ad publicolam ait. Te prius cõsiderare volo vtrū si quispiaʒ p deos falsos iurauerit ⁊ fideʒ nõ seruauerit: nõ tibi videt bis peccasse? Bis vtiq; peccauit: q: ⁊ iurauit per quos nõ debuit: ⁊ ɔtra pollicitaʒ fecit fidē: qđ nõ debuit Ideoq; qui vtitur fide illius. quem cõstat iurasse p deos falsos: ⁊ vtitur nõ ad malum sʒ ad bonū: nõ peccato illius se sociat q̇ per demonia iurauit: sed bono pacto eius qui fidē seruauit. Et sine dubitatione minus malū est p deos falsos iurare veraciter q̄ p deum verū fallaciter. Quanto em̄ per qđ iuratur magis sanctum est tanto magis penale periurium est.

¶ Qđ iuramentū quo incaute iuratur nõ est obseruāduʒ nec votum vel promissio iniuste facta.

Hunc superest inuestigare vtrum omē iuramentū implendū sit. si eniʒ quis aliq̇d iurauerit contra fidem ⁊ charitatē: qđ obseruatuʒ peiorē vergat in exitū potius est mutandū q̄ adimplendū. vn̄ Amb. Est contra officiū nõnunq̄ ꝑmissuʒ soluere sacramentū vt herodes fecit. Item Isi. In malis ꝑmissis rescinde fidē. In turpi voto muta decretū. Qđ incaute vouisti nõ facias: et impia est ꝑmissio que scelere adimplet. Idem. Nõ est obseruādū sacramentū quo malum incaute ꝑmittit: vt si quis adultere perpetuaʒ fidem cū ea permanēdi polliceat. Tolerabilius est em̄ nõ implere sacr̄m q̄ permanere in stupro. Item Beda Si quid nos incauti⁹ iurare cõtigerit: qđ obseruatuʒ peiorē vergat in exitū: libere illud salubriori ɔsilio mutandum nouerimus: ac magis instāte necessitate peierandū esse nobis q̄ ꝓ vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendū: deniq; iurauit dauid per deum occidere nabal virū stultū: sʒ ad primā intercessionē abigail femine prudentis remisit minas. reuocauit ensem i vaginā: nec aliq̇d culpe se tali periurio ɔtraxisse doluit. Item Aug. ait: q Dauid iuramentū per sanguinis effusionē nõ impleuit maior pietas fuit. Iurauit dauid temere: sʒ nõ impleuit iurationeʒ maiori pietate. Ex his aliisq; pluribus ostendit quedā iuramenta nõ obseruāda eē et q̇ sic iurat vehemēter peccat. Cum aūt mutat bn̄ facit qui aūt nõ mutat dupl'r peccat: ⁊ q: iniuste iurauit: et q: facit quod non debet.

Nota la mos falto.

¶ Si est periurus qui nõ facit quod incaute iurauit.



Ui vo mutat vtrũ periur⁹ debeat dici solet queri. Beda supra: tale iuramentuȝ vocauit periurium. Joãnes etiam apocrisarius orientaliũ sedium dixit. Sermo patris nostri sophronij significat ꝙ melius est iurantem periurare ꝙ̃ seruare sacramentũ in fractiõe sanctarum imaginũ. Sed periuriũ dr̃ tale iuramẽtũ nõ obseruatũ: ⁊ peierare q̇ nõ implet: qꝛ falsũ iurauit: nõ qꝛ inde re⁹ fit ꝙ nõ obseruat: sȝ qꝛ iurauit iniustum: ex quo reus est sicut ille qui peierat.

¶ De eo qui verborum calliditate iurat.



Oc etiã sciendum est ꝙ quacũq̧ arte verborũ quis iuret: deus tñ quicõscientie testis est: ita hoc accipit sicut ille cui iurat̃ intelligit. dupliciter aũt reus fit q̇ ⁊ nomen dei in vanũ assumit ⁊ proximũ in dolo capit.

¶ De illo qui cogit aliquem iurare.



Uerit̃ etiã si peccat qui hoiem iurare cogit De hoc Aug. ait. Qui exigit iuratioñ multũ interest an nescit illũ iuraturũ falsum; an scit. Si non nescit: ⁊ ideo dicit iuramẽtũ: vt fides ei sit non est peccatũ. tñ humana tẽtatio: ẽ si vero scit eum fecisse: ⁊ cogit eum iurare homicida est. Idẽ si prouocat hominem ad iurationẽ: ⁊ scit eũ falsum iurare: vincit homicidam: qꝛ homicida corpus occisurus est ille animã: immo duas aĩa: ⁊ eius quẽ iurare prouocauit ⁊ suam.

¶ Ex consilio aurelianensi.



Ancta synodus decreuit nisi pro pace faciẽda: vt omnes fideles ieiuni ad sacramẽtum accedant.


¶ Diuisio textus.



Ostquã determiauit magister de mendacio: hic determinat de periurio. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat de periurio. In scđa de iuramento ibi. (Si aũt queritur vtrũ iurare sit malum ⁊c.) Circa primũ duo facit. Primo diffinit periurium. secũdo circa diffinitionẽ mouet quandã questionem ibi. (Hic querit̃ vtrum sit periuriũ.) Circa qđ tria facit. primo, mouet questionẽ. ⁊ ponit opinioneȝ ad alteraȝ partẽ questionis. secũdo ponit opinionẽ ad contrariã partem ibi. (Quibusdã placet quibusdam non placet.) tertio veritatem determinat ibi. (Sed me

lius creditur.) Circa qd duo facit. Primo determinat veritaté. secundo circa determinationem mouet duas questiões. quarum prima incipit ibi. (Cum vero qs iurat ꝛc.) scda ibi.) Hic opponitur ꝛc.) (Si autem queratur ꝛc.) Hic determinat de iuramento. Et pmo determinat de ipso ex parte iurantis. scdo ex parte iuramentũ exigentis ibi. (Queritur ꝛ si peccat ꝛc.) Circa primuz tria facit. primo inquirit an iuramentũ sit licitum. scdo determinat de forma iuramenti ibi. (Querit etiaz si liceat ꝛc.) tertio determinat de obligatione ipsius ibi. (Nũc superest videre ꝛc.) Circa secũduz duo facit. primo determinat formam debitã iuramenti. secundo inquirit vtrũ liceat vti iuramento: quod hz indebitã formã ibi. (Post hoc querit vtrum fidei casus ꝛc.) Circa primuz duo facit. primo tangit formã iuraméti qd fit per attestationem. scdo illius qd fit per execrationem ibi. (Est etiam quoddã genus ꝛc.) Circa primũ duo facit. primo ponit formam iuraméti. scdo exponit eaz ibi. (Hic queritur quid sit dicere ꝛc.) Circa primũ duo facit. pmo ponit formã iuraméti bm diuersa. scdo cõparat iuraméta bm diuersa facta ibi. (Si autem queritur ꝛc.) (Nũc supest videre ꝛc.) Hic determinat de obligatione iuraméti. Et circa hoc tria facit. primo ostendit in quo casu iuramentũ obliget. scdo vtrũ incurratur periuriũ ex iuramento nõ obligatorio ibi. (Qui vero imutat ꝛc.) Queritur etiaz si peccat ꝛc.) Hic duo facit. primo inquirit vtrum liceat iuramentũ exigere scdo quo tempore ad iuraméta conuenire debeant ibi. (Sancta synodus decreuit ꝛc.

¶ Questio. i.



Ic queruntur quinq. Primo quid sit iuramentuz. Secũdo an iuramentũ sit licituz. Tertio de obligatione iuramenti. Quarto quid sit periurium. Quinto vtrũ omne periurium siue iuramenti abusiuo sit peccatum mortale.

¶ Utrum iurare sit idem quod deum in testem inuocare.



D primum sic procedit. videtur q iurare non sit idem qd deuz in testem inuocare aliquãdo enim vt in littera dicitur licitũ est per creaturas iurare: sed tunc nõ videtur inuocari diuinũ testimoniũ: sz magis testimoniũ creature. ergo iurare nõ est deũ in testé inuocare. ¶ Preterea apostolus ad. Heb. dicit q hoies per maioré se iurãt: nec hoc solũ de deo intelligit: sz etiã de hominib⁹ q supra nos sunt: qz ioseph per salutẽ pharaonis iurauit: ergo iurare non est idé qd deũ in testé inuocare. ¶ Preterea non est idé esse iudicé ꝛ testé: sz in iuraméto qd fit p execrationé de⁹ videt inuocari vt iudex: vt cum dicimus. si hoc feci: ita mihi accidat. qui modus ponit Job. 31. ergo non omne iuramentũ fit per inuocationem diuini testimonij. ¶ Preterea accipere testimoniũ a deo et ab homine non differt

nisi materialiter: sꝫ ille qui inuocat hoīem in testē: nō dr̄ per hominē iurare: ergo et ille qui inuocat deum in testē: nō dr̄ per deuꝫ iurare. ¶ Preterea. in littera dr̄ ex verbis Aug. Jurare ē ius veritatis deo reddere: sꝫ quicūqꝫ verū dicit etiā si nulluꝫ inuocet testimoniū ius veritatis deo reddit. ergo ad iuramentū nō exigitur inuocatio diuini testimonij. ¶ Sꝫ cōtra ē qḋ dicit Aug. et habet in littera: quid ē iurare per deū nisi testis ē deus: sꝫ ista est cōissima forma iurādi. ergo iuramentū ē inuocatio diuini testimonij. ¶ Preterea. oē illud qḋ ad ꝯfirmandū aliqḋ assumit quodāmō dat ei testimoniū: sꝫ i iuramēto diuina veritas ad ꝯfirmationē nostri dicti inducitur. ergo iurare est deum testem inuocare. ¶ Preterea. cōtrouersie nō solent nisi testibus terminari: sꝫ finis oīs ꝯtrouersie est iuramentū: vt dicit aplus ad Heb. ergo iuramentū vr̄ esse aliqua inuocatio diuini testimonij.

Respōdeo dicendū qꝫ iuramentū ꝓprie fit ad confirmationē eorū que in dubiū veniunt audienti: de quibus loquēs vel certitudinem hꝫ vel dicit se habere: et de illis dubijs que ex sui natura dubitationē habent: sicut suntꝫ facta ꝯtingentia: que per rationem cōfirmari non possunt. In alijs em̄ ridiculum videt iuramentū exhibere. Horꝫ ergo dubiorum certitudo fieri nō pōt nisi per aliquem: cuius sciētie nihil deesit: et cuius veritas infallibilis sit. hoc aūt in solo deo inuenitur. et ideo eius testimoniū solum ad hmōi cōfirmationē efficax est. Sꝫ testimoniū eius aut assumitur ad hmōi ꝯfirmationē qḋ iam exhibitū est. et hoc nō vocatur iuramentū: sꝫ magis ꝓbatio per auctoritatē: vel inuocat ad exhibendū: et hoc ꝓprie iuramentū est: et iō aliquod iuramentum fit in quo simplr̄ diuinū testimoniuꝫ inuocatur. vt dicitur: testis est mihi deus. Aliqḋ vero in quo ipsius testis inuocati reuerentia qui testimoniū credibile facit proponitur. vel in seipso: vt cum dicitur per deū vel viuit dn̄s: vel in aliquo eius effectu precipue: vt cum iurat per celū: vel euangeliuꝫ: vel per sanctos. Aliqn̄ vero ipse modus testificationis specificat: vt cum dr̄ si nō est ita hoc mihi accidat.

Juramenti ratio discutitur.

Ad primū ergo dicenduꝫ qꝫ cuꝫ quis per creaturā iurat eius deū inuocat. Hoc em̄ pōt duplr̄ fieri. Uno mō per aliquā creaturā in qua diuina magnificentia ostenditur q̄ in testimonium inducit. Alio mō dr̄ in illa creatura effectus diuine testificatiōis exquiri: vt cum dr̄ per caput meū: vel per salutē meā. ¶ Ad scḋm dicēdum qꝫ Joseph iurās p salutem pharaonis vtroqꝫ dictoꝝ modorum iurare potuit vel quasi oppignorās deo salutē pharaonis cui astrictus erat: vel in potestate pharaonis diuinā magnificētiam venerās et in testimoniū inducens. ¶ Ad tertiū dicendū qꝫ hoc ipso qꝫ deus iudex efficitur mendaciū iudicās testificat veritatē vel falsitatē dicentis. ¶ Ad quartū dḋm qꝫ sicut veneratio q̄ fit summe maiestati hꝫ specialeꝫ modum et nomē pre alijs venerationibus exhibitis quibuscunqꝫ dicit em̄ latria: ita etiam inuocatio

Notula moralis.

catio testimonij infallibilis veritatis hz spālē rōnē ⁊ nomē testificandi pre alijs testimonijs ⁊ iō inuocare hoīem in testem ⁊ similiter seruire homini. non est ei latriā exhibere sicut seruire deo. Ideo tñ licet per creaturā iurare: nō aūt creature latriā exhibere: qꝛ testificatio diuina in manifestatione cōsistit. ⁊. diuina aūt nobis ꝑ creaturas manifestant. sꝫ latria exhibet ipsi inquātū in se summus est. ⁊ ideo nō exhibet sibi in aliq̄ creatura. ¶ Ad vltimū dōm ꝙ tunc ꝓprie dr̄ aliqͥs ius veritatis dicte a se deo reddere qñ in ip̄m sicut in p̄mā originem oīs veritatis suū dictū reducit: qđ nō fit in simplici assertione. Et iō sciendū ꝙ iuramentū quod fit per creaturas quodāmō est licitū et quodāmō illicitū. Si enim aliquis ꝑ creaturā iuret quasi per primā originem veritatis illicitū est iuramētum et ad idolatriam ꝑtinet. Si aūt iuret qͥs ꝑ creaturā vt in qua p̄ma veritas relucet: sic licitū est iuramentum.

¶ Utrum iuramentum sit de ꝑ se appetendis.



D secūdū sic ꝓcedit. vr̄ ꝙ iuramentū sit de ꝑ se appetendis. Sicut eīn in lr̄a dr̄ iurare est ius veritatis deo reddere. hoc autē est honestissimū ⁊ appetendū: ergo ⁊ iuramētū. ¶ P̄terea in lr̄a dr̄ ex verbis Aug. quicūqꝫ iurat ꝑ aliqđ venerat illud. sꝫ veneratio nē deo exhibere est appetēdū et frequētādū. ꝗ iuramētū ē hmōi. ¶ P̄terea oīs actus in quo deo cōformamur est per se bonꝰ: sed iurare est hmōi: qꝛ in. ps. dicitur Jurauit dn̄s ⁊ nō penitebit eū. ergo iuramētū est ꝑ se bonum. ¶ Sꝫ ꝯ. Nullius ꝑ se boni cupiditas vel delectatio ꝓhibet: sꝫ sicut dicit Aug. ꝓhibemur iurare cupiditate vel delectatione iurādi: ergo iurare nō est ꝑ se bonuꝫ. ¶ P̄terea cuiuslibet ꝑ se boni frequētatio est vtilis. sꝫ frequēs iuratio ꝓhibet in Eccl. Iurationi nō assuescat os tuū. ergo iurare nō est bonū.

¶ Utrū iuramētū sit licitum. 1ª que stiuncula.

Ulterius videt ꝙ etiā nō sit licituꝫ Omne qđ prohibet est illicitum sꝫ iuramētū ē prohibitū Mat. 5. Ego aūt dico nō iurare oīno ⁊c. Et Jac. vlti. Ante oīa fratres mei nolite iurare ⁊c. ergo iuramentū est illicitū. ¶ P̄terea nullius rei volūtas prohibetur nisi peccati sed voluntas iurandi ꝓhibetur: cum dicitur. Nolite iurare: vt sci ⁊ magistri dicūt ergo iurare est illicitū. ¶ P̄terea in sortibus ⁊ iudicijs q̄ fiunt per ignē ⁊ aquā vel per duellū expectatur diuinū testimoniū: ⁊ ꝓpt̄ hoc sunt ꝓhibita: qꝛ in his videtur esse q̄dā dei tētatio. sed iuramētū est inuocatio diuini testimonij: vt dictū est. ergo iuramentum est illicitum. ¶ Sed contra est ꝙ apl's in multis locis iurauit: vt ptꝫ Ro. p̄mo. Testis ē mihi deus ⁊c. ¶ P̄terea nullꝰ actus cadēs supra debitā mām est illicitus si nō fiat ibi alterius circūstantie corruptio. sed iurare per deū est actus cadēs sup debitaꝫ materiaꝫ. ergo cumꝫ nō importetur in hoc alicuius circūstantie corruptio videtur ꝙ sit licitum. ¶ Utrum ad hoc ꝙ iuramentū

sit licitum requirantur veritas iustitia. et iudicium.

1a que stiūcula.

Alterius videt q non reqrātur isti tres comites qui in littera ponūtur ad hoc q iuramētū sit licitū scz veritas: iustitia: et iudiciū. vbi eni non est veritas non est iustitia: q veritas iustitie pars est: sz pars nō dz diuidi cōtra totū. ergo veritas nō debet cōnumerari iustitie. ¶ Preterea iudiciū non videt aliud esse q̄ executio iustitie. ergo posita iustitia superfluū est ponere iudiciū. ¶ Preterea iuramētū qd fit sine istis comitib9 est piuriū. vt in littera dr. si ergo iudiciū est comes iuramenti nūq̄ licebit iurare extra iudicium qd falsum est. ¶ Preterea multa alia requirūtur ad iuramētū q̄ ista tria: sicut debita forma iurādi: debitū tps statū: vt. s. ieiuni ad iuramētū accedant: et multa hmōi. ergo videt q nō sint tātū tres comites iuramenti. ¶ Preterea in oib9 factis nris reqruntur ista tria. ergo non magis debent poni comites iuramenti q̄ alioꝝ nostrorum operum.

Respondeo dōm ad pmā qōnē q sicut in cōfirmatione q̄ fit p rōnes duo sūt. s. mediū pbās et id qd pbat. Ita ēt in cōfirmatione iuramēti est dictū humanū quasi pbādū: et diuinū testimoniū quasi mediuz probans. Mediū aūt fm artē sillogisticā debet esse ex eodē gñe: vnde in necessarijs sumunt media necia et in cōtingētib9 contingentia. veritas aūt hūanorū verborum est minime firmitatis. Tum ex hoc q error facile rōni accidit. Tum ex hoc q lingua prona est ad defectum: et idō diuinā veritatē q̄ est oīno infallibilis ad dicta nostra confirmāda assumere nō multū ꝯuenit nisi necessitas incūbat. Et idō iuramētū nō ē ꝯputādū inter ea q̄ sunt p se appetēda. sz iter ea q̄ ppter necessitatē fiunt: sicut sunt bona vtilia: vt sectio vulneris vel aliqd hmōi.

Ad primū g dōm qd supposito q iurādū sit. iustū est q p deū iuret: q in hoc vis originis ois veritatis sibi recognoscit: nō tñ opz q iurare simplr sit p se iustū et bonū. ¶ Ad scōm dōz q veneratio diuina consistit in ipso iuramento quasi medio assumpto: sed applicatio ei9 ad māz in qua de facili est defectus nō est oīno conueniens. ¶ Ad tertiū dōm q in iuramento diuino medium assumitur ex eodē gñe. q sicut deus est imutabilis. ita ēt in dicto suo falsitas eē nō pōt: et ppter hoc iuramentū eius est p se bonū: nec est siřr de nostro iuramento.

Rñsio ad 1am qstiunculam

Ad secūdā qōnē dōm q aliquid pt habere indecētiā duplr vel p se: vel ex eo qd seqt. quod aūt ex se indecētiā hz nullo mō. pōt licitū eē q̄tūcūq; necessitas incumbat: sicut pz i stupro et in alijs q̄ sunt mala ex genere. Qd autem hz indecētiā ppt pīculū seqūs duo reqrit ad hoc q ꝯueniēter fiat. Unū est cautela sufficiēter cauens illud periculū. Aliud ē vtilitas cōsequens. sicut pz i sectione vulneris. si eni per eā sanitas reddat: et talis cautela adhibeatur q mēbra cetera nō ledantur cōuenienter fit iuramētū autē incōuenientiā quandaz videtur habere. vt dictū ē pro-

pter defectibilitatē hūanoꝝ verborū: ad q̄ assumit veritas imutabilis: si aūt hūana verba eēnt hoc mō defectibilia ꝙ sꝑ necesse esset ea deficere: oīno iuramentū de se indecētiā haberet: ꝛ nulla necessitate liceret iurare: sed qꝛ vba hūana nō semꝑ deficiunt sed aliqn̄ veritatē hn̄t: iō diligenti cautela adhibita vt defectus euitet licet iurare ꝓpter aliquā necessitatem.

Ad primū ꝗ dōꝫ ꝙ iuramētū oīno nō est ꝓhibitū: neqꝫ ꝑ xp̄ꝫ. neqꝫ ꝑ aplm eiꝰ. sed ē ꝓhibita facilitas iurādi: ꝑꝑ piculū. vt. s. ds nō ex q̄cūqꝫ cā iuret. nec iuramētū affectet tāqꝫ ꝑ se bonū. ¶ Ad 2m dōꝫ ꝙ volūtas absoluta ē ꝑ se bona: sꝫ eiꝰ qđ est bonū tm̄ ꝑꝑ iminētē necessitatē nō est voluntas absoluta sed ex suppōne. In his ꝗ q̄ sunt ꝑ se mala vtraqꝫ volūtas ꝓhibet. In his vo q̄ sunt ꝑ se bona: neutra. In his vero q̄ sunt ꝑ se bona ꝑꝑ necessitatē aliquā ꝓhibetur pma voluntas: et nō scda. ꝛ hoc mō ꝓhibet voluntas iurandi. ¶ Ad 3m dōm ꝙ in pdictis factis vbi expectamꝰ diuinū iudiciū vel testimoniū prefigit hō quasi terminū ꝛ modū do testimoniū reddēdi: ꝛ iō est q̄dā dei tentatio. sed in iuramēto nō fit ita: ꝛ iō non est simile.

Rn̄sio ad 2am q̄stiun culam

Ad tertiā qōnē dōm ꝙ ad hoc ꝙ iuramētū sit rectū tria requirūtur Unū ex parte ipsiꝰ rei de qua iurat: ꝛ sic reqritur veritas ꝑ quā dictū rei adequat: alˢ dictū non eēt ꝯfirmatiōe dignū. Aliđ reqrit ex pte cāe ꝑ q̄ iurat. ꝛ sic reqrit iustitia. alˢ nō eēt debita necessitas. Tertiū reqrit ex pte iurātis. ꝛ sic reqrit vt cū discretiōe iuret: alˢ non adhiberet debita cautela: ꝛ sic est iudicium.

Ad primuꝫ ꝗ dōm ꝙ veritas nō accipit hic fm ꝙ est pars iustitie sed fm ꝙ est adeqtio vocis ad rem. ¶ Ad scōm dōm ꝙ iudiciū nō accipit hic quod est vnius in ordine ad alterum qđ est executio iustitie: sed quod est alicuius ad seipꝫ i hoc ꝙ discutit qđ facere debeat. ꝛ qđ accidere possit. Et per hoc ptꝫ solˀo ad tertium. ¶ Ad 4m dōm ꝙ in iudicio qđ est discretio iurātis includit debita forma: ꝛ euētus ꝛ tempus: et omnia q̄ ex parte iurātis cōsiderādo occurrūt. ¶ Ad 5m dōꝫ ꝙ ꝓpter periculum qđ in iuramento imminet ꝑ alijs nostris actibus precipue iuramento isti comites adhibentur.

¶ Utrum iuramentum incautū sit obligatorium.



Ad tertiuꝫ sic ꝓcedit. videtur ꝙ iuramētum incautum sit obligatoriuꝫ Juramentum eīm incautū dr ꝙ vergit in exitum malū vel minꝰ bonum: sed tale fuit iuramētum quod Josue Gabaonitis exhibuit: qđ cōtra preceptū dei fuit quo preceperat: ne cum gentibꝰ fedus inirent: ꝛ tamen obseruauit illud iuramētum reputans se obligatū: ergo iuramentū incautuꝫ est obligatoriū. ¶ Preterea esto ꝙ aliquis iuret nūqꝫ se intraturū religionē: illud iuramentuꝫ incautum reputatur: ꝛ tn̄ vr qđ sit obligatoriū: qꝛ sine peccato pōt religionem nō ingredi: si aūt intret piurium incurrit. quilibet

quod obrigat ad hoc vt bonū illō dimittat qd̄ sine pctō fieri nō pt ergo iuramētū incautū videt̄ obligatoriū. ¶ Preterea si aliqs iuret se nunq̄ plationē recipe: hoc iuramētū sit̄ reputat̄ incautū eo q̄ ipedit̄ vtilitas cōis. ꝛ tn̄ vt videt̄ obligat ad sui obseruationē qꝛ si etiā nō iurasset laudabile est vt prelationē quis fugiat. ergo iuramētū incautū ē obligatoriū. ¶ Sꝫ cōtra. Sicut Bern. dicit qd̄ pro charitate institutuꝫ est cōtra charitatē nō militat. sꝫ iuramētū ꝓ charitate institutuꝫ est. cū ergo p iuramētū icautū charitas ipugnet̄: qꝛ ē de aliq̄ malo faciēdo vl̄ d̄ aliq̄ bono omittēdo vr̄ q̄ tale iuramentū nō sit obligatoriū. Preterea nihil attigit ꝓpriā ꝟtutē nisi qñ pfectū est: vt dr̄. 7. phy. sed virtꝰ iuramēti est obligare. cū ergo iuramētū pficiat̄ tribꝰ comitibꝰ videt̄ q̄ iuramentū vbi tres comites nō occurrūt nō sit obligatoriū. sꝫ in omni iuramento incauto deest iustitia si illicitū sit q̄ iurat̄. vel iudicium. si per hoc aliqd̄ bonū impediatur. ergo iuramentuꝫ incautum non est obligatorium.

1ª questiuncula. ¶ Utrum iuramentum coactuꝫ sit obligatorium.

Alterius videt̄ q̄ iuramētū coactū nō sit obligatoriū. Nullus enim pōt ad aliqd̄ spāle obligari nisi seipsum obliget sꝫ nullꝰ dr̄ aliqd̄ facere nisi qd̄ volēs facit. cū ergo iuramētū coactū volūtatē iurātis excludat. videt̄ q̄ tale iuramētū nō sit obligatorium.

¶ Preterea maior est obligatio matrimonij q̄ iuramēti: qꝛ si aliqs iurauit se nūq̄ matrimoniuꝫ initurū: ꝛ postea mr̄imoniū consummauerit: tenet̄ in mr̄imonio pseuerare: sed coactio cōtractuꝫ impedit matrimoniū. ergo etiaꝫ impedit obligationē iuramēti.

¶ Preterea iuramentū nō obligat nisi in hac necessitate: vt pctm̄ euitet̄. sꝫ coactio excludit reatū pcti. vn̄ Lucia dixit. Si inuitam me violare feceris castitas mihi duplicabitur ad coronā. ergo et obligationem iuramēti tollit.

¶ Sꝫ cōtra est auctoritas Aug. qui respondit ex cōsilio btī Ambro. cuidā qui coactꝰ iurauerat quādam ducere vxorē q̄ matrimoniū teneret. ergo videt̄ q̄ coactū iuramētū sit obligatoriuꝫ.

¶ Preterea iuramētū cui nō deest aliqs suoꝝ comitū est obligatoriū. sꝫ coactio nō tollit aliquē comitē iuramēti. ergo nō aufert obligationem a iuramento.

¶ Utrum iuramentum obliget ſm intentionem recipientis.

Alterius vr̄ qd̄ iuramētū nō obliget ſm intentionē recipientis. 2ª questiuncula.

Nullꝰ enī debet ad ignotū obligari. sed intētio iuramētū recipiētis est mihi ignota. ergo iuramētū meum non obligat me ſm intentionem illius. ¶ Preterea iuramentū exhibetur ad confirmationem sermonis iurantis: sꝫ intentio iurantis propinquior est sermoni suo quam intentio alterius. ergo magis obligat ſm intentionē iurantis q̄ recipientis ¶ Preterea ad obligationem iuramēti voluntas iurantis requiritur q̄ seipsum obligat: sed si desit ei intentio obligandi se ſꝫ intentionē recipiētis nō est ibi volūtas obligationis. ergo iuramētū illud nō erit obligatorium ſꝫ intentionē recipientis. ¶ Sꝫ cō

tra. Iuramētū institutū est vt p ipm fiat fides de sermonib⁹ iurātis recipienti. sʒ hoc nō eēt nisi fm suū intellm iuramētum acci piendum esset. ergo iuramētum obligat fm intentionē recipien tis. ¶ Preterea fraus ꝛ dol⁹ nemini debet patrocinari. hoc aūt accideret si aliquis dolose iurās fm suam intentionem tantum obligaretur. ergo obligat fʒ intentionem recipientis.

Respondeo dōm ad pri mā qōnem ꝙ duplex est iuramētū. vnū assertoriū. ꝛ aliō ꝑmissoriū. Promissoriū iuramētū ē de eo qō i futurū a iurante faciendum expectatur. vel per se vel per aliū. Assertorium vero est qō fit ad confirmationem veritatis ꝛ phtis et preterite: si etiam cā non simus. In iuramento ergo assertorio est vna tm̄ obligatio scilʒ qua qs obligat ad pctm̄ si veritas suo iuramento desit. In iuramento aūt ꝑmissorio est duplex obligatio. Una qua quis obligat ad faciēdū hoc qō iuramēto ꝑmisit. Alia qua obligat ad pctm̄ si nō fecerit. His ergo visis sciendū ꝙ sicut nō ois assertio est digna vt iuramēto firmet: ita nec ois promissio: sʒ illa tantū que vtilitatē aliquam cōtinet. Unde si promissio q̄ est de aliquo quod salutē impediat siue sit ɔ̄irū saluti siue vie pfecte in salutem iuramento firmetur: ex hoc ipso iuramētum efficitur indebitū quasi act⁹ cadens sup idebitā mā. n. vnde obligat scdā obligatiōe q̄ est ad pctm̄: nec remanet ei ṽt⁹ obligādi p̄ma obligatiōe ad faciendū. p̄ª eīm obligatio est ad vitādū scdām obligatio nem.

Distinctio iuramēti.

gationē. vn̄ iuramētū qō de necessitate ad peccatum obligat ipso facto ab alia obligatione vacuatur.

Ad primū ergo dōʒ ꝙ iuramentū Josue nō erat de eo qō fm se esset illicitū: sed de eo qō factum erat illicitū: q̄ ꝓhibitum. vn̄ in hoc sufficiebat intentionē seruare ꝓhibētis. Et iō vt dicit Amb. in li. de offi. mulctauit eos meliori morte. s. obsequio ministerij diuini. vt esset clemētior snia: et sic quodāmō occisi sunt serui litate que est mors interꝑtatiua fm leges. ¶ Ad scdm dōm ꝙ ipso facto quo qs iurat se religionē nō intracturuʒ periurus est ɔ̄suis eīm liceat sibi religionem nō intrare: nō tn̄ licet obicē spūi sctō ponere: ꝛ iō nō opʒ vt ad cauendū crimē periurij: qō iam vitari nō pōt. religionis ingressuʒ omittat. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ ɔ̄suis p̄lationē fugere possit qn̄ꝙ ex bono ꝓcedere. tn̄ ꝑtinaciter resistere semꝑ malū est. sicut patʒ in glo. Gre. Hiere. i. qui hoc ꝓbat exēplo hieremie et Moysi qui cū primo recusassent p̄lationis officiū: ad vltimū humiliter obedierūt. vnde hmōi iuramētū incautū reputatur: q: quantum in se est prouidentie diuine p̄iudicat: ꝛ obedientiam ad superiores excludit. quibus in hoc obedire tenetur.

Ad secūdā qōnē dōm ꝙ coactio in iuramento assertorio non pōt esse sufficiens. quia nihil potest sufficienter cogere ad hoc quod homo mortaliter peccet. quod contingit si falsum cum iuramē to asserat. vnde tale iuramētuʒ

quãtũcũqꝫ coactuꝫ est obligato rium ad peccatũ. In iuramento autẽ promissorio sciendũ ꝙ co actio potest esse sufficienter co geus ad promittendũ: qꝛ vt ma ius periculum euitetur põt ali quis aliquid promittere sibi dã nosum. quod sine peccato cõtin gere potest: ⁊ tunc talis coactio si sit sufficiens que inconstãtem virũ cadere possit tollit obliga tionẽ iuramẽti in foro cõtẽtioso, qꝛ et qui vim intulit non ꝯpetit actio ex obligatione illi⁹ iura menti. Sꝫ i foro ꝯscie ẽ obliga toriũ: qꝛ magis dꝫ hõ subire tẽ porale dãnũ ꝙ̃ fidẽ frãgere. hꝫ tñ remediũ vt in iudicio ab eo repetat: ꝙ si iurauerit se non re petiturũ potest iudici denũcia re: qui ex officio suo dꝫ raptorẽ ad restituẽdũ cogere; si autẽ iu rauerit se non denũciaturuꝫ ꝯ correptionẽ fraternaꝫ iurauit: et non tenetur obseruare.

Coactio qñ te nus suffi ciat in iuramẽ to.

Ad primũ ergo dicẽdũ qꝺ coactio non potest facere in tali casu vi olentũ absolute: sed violentum mixtũ: qꝛ opꝫ vt q̃ iurat mẽbra moueat ad loquendũ ⁊ sua vo luntate. tale aũt violẽtũ vt dicit phs in. 3. ethi. quãuis simpl'r sit inuolũtarium: tñ hic ⁊ nunc est voluntarium: qꝛ ad vitandũ ma ius malum vult minus dãnum subire. ¶ Ad. 2^m dõm ꝙ coactio tollit obligationem matrimonij qꝛ nõ solũ requirit cõsensuꝫ: sed etiã cõsensum liberũ: qꝺ non est in obligatione iuramenti. ¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ Lucia loqui tur de violẽto simpliciter i quo patiens nihil confert agenti. ta le autem violentum non potest esse in tali casu.

Ad tertiã qõnẽ dõm ꝙ iuramẽtũ ꝓ missoriũ vt dictũ ẽ obligat hac necessitate vt culpa euitetur. vñ obligat ad oẽ illud faciendum. quo nõ facto culpa incurritur. Distinguẽdũ est ergo in eo q̃ iu rat: aut eñ simpl'r: aut dolose iurat. Si iurat dolose ex duab⁹ partibus põt culpa sequi scilꝫ ex fractione iuramẽti. ⁊ ex dolo ꝯ̃uis ꝙ̃ ex ipsa rõne iuramẽti i quãtũ iuramentũ non obliget ad seruãdũ ipm nisi ꝓm suã in tentioneꝫ: tñ ex necessitate iura menti inꝯ̃tũ fuit dolosuꝫ obli gatur ad obseruandũ tal'r quod ex dolo ali⁹ non ledat: ⁊ hoc est qñ ꝓm intentionem recipientis implet iuramẽtũ. Si aũt simpl'r iuret absqꝫ dolo. tunc in foro cõ scientie nõ obligatur nisi ꝓꝫ suã intentionem: sed in foro conten tioso vbi intentio ignorat obli gatur ꝓm ꝙ verba cõiter accipi solent. ¶ Et per hoc patet solu tio ad obiecta.

Rñsio ad 2^a ꝫ q̃stiun culaꝫ.

¶ Utrum periuriũ sit mẽdaciuꝫ iurameto firmatum.



AD quartũ sic ꝓcedit. Uidet ꝙ periuriũ nõ sit mẽ daciũ iuramẽto fir matũ. Omne eñ mendaciũ ẽ fal sa vocis significatio. vt in prece. di. dictũ est. sed piuriũ põt eẽ si ne falsa vocꝭ significatiõe. qꝛ siẽ in lr̃a dr̃ q̃ iurat verꝫ qꝺ putat eẽ falsum periurus est. ꝙ̃ non oẽ piuriũ est mendacium iuramẽto confirmatum. ¶ Preterea per iurium qñqꝫ incurritur in iura mentis q̃ de futuris contingen tibus fiunt. sed in futuris cõtin gẽtib⁹ non est veritas vel falsi

tas determinata. vt probat phs. et sic piuriu pot esse sine falsa vocis significatioe: et sine medacio ¶ Preterea in lra dr q qui falsum iurat qd credit esse veru periurus est. sed talis no mentit. ergo piurium potest esse sine mendacio. ¶ Preterea hiero. dicit q iuramentu qd tres comites no hz est piurium: sed defectus iustitie vl iudicij no facit mendaciu: sed solum defectus veritatis. ergo no oe periuriu est medaciu. ¶ Preterea periuriu nihil aliud est vt videt q̄ peruersuz iuramentu: sz iuramentu peruertit no mendacio tantu: sed etia per falsam forma iurandi: sicut q iurat p idola. ergo periuriu pot est sine medacio. ¶ In contrariu est diffinitio q̄ in lra ponit. ¶ Preterea iuramentum est ad confirmatione veritatis: sed medaciu veritati opponitur. ergo periuriu qd est peruersitas iuramenti est mendacium. ¶ Preterea iurare est ius veritatis deo reddere: sed quicuq sine medacio iurat ius veritatis deo reddit. ergo sine medacio est iuramentum et non periurium.

Respōdeo dōm q qlibet res denominat a suo copleméto: et nome qd sumit a defectu alicuius rei pprie denolat defectum q accidit circa cōplemētu alicuius rei. Iuramētu aut in cōfirmatioe veritatis cōplet: sic silogismus in confirmatioe cōclusiōis. vn sicut dr insillogizatum esse quando cōclusio non sequit ex premissis: non autē quādo aliqua premissaru est falsa manēte forma debita. Ita etiam periuriu qd defectu iuramenti nominat significat defectum qui accidit in re

Cōpletio iuramēti veritas.

que iuramento confirmāda erat defectus autē cōfirmationi veritatis contrarius est mendaciuz et ideo piuriu pprie loquēdo nolat defectu mendacij in iuramento.

Ad primum ergo dicenduz: q q̄uis assertio illius q dicit verū putans esse falsum no sit mēdacium absolute: est tamen mēdacium in cōparatione ad dicētem. vnde et ipse mentiri dr vnde et in hoc periurio est aliquo modo mendacium. ¶ Ad scdm dōz q futuru no potest habere veritatē determiatā nisi i sua causa que determiatur ad affectu illuz causa aut cōtingentiu q̄ per nos fiunt est nostra voluntas: q̄ quidem determinatur ad effectu p propositu firum de aliquo faciēdo: et tale propositum significat se habere q iurat se aliqd facturum. vnde ex hoc ipso q iurat illud ad qd firum ppositu no habet mendacium incurrit et periurium. ¶ Ad 3m dōm: q iuramētum non est exhibendum nisi de eo de quo quis certitudinē habet. vnde q̄cuq iurat aliquid significat se de hoc certu esse. De falso aut certitudo esse non pōt vnde q iurat falsuz qd putat eē veru: ex ipso mō affectiōis quodāmodo mendaciu incurrit: q̄uis assertum ipsum sm se no sit mendaciu. ¶ Ad 4m dōm: q iuramentu pmissoriu in quo deest iustitia vel iudicium aliquo modo continet mendaciu quantuz ad id qd fieri debet: quia vnusquisq tenetur abstiere ab eo qd est illicitum: et bonis et perfectionibus non contra niti. vnde ex hoc q iurat aliquid illicitu obligatus remanet quodāmodo ad

mentiendum. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ non omnis peruersitas iuramenti facit periuriū: sed illa tantum que est in eius complemento: vt dictum est.

¶ Utrum omne periuriū sit peccatum mortale.



Ad quintū sic proceditur. videtur ꝙ non omne periuriū sit peccatū mortale. Sicut enim ↄtingit mentiri iocose: ita et piurare: sed mendaciuꝫ iocosum non est pctm̄ mortale. ergo nec periurium. ¶ Preterea cōtingit ꝙ propter consuetudinem iurādi aliquis ex lapsu lingue falsum iurat: et esset graue dicere ꝙ talis mortaliter peccaret. ergo nō oē periuriū est mortale pctm̄. ¶ Preterea sicut iurare falsum: ita etiā iurare sine cā ꝓhibetur precepto scd̄o decalogi. Non assumes nomen dei tui invanū: sed iurare sine causa nō semꝑ est pctm̄ mortale. ergo nec iurare falsuꝫ. ergo vt ꝑus. ¶ Sꝫ cōtra Aug. in quodā ser. dicit ꝙ falsa iuratio perniciosa est: sꝫ nihil dr̄ esse perniciosuꝫ nisi pctm̄ mortale. ergo periuriū est pctm̄ mortale. ¶ Preterea omne qd̄ contrariū precepto legis est peccatum mortale: sed periuriū directe contrariatur huic ꝑcepto. Non assumes nomen dei tui in vanum ⁊c.

¶ Utrum liceat recipere vel exigere iuramentum.

1ª que stiūcla Alterius videtur ꝙ non liceat iuramentū recipere vel exigere. Super illud Ro. 1. Testis est mihi deus. dicit glo. Tu nō facis malum qui bene vteris iuratione vt alteri sudeas qd̄ vtile est: sed a malo est. supple illius qui recipit iuramentū. ergo recipiēs iuramentū peccat. ¶ Preterea ille q̄ exigit ab aliquo iuramentū vel scit eū iurare verum: vel scit eum iurare falsum: vel nescit an falsum an verū iuret. Si scit eū iurare verū videtur peccare: quia pro nihilo facit eum iurare. Si scit eū iuraturū falsum: homicida illius est. vt in lr̄a dr̄. Si aūt nesciat alterum. Or de hoc dicit Aug. sup illud Ro. 1. Testis est mihi deꝰ. Non audeo dicere hoc nō esse pctm̄: sed hūana tētatio est. ergo exigere iuramentū q̄libet modo pctm̄ est. ¶ Preterea Ro. 1. dicitur ꝙ qui consentiūt male faciētibus digni sunt morte: sꝫ q̄ iurat ꝑ idola peccat mortaliter. qui aūt ab eo iuramētuꝫ recipit videtur ei ↄsentire. ergo ad minus recipiens tale iuramētū peccat. ¶ Sed cōtra est qd̄ legitur Gen. 31. de Jacob q̄ recepit iuramentum Laban. qui. s. per deos suos iurauit: nec est dc̄m ꝙ peccauerit. ¶ Preterea sine quo nō potest ordo iudiciarius obseruari nō videtur esse pctm̄: sed ordo iudiciarius in multis casibus sine receptione iuramenti obseruari nō posset. ergo recipere iuramētum non est peccatum.

Respondeo dc̄m ad primam questionē ꝙ iuramentum est duplex. Quoddā in quo aliqs percipit se iurare: ⁊ tūc si falsum iurat credo ꝙ semper peccet mortaliter siue sit iuramentū solēne siue nō solēne: ⁊ precipue qn̄ percipit falsuꝫ esse qd̄ iurat. Qd̄dam vero iuramentum est in quo hō non attēdit ad iuramentū: et q̄si Iuramenti distinctio.

nõ percipit se iurare: s3 ex lapsu lingue & iuramentũ prolabitur: et qz tunc quasi nesciens iurat: & nesciẽs nõ reputat voluntarius: ideo in tali casu videt quis non volũtarie iurare. vnde si sit falsũ hoc de quo iurat: siue percipiat esse falsum siue non: dummodo non sit mendacium perniciosuz nõ dico q sit peccatũ mortale s3 veniale. valde tamen cauenduz propter vicinitatez ad mortale.

Ad primũ ergo dõs: q nõ est simile de mendacio & periurio: qz iuramentũ non est nisi cuz magna cautela adhibendũ vt dictum ẽ: & propter vtilitatẽ aliquã. vnde si iocose aliquis periurat nõ excusabitur. ¶ Ad scõm ptz solutio ex dictis. ¶ Ad 3m dõm q iurare sine causa nõ directe opponitur illi precepto: sed indirecte. Directe aũt apponiur ei iurare falsum; qz hoc est qõ confirmari nõ potest. vnde vana est iuratio vnde nõ op3 q iurare sine causa semp sit mortale peccatuz: sicut iurare falsum.

Rñsio ad q̃stiunculam

Ad secundã questionẽ dicẽdum: q sicut iurare non semper malũ est; sed qñq3 est licitũ quãdo p necessitate aliq̃ et cũ cautela iurat. & ita etiam iuramentuz recipere vel exigere ex causa necessaria: & aliis debitis circustantiis obseruatis potest esse sine peccato.

Ad primũ ergo dõm: q non itelligitur ibi malum culpe sed malum pene: qõ est ex ignorãtia illius qui iuramẽtuz recipit: si eñ sciret an esset verũ hoc pro quo iuratur iuramẽto opus nõ esset

¶ Ad scõm dõm: q quando aliquis scit l pbabiliter credit q aliquis deierabit non licet ei iuramentum exigere nisi forte sit in loco iudicij: quia iuramentuz in iudiciis non tantum exhibetur propter iudicẽ: sed pter alios. vnde nõ est in potestate eius iuramentũ remittere: qõ sm ordinem iuris exhibendũ esset. Silr si sciat eum iuraturũ verũ põt licite iuramentũ exigere nõ pro se sed p aliis qui hoc nesciũt. si autem dubitet dubitatio ex tanta suspitione pcedere põt q cũ peccato erit. Et iõ Augu. nõ audet dicere q sit sine pctõ: nõ tamen dicit q semp sit pctm ¶ Ad 3m dõm: q ille q iurat per idola peccat q̃dem quãtũ ad formã iuramenti: sed nõ quãtũ ad assertionẽ veri vel promissionẽ alicuius qõ redũdat in bonũ cõmune. et quantũ ad hoc potest ei cõsentire sine peccato: sed non quantuz ad primum. et ideo iuramento eius vti possumus quandoq3 sine peccato.

Nota la moralis.

¶ Expositio textus.



Hunc de periurio videamus &c.) Videt q tractatum istum ponere debuerit in expositiõe scdi pcepti. Sed dicendum q periurium ad sui cognitionẽ presupponit mendaciũ: & ideo necessitate tractandi post mendacium de periurio tractauit. (Infirmis ergo illud prohibuit.) propter duo pericula. Primo ne aliquod numẽ creaturis inesse crederent. Secundo ne tali iuramento se obligari nõ credentes fidẽ frangerent. (Qui vero per euangeliũ maius

Instãtia cõtra textũ dissoluit.

quidā rc) Hoc ideo cōtingit q2 in solēni iuratione vbi maior deliberatio adhibetur tali forma i iurādo vtimur. (Sācta sinodus decreuit rc.) Ratio institutionis fuit q2 ad iuramētū reqritur sūma cautela que exigit sobrietatē Excipiūtur tamē casus illi in q̄bus mora protraheret periculū sicut est pro pace facienda.

¶ Distinctio. xl.



Extū p̄ceptum est. Non desiderabis vxorē p̄ximi tui. Septimum. Nō cōcupisces domū p̄ximi tui, nō seruū nō ancillā rc. sed videtur p̄ceptū de non cōcupiscēdis rebus proximi vnu3 cū eo esse q̄d dicitur. Nō furaberis. Et p̄ceptū de non cōcupiscēda vxore vnu3 esse cū eo quo dicit̄. Nō mechaberis. Poterat enim p̄ceptū nō furandi in illa generalitate intelligi: vbi de nō cōcupiscenda re proximi p̄cipitur. Et in eo q dc̄m est. Non mecaberis poterat illud intelligi. Nō ɔcupisces vxorē p̄ximi tui. S3 i ill' duob⁹ p̄cept3 nō meccandi et non furandi ip̄a op̄a notata sunt et p̄hibita. In his v̄o extremis ip̄a cōcupia. Multū ergo differunt illa ab istis. Vñ illi p̄cepto non mechādi fit supadditio in euāgelio: vbi omnis cōcupiscētia mechādi p̄hibet̄

¶ Quare lex comprimere dicitur nō animū sed manum.



Ed cū hic p̄hibet̄ concupiscētia aliene vxoris et aliene rei: quare dicit̄ lex comprimere manū et nō animum. Euāgelium vero r manum et animum: illud de lege dicitur secundum cerimonialia non secūdum moralia vel quia in lege non est generalis prohibitio omnis mortifere cōcupiscētie: vt in euāgelio.

¶ Quid sit littera occidēs.



I vero queritur quam vocat apostolus litterā occidētem. Ea certe est decalogus qui non dicitur littera occidēs eo q mala sit lex: sed q2 prohibens peccatum auget concupiscentia3: r addit preuaricationē nisi liberet gratia: que gratia nō sic abūdat in lege vt in euangelio. Lex ergo bona est: et tamen occidit sine gratia: cum sit virt⁹ peccati que iubet quod sine gratia ipleri nō potest. Gratia aute3 deerat: et ideo littera occidens erat. Distat autem euangelij littera a legis littera: quia diuersa sunt p̄missa ibi terrena: hic celestia p̄mittit. Diuersa etia3 sacramenta quia illa tantu3 signi

Attende lector hoc capitulū

ficabant: hec conferunt gratiam. Precepta etiam diuersa quantum ad cerimonialia. non quantum ad moralia sunt eadem: sed plenius in euangelio continentur. Audistis decem chordas psalterij: vtrique sexui impositas: que charitate tangenda sunt: vt vitiorum fere occidantur. ¶ Diuisio textus.

Ostquam determinauit magister de preceptis decalogi que respiciunt opus exterius et locutionem. hic ponit duo vltima precepta que respiciunt concupiscentiam cordis. Et circa hoc tria facit. Primo enumerat ipsa precepta. Secundo mouet questiones circa ea. ibi. (Sed vtrum preceptum etc.) Tertio recapitulat quod dixerat: et continuat se ad sequentia. ibi. (Audistis decem chordas etc.) Circa secundam partem mouet duas questiones. prima est de differentia horum preceptorum ad alia precepta decalogi. 2ª est de differentia totius veteris legis ad nouam que ex solutione prime questionis ortum habet. et hoc ponitur ibi. (Sed cum hoc prohibeatur concupiscentia etc.) Et circa hoc tria facit. Primo mouet questionem et eam soluit. Secundo mouet questionem de effectu littere veteris le. ibi. (Si vero queritur quam vocat apostolus etc.) Tertio breuiter colligit differentiam inter litteram euangelij et literam legis. ibi. (Distat autem euangelium litera.)

¶ Questio. I.

Ic queruntur quattuor. primo de assignatione istorum preceptorum. 2º vtrum verum sit quod lex Moysi in manus cohibuerit. 3º vtrum eadem lex iustificaret vel occideret. 4º. vtrum eterna promitteret vel terrena.

¶ Utrum duo precepta de concupiscentia conuenienter assignentur.



D primum sic proceditur. videtur quod hec duo precepta inconuenienter assignentur. Precepta enim negatiua ordinantur ad prohibitionem peccatorum. Sed vnum est peccatum cordis et operis: sicut in .2. li. dis. 42. dictum est. ergo non debuit alio precepto prohiberi concupiscentia mechandi vel furandi quam ipsa mechia vel furtum. ¶ Preterea sicut in furto et mechia contingit peccare corde et opere; ita et in homicidio: et alijs peccatis: sed alia precepta non variantur per concupiscentiam et opus neque affirmatiua neque negatiua. ergo neque preceptum de furto et de mechia debuit hoc modo variari. ¶ Preterea nihil debet lege prohiberi quod licite fieri potest: sed licite potest fieri quod aliquis domum proximi sui possideat; vt si emat eam. ergo licite potest eam concupiscere. ergo talis concupiscentia non debuit lege prohiberi. ¶ Preterea sicut contingit peccare in concupiscentia rerum proximi: ita et in concupiscentia curiositatis quam aug. dicit esse concupiscentiam oculorum in li. de vera religione. Et similiter in concupiscentia dignitatum et huiusmodi: circa quas et concupiscentias sunt diuerse virtutes et vitia: sed precepta dantur ad inducendum homines ad virtutem et ad vitiorum prohibitionem. ergo de omnibus istis concupiscentijs debuerunt diuersa precepta dari. ¶ Preterea omne quod est contra preceptum est peccatum mortale: sed primi motus qui ex corrupta concupiscentia procedunt non sunt peccata mortalia. ergo non debuit dari preceptum de non concupiscendo.

Virtutis rō i͂finuat

Respondeo dīm q intētio legis est vt hoīes ad ꝟtutē iducāt: ad virtutē aūt non sufficit vt act⁹ ꝟtutis qualr̄cūq; fiat: ſ; opꝫ vt hō sciēs ⁊ volēs: ⁊ ꝑpter debitū finē ꝑseuerāter ⁊ delectabil'r opetur: ſimil'r ēt nō sufficit q act⁹ cōtrari⁹ q̄litercūq; ꝑtermitat. niſi ēt volūtas illd faciēdi derelinqt: ⁊ paſſiōes iclinātes ad actū illicitū ordinent: ⁊ iō i ꝑceptis decalogi nō debuit solū ꝓhiberi act⁹ illicit⁹: ſ; ēt cōcupiscētia illicitaꝝ rerū.

Ad primū ergo dīcꝫ q petm̄ cordis ⁊ operis: sicut ibidē dictū est: qn̄ coniungunt sunt vnuꝫ petm̄: sed qꝛ qn̄q; in corde peccat nō ꝑueniēdo ad actū: tūc petm̄ cordis a petō exterioris opis distiguit: et iō etiaꝫ diuerso ꝑcepto ꝓhibet. ¶ Ad 2m dīcꝫ q ꝑcepta affirmatiua ꝑcipiunt aliquē actū bonū: bonū aūt cōsurgit ex diuersis coadunatis ad ꝑfectiōem suā qd ē ex vna ⁊ tota causa. vt dicit Dio. ⁊ iō hoc ipo q aliqs bonus act⁹ p̄cipit oēs cōditiōes iplicant q̄ ad bonitatē requirunt: ⁊ iō p̄cepta affirmatiua nō fuerūt distincta circa idē genus ꝑ ꝑceptū operis ⁊ cordis: petm̄ aūt qd p̄cepto negatiuo ꝓhibet cōtingit olfariā ex singularibus defectibus: vt Dio dicit. ⁊ iō ad diuersa q̄ possunt petm̄ inducere ꝑnt diuersa ꝑcepta ordinari. Iō tn̄ potius petm̄ furti ⁊ mechie hoc mō variat ꝑ diuersa ꝑcepta q̄ homicidioꝫ vel alia petā: qꝛ bonum in q̄tum in se est mouet cōcupiscētiā: obiectū aūt furti ⁊ mechie est aliqd bonū tpale: vn̄ etiā ꝑ se cōcupiscētia hoꝝ sine ꝓgreſſu ad actū hꝫ quādaꝫ delectatiōeꝫ qd

Notu lavnl.

nō cōtingit in homicidio cuius obiectum est nocumētū illarū ꝓximo: qd de se horrorez potius q̄ delectationē facit. ¶ Ad 3m dīcꝫ q nō pōt licite poſſideri domus ꝓximi niſi dominio translato in alterū: ⁊ tūc desinit eſſe ꝓximi: et iō nō simpl'r ꝓhibet cōcupiscentia dom⁹: ſ; cōcupiscētia dom⁹ ꝓximi: cū ipm cōcupiscētie nomē: qꝛ itēſionē desiderij dicit in quādam supfluitatē sonare videt: et ita in malum. ¶ Ad 4m dicēdū q cōcupiscentia curiositatis que fit per oculos reducit ad cōcupiscentiā delectationis carnis: ad quā etiaꝫ reducunt delectationes alioꝝ sensuū sicut ad ꝑncipalius cōcupiscētia aūt honoris dignitatis vel hmōi reducit ad cōcupiscētiā tpaliū bonoꝝ quoꝝ dignitas nūmismate mensurat. ¶ Et sic pꝫ q oīs cōcupiscentia aliquo mō istis duobus mandatis ꝓhibet fm regulā superi⁹ de intellectu ꝑceptoꝝ datā. ¶ Ad 5m dīm q lex nō dat niſi rōnem habēti. vn̄ illa cōcupiscētia tm̄ directe precepto legis prohibet: q̄ ad rōnis consensum ꝑtingit que petm̄ mortale est. Cōcupiscentia aūt q̄ est in ꝑmis motibus nō est cōtra legē sed ꝑter legem: ⁊ ideo peccatum veniale est.

¶ Utꝝ lex mosaica cohibeat tm̄ manum: an etiam animum.



Ad secūduꝫ sic procedit. videt q lex mosaica nō soluꝫ manum: sed etiā animum cohibere debeat. Eiusdeꝫ em̄ est animum ordinare ad virtutem ⁊ cohibere a petō. sed lex mosaica ordinat animum ad virtutem. vt pꝫ Deut. 6. Diliges

dñm deum tuũ ⁊c. ergo ⁊ ipa etiã
cohibet aĩm a pctõ. ¶ Preterea.
cõcupiscẽtia in aĩa est: sʒ lex vet⁹
cohibet a cõcupiscẽtia: vt ptʒ in
his duob⁹ pceptis. ergo cohibet
aĩm a peccato. ¶ Si dicatur ꝙ
non cohibeat ab omni cõcupiscẽ
tia. Cõtra. Sub his duobus pre
ceptis; vt dictũ est oĩs cõcupiscẽ
tia phibetꝛ: sʒ hec duo precepta
in veteri lege edita sunt. ergo to
talr aĩuʒ a pctõ cohibebat. ¶ Si
dicas ꝙ hoc intelligitꝛ quo ad ce
rimonialia. Contra. Cerimonia
lia eñ legis non pcipiebant ab
aliquo pctõ abstinere: sed poti⁹
quid in figuram esset faciendũ.
ergo nõ magis manũ ꝙ̃ aĩuʒ co
hibebãt. ¶ Preterea. lex moysi
pfectior erat ꝙ̃ lex ciuilis: sʒ lex
ciuilis non tm̃ cohibet manum
sed etiã animũ: alias ad virtutẽ
non induceret; q̃ pncipalr in aĩo
cõsistit. ergo lex mosaica non tm̃
cohibet manũ sed aĩum. ¶ Sed
contra. Lex noua est pfectior ꝙ̃
lex vet⁹: sed nihil põt esse pfecti⁹
ꝙ̃ cohibitio animi ⁊ man⁹. ergo
in lege. ve. nõ cohibebatꝛ vtruq₃.
¶ Preterea. Mat. 5. dñs supra p
cepta legis q̃ ad factũ exteri⁹ p
tinent: sicut de homicidio facit
additionẽ de interiori actu pctĩ:
sicut de ira; qδ non esset si lex ve.
aĩum cohiberet. ergo lex vet⁹ ani
mum non cohibebat. ¶ Preter
ea. nihil cohibet animuʒ nisi gr̃a
sʒ vetus lex gr̃aʒ nõ cõferebat er
go animum non cohibebat.

Respondeo dicẽdũ ꝙ coa
ctio legis ẽm phm in x. ethic. ad
hoc necessaria est: vt illi qui per
suasionibus ad bonum nõ incli
nanꝛ p penas cogantur. vñ cohi
bitio legis se extendit ꝙ̃tum pe
na inflicta p legem. Sicut autẽ
lex vetus infirmis animis nõ ni- Virt⁹
si terrena pmittebat. ita etiaʒ p legi ne
peccatis tpalem penam infige- cessa-
bat oculum p oculo denteʒ pro ria.
dente. Pene autẽ tpales p pctis
animi infligi nõ possunt nisi qua-
tenus in actu ex timore prũpũt
alias eñ ab homine de eis iudi
cari nõ põt: ⁊ iõ lex vetus manuʒ
⁊ non animũ cohibere dicebatur
lex aũt noua eterna pmittit et
cõminaꝛ in premium ⁊ penã eter
na aũt pena ab illo iudice infligi
tur qui est cordis scrutator. ⁊ iõ
non solum manũ sed etiã animũ
cohibet: qδ ptʒ in hoc precepto.
Nõ occides p cuius trãsgressio
ne lex vet⁹ hoĩem occidebat sʒ p
ira interiori lex noua penaʒ eter
nam cõminaꝛ: q eñ irascitꝛ fratri
suo reus erit consilio. Mat. 5.

Ad primũ ergo dicen dum ꝙ lex
preceptis affirmatiuis ⁊ negati-
uis animũ ordinabat ad virtutẽ
⁊ a vitio retrahebat: non tamen
cõtra transgressores huiusmodi
precep'orũ penaʒ aliquã ordina
re poterat ẽm quã cohibere vel
cogere dr: ⁊ ideo nõ sequitꝛ ꝙ ani
muʒ cohiberet. ¶ Et per hoc pa
tet solutio ad 2^m. ¶ Ad tertium
dõm ꝙ omnem concupiscentiaʒ
ꝙ̃tum ad genus suum lex prohi
bebat: nõ tamẽ ab omni cohibe
bat per penas: sed solum ab ea
que prorumpebat in actũ. ¶ Ad
quartũ dõm ꝙ cerimonialia pre
cepta indicebant sacrificia pro
certis peccatis: non autem ita p
peccatis cordis sicut p peccatis
operis ⁊ ita cerimonialia magis
manuʒ ꝙ̃ animum cohibebant.
¶ Ad quintum dõm. ꝙ lex ciuilis
ꝙ̃uis intẽdat p cohibitiõem pe-

narum ad virtutes inducere: nō tamen cogit per penas animuz: sed solum manum.

¶ Utrum lex vetus iustificabat.



Ad tertiū sic ꝓcedit. videt ꝙ lex ve. iustificabat ⁊ nō occidebat Matt. 19. Si vis ad vitā igredi serua mādata: ⁊ loquit de mādatis decalogi: sicut ibidem ptz. Sed nullus ad vitā ingredit nisi iustificatus. ergo lex vetus iustificabat. ¶ Preterea. lex est iustitie quedā doctrina: qꝛ est ars eq̄ ⁊ boni ergo nō pōt iustificare nisi docēdo iustitiā: sz lex vetus iustitiam docebat. nā cōcupiscētiā nesciebaz esse pctm̄ nisi lex diceret. nō concupisces. Ro. 7. ergo lex vet⁹ iustificabat. ¶ Preterea. oē quod remouet dispositiones ⁊ causas non occidit sed iustificat: lex vetus hoc faciebat pctm̄ ꝓhibēdo ergo ⁊c. ¶ Preterea. in naturis ita cōtingit ꝙ vnūqdq3 vt fit frequēter: ita natuz est fieri. vt dꝛ in. 2. physi. Si ergo lex vetus occidebat vt frequēter: tūc ad hoc nata erat: sz oē qd naturā hꝫ ordiatā ad occasionē est maluz. ergo lex vetus fuisset mala: qd falsuz est. ¶ Preterea. mors nō sequebat ex ve. le. nisi ꝑ occasionē: sz ēt ex lege noua sequit mors ꝑ occasionē. 2. Cor. 2. Alij sum⁹ odor mortis in mortē: sz ꝓpter hoc lex noua nō dꝛ occidēs. ergo nec lex vetus occidēs: sz iustificās dꝫ dici. ¶ Sed cōtra. 2. Cor. 3. Lr̄a occidit: spūs aūt viuificat. ⁊ loquit de lr̄a ve. le. ergo lex vet⁹ nō iustificabat. ¶ Preterea. Ro. x. Justitiaz q̄ ex lege est ⁊c. glos. q̄ in opibus legis iustificat tpalem hꝫ mercedem nō apud deū: sed vera iustitia est que habet mercedē apud deum. ergo lex vetus nō iustificabat. ¶ Preterea qui iustificat ex operibus non iustificat gratis sz iustificatio legis nō pōt esse nisi ꝑ opera. cū ergo vera iustificatio sit gratis. vt ptz Ro. 3. videtur ꝙ lex non iustificaret.

Respōdeo dicēdum ꝙ lex quodāmō iustificabat: ⁊ quodāmō occidebat. Ad cui⁹ intellectū sciēdū est ꝙ iustificare dupl'r hic pōt accipi. Uno mō iustitiaz facere. Alio mō iustitiā docere. Justitia autē est duplex: q̄dā acq̄sita: quedam infusa: iustitia acq̄sita ex opibus causatur. ⁊ ꝑ hūc modum lex ciuilis hoīes iustos facit inq̄tum ꝑ exercitiū operum habitum iustitie in obseruatoribus causat ⁊ per hūc modū etiam lex mosaica iustificare poterat iustitiā acquisitā causando: sed de hac iustitia nihil ad p̄sens. Justitia autem infusa a solo deo effectiue ē vñ lex ꝑ opa eam inducere non pōt sed ꝑ legē nouā talis inducit iustitia: qꝛ ꝑ sacr̄a eius gr̄a ꝯfert q̄ iustificat formaliter. Sacr̄a ꝟo vet. le. gr̄am non cōferebāt: vt in 4. li. dicetur. ⁊ iō lex vetus nullo mō iustificabat q̄si iustitiaz causans: sed quasi iustitiā docēs: qꝛ in obseruatione mandatoꝝ eius forma iustitie cōsistit. Occidere aūt legis lr̄a dꝛ: ⁊ q̄tum ad moralia: ⁊ q̄tum ad cerimonialia: sed differenter: qꝛ q̄tum ad cerimonialia ꝑ se loquēdo. tpe enim gratie reuelate ceperūt esse mortifera. Sed q̄tum ad moralia non: nisi accidētaliter inq̄tuz ex ipsa lege peccatum ꝓhibente ex

Justificatio legis declarat

auxiliū grē cōtra ip̄z non ferēte infirmus periculū mortis sumebat tripl'r. Primo q2 ex hoc ip̄o q̄ pcti cōmemoratiōnē faciebat et in quo cōcupiscētia pcti extincta nō erat magis in ip̄z exardescebat: sicut cū aqua ostēditur siticti. Scd̄o q2 ex hoc ip̄o q̄ phibebat ponebat quasi in quodaz alto ⁊ difficili ad habēdū. Et iō mēs humana pctō subiecta vehemētius in illud tēdebat sicut scriptū est pver. 9. Aque furtiue dulciores sunt. Tertio q2 lex phibēs pcti spālē reatuz addebat in q̄tū nō solū naturalem legem transgrediebat: sed etiam legis scripte preuaricator erat.

Ad primū ergo dd̄z q̄ obseruatio mādatoꝝ legis necessaria est ad vitam eternam consequendā. q2 sine ea ad vitā eternā intrare nō pōt q̄ tp̄s habet opandi. non tñ obseruatio mādatoꝝ legis ad vitam cōsequēdam sufficiebat nisi modus charitatis adiūgeretur quā lex nullomodo cāre poterat ⁊ ideo non perfecte iustificabat. ¶ Ad 2m dd̄m q̄ docere iustitiā non est iustitiā facere pfecte: sed solū dispositiue. Inuenit aūt aliqua lex. s. lex noua q̄ iustitiā facē effectiue p sacra q̄ grām cōferūt. ¶ Ad 3m dd̄m q̄ ex hoc pbat q̄ lex nō occidebat per se loquēdo sz dispositiue iustificabat. ¶ Ad 4m dd̄m q̄ rō sequeretur si causa mortis esset ex lege: non autē erat ex ea: imo poti9 ad cōtrariū ordinata erat; sz cā mortis erat ex pctō eoꝝ quibus lex dabat: sicut cā mortis nō est ex sole si febricitātes ad solem stantes moriuntur. ¶ Ad 5m dd̄m q̄ in lege noua non est aliquis defectus q̄n iustificare possit; sicut erat in ve. le. ⁊ iō magis poterat accipi occasio mortis ex ve. le. q̄ꝫ noua. Ex noua eñ lege nō sequit occasio mortis nisi cōtennentibus ipsam; q2 volētib9 obseruare auxilium prebet: sz lex vetus etiaz volētibus obseruare ⁊ deficiētibus propter infirmitatē occasio mortis erat. Nota laytr

¶ Utrū lex vetus pmittebat tñ temporalia vel etiam eterna.



Ad quartuz sic pcedit. vr q̄ lex vetus nō soluz tpalia sz eterna pmittebat. Illud eñ in lege pmittit qd̄ merces legis ponit: sz deus seip̄m mercedē abrae pmisit q̄ est bonū eternū. vt ptz Gen. 12. ergo nō solū tēporalia sz eterna pmittebat. ¶ Preterea. qd̄ pmittit in lege est p̄miū virtutis: sz p̄miū virtutis dz esse meli9 v̄tute cū igitur v̄tus sit melior oī mercede tpali videtur q̄ lex terrena pmittere nō debuerit. ¶ Preterea. illd̄ qd̄ est cōtra rōnē virtutis i lege fieri nō dz. sz v̄tuti ɔtrariū est rei9 corruptiuū: vt act9 ei9 pter bonū terrenū fiat ḡ pmissio terrenoꝝ in lege fieri nō debuit ¶ Sz cōtra. illis solis pōt hō ad bñfaciēdū inuitari q̄ in pcio habz. sed carnalis populus cui lex vet9 data fuit sola bona tpalia in precio habebat. ergo eoꝝ sibi pmissio fieri debuit. ¶ Preterea. 1. Cor. 15. nō p̄us qd̄ sp̄uale sz qd̄ aiale sed lex vet9 p̄mo dāda erat. ergo non sp̄ualis promissio: sed tēporalis in ea fieri debuit.

¶ Utruz lex vet9 differat a noua per adicē timoris ⁊ amoris.

1ª questiūcula

Alterius videt᷑ q̄ lex vetus nō differat a noua per radicem timoris et amoris. Differentia eni legis non attenditur ex diuersitate obseruātiū legē: sed potiꝰ ecōuerso: cū lex sit regula ꝛ mēsura obseruantiū ipsā: sed facere aliquid ex timore vel amore contingit ex diuersa dispositione obseruātium legem ergo penes hoc due leges non distiguūtur. ℂ Preterea nullꝰ fructuose legē custodit nisi qui ex amore eā obseruat: ſʒ in statu ve.le. multi fuerunt qui eam fructuose obseruabāt: vitam eternā ex hoc ꝓmerētes ꝫ lex vetus ꝛ noua nō distinguūtur per timorē ꝛ amorē. ℂ Preterea timor seruilis qui contra amorē diuiditur respicit penā ſʒ maioris pene cōminatio fit in noua lege: q̄ȝ i veteri. vt patet heb. 5. Quāto inquid putatis deteriora mereri supplicia ꝛc. ergo lex noua magis in timore consistit q̄ȝ vetus. ℂ In cōtrariū est qđ Aug. dicit q̄ breuis differētia legis ꝛ euāgeliȷ̄ ē timor ꝛ amor. ℂ Preterea Ro. 8. Nō accepistis spiritum seruitutis iterū in timore. dicit glo. precepta in ve. lege timore seruabātur.

ℂ Utrū lex vetus sit magis onerosa q̄ȝ noua

Scđa questiuncula.

Alterius vr̄ q̄ lex vetꝰ nō sit magis onerosa q̄ȝ noua. Quod eni se habet ex additone ad aliud plura continet: sed noua addit supra veterē. Mat. 5. ergo plura continet: ꝛ ita videtur difficilior. ℂ Preterea quanto est perfectior status virtutis tāto maiorem difficultātē habet: quia ars et virtus circa difficile ꝛ bonum sunt vt dicitur in secundo ethicorum. sed status noue legis est perfectior q̄ȝ status veteris ergo lex noua est difficilior. ℂ Preterea infirmis et paruulis leuia onera sunt imponenda: sed illi qui erāt in veteri lege paruulis comparantur. qui autem sunt in noua viris perfectis. vt patet. Gal. 4. ergo lex noua est grauior q̄ȝ vetꝰ. ℂ Sʒ contra est qđ dicitur Mat. 11. Iugum meum suaue est ꝛ onꝰ meum leue. ℂ Preterea. Actu. 15. dicit Petrꝰ de veteri le. hoc est onus qđ nec nos nec patres nostri po. por. ergo ꝛc.

Respōdeo dicēdū ad primā questionem q̄ secundum Dio. i. 4. cap. celest. hierar. lex noua media est inter ecclesiam celestem et statum ve. le. et ideo eterna bona que in celesti ecclesia palam et copiose exibhētur in noua lege manifeste promittūtur In veteri autem lege non promittebantur nisi sub quibusdā figuris. vnde hebreos. x. dicit᷑ vmbram habens lex futurorū bonorum. Et hoc propter tres causas precipue. Primo vt ex his que cognoscebant assuefierent etiā a deo maiora sperare Secundo vt non solū cognitio sed affectus a temporalibꝰ ad eterna māduceretur. Tertio quia bona eterna nondū statī eis poterant exiberi nondum soluto ꝑcio. vnde dilatio ꝓmissorū in efficacem faceret apud infirmos promissionem.

Ad primū ergo dicendum q̄ vbicūq̄ ꝓmittūtur eterna in veteri lege

lege hoc est sub quadā figura et similitudine tēporalium. Et sm hoc etiā deus se mercedē abrae cōstituit ad litterā quasi remuneratorem in multiplicatiōe seminis et in terre pmisse collatiōe. ¶ Ut dicendū q hoc intelligit de promissione cōiter oibus facta in vete. le. nō aūt de illa q̄ fiebat spāliter ad aliquos pfectos viros qui ad legē nouā pertinebāt. ¶ Ad scdm dicendū q pmissiones tpales nō ponant in lege quasi premia virtutū: sz quasi incitamēta quedā ad virtutē. ¶ Ad tertium dicendū q sicut facere aliquid timore pene est cōtra rōnem perfecte virtutis: tn ducit ad vtutē: ita etiā facere aliqd pp̄ter retributionē temporalē: et ideo sicut in lege fit comminatio pene: ita etiam potest fieri pmissio temporalis mercedis.

Rūsio ad primam q̄stiunculam.

Ad secundā qōnem dicēdū q ex ipso mō legislationis apparet q lex vetus ē lex timoris: lex aūt noua lex amoris. Lex eñ noua ex ostēsione diuine charitatis initiū sumpsit: qz in effusiōe sanguinis iesu xpi: qui fuit pfectissime charitatis signū nouū testamentū cōsummatū est. lex aūt vetus in ostensione diuine ptātis q̄ timorē incutit initium sumpsit. vñ et in ipsa legislatiōe pp̄ter fulgura voces et tonitrua terror audiētes inuasit: vt dicerent. nō loquat nobis dñs ne forte moriamur. Exo. 20. et iō ve. lex hoies p̄cipue inducebat p cōminationē penarū. Noua vero lex p bñficia exhibita et sperāda: et hoc satis ꝯpetebat statui humani generis. vt prius quasi rudis ppl's per timorē pene cogeretur: postmodū vero p amorē in bono pficeret. sicut eñ timor est via ad amorē: ita lex vetus ad nouam.

Ad primū ḡ dicendum q ista differentia nō tñ sumit ex parte obseruantiū legē: sz ex mō editiōis leg: vt dictū est. ¶ Ad scdm dicēdum q illi q̄ in veteri le. ex amore legē obseruabant pfecti erant vnde ad legē nouā pertinebant in qua ē status pfectionis. ¶ Ad tertiū dōm q q̄uis lex noua maiora supplicia cōminet: tñ cōminatio suppliciorū nō est principalis inductio in legē nouā: sicut erat in le. ve. sed magis pmissio premiorū et cōmemoratio bñficiorum que ad amorē incitant: et iō lex noua nō timorē: sed amorem principalem radicem hz.

Rūsio ad secūdā q̄stiūculam.

Ad tertiā qōnem dōm q difficile et onerosum mensurat sm virtutē sustinētis. aliqd eñ onerosum est debili qd forti ē leue: et iō de onere legis et euāgelij possum' loqui dupl'r: aut q̄tum ad gratuitatē p̄ceptorū sm se: aut per cōparationē ad virtutē obseruātium. Si primo mō. sic q̄tū ad numerū p̄cepta veteris le. erāt magis onerosa: qz lex vetus arctabat ad cerimonialia multa et iudicialia: lex aūt noua ad moralia tñ: q̄ etiā lex nature imperat: et in vno vbo abbreuiato dilectiōis dei et pximi ꝯcluduntur. Sed q̄tū ad explicationē istorū p̄ceptorū: sic p̄cepta noue legis quodāmō sunt difficiliora: qz magis explicat virtus p̄ceptorū moraliū in noua le. q̄ in veteri. Et superaddit lex noua cōsilia q̄uis ad ea nō cogat: et quedā etiā phibet q̄ lex etus

permittebat infirmitati deferēs sicut libellum repudij et huiusmodi. Si autem secundo modo sic absolute lex vetus onerosior erat. Tu qz auxilium gratie nō conferebat ad mandata implenda sicut noua facit. Tu qz vetus lex per modum timoris cogebat ad hoc ad qđ noua lex ex amore inducit qui omnia leuia facit.

Ad primuz ergo dicendū ꝙ additio nouele ad veterem vel est ꝗtum ad consilia ad que noua lex non obligat: vel etiam ꝗtum ad explicationem eorū que in veteri le. implicite habebantur. vnde ex hoc non potest concludi ꝙ lex noua sit grauior.

¶ Ad 2m dicendum ꝙ virtuosus ea que ad virtutē pertinent delectabiliter exequitur: vt dicitur in. 1. eth. ⁊ ideo virtus perfecta leuius ꝗtuncunqꝫ difficilia exequetur ꝗ carens virtute facilia: cui hoc ipsum triste est: ꝙ a delectationibus illicitis abstineat. ¶ Ad 3m dicendum ꝙ sicut qui tortuosa ligna dirigunt ad partem contrariā magis deflectunt: vt sic ad rectitudinem veniatur. Ita etiaz vt dicitur in 2. eth. tendentibus ad virtutem faciendum est vt qui a rectitudine virtutis distorti fuerunt magis a contrarijs virtutis abstrahantur. Et propter hoc etiā penitentibus grauiora onera imponuntur ꝗ innocētibus. Et ita etiam carnali populo et ceruicoso maiora onera imponenda fuerunt ad eius duritiam edomandam: cum tamē modū eius non excederet. sicut etiam infirmis dieta artior: ⁊ pueris disciplina strictior imponitur.

¶ Expositio textus.



Non ancillam ⁊c.) Sciendum ꝙ ancilla dupliciter concupisci potest. Uno modo ad concubitum: ⁊ sic pertinet ad sextum preceptum. Alio modo ad dominm: ⁊ sic pertinet ad septimum.) Audistis. x. chordas psalterij ⁊c.) per. x. chordas psalterij. x. precepta legis intelligūtur. Sicut enim Dauid egregius psaltes sono cythare ⁊ psalterij spiritum malum a Saul expellebat. vt đr. 1. Reg. 16. ⁊ vrsum ⁊ leonē interfecit. vt đr in eodem 17. ita xp̄s: qui per Dauid significatur corda nostra quasi psalterium his. x. preceptis percutiens omniū mortaliū peccatoꝝ feras in nobis occidit: ⁊ ꝟtutes perficit quibus ad vitā perueniatur eternā: in qua cum christo viuamus per omnia secula seculorum. Amen. Notula vtil.

¶ Explicit scriptum sanctissimi doctoris Thome Aquinatis ordinis predicatoruz: super tertio libro sententiarū magistri petri lombardi cum textu singulis distinctionibus anteposito ꝗ dilligentissime emendatum atqꝫ correctuz per Dominū Tymotheū Ueronēsem canonicū regularez sacre Theologie scientissimum.

¶ Incipit prologus Magistri in tertio libro Sententiarum.



Iam nunc his intelligendis atque pertractandis: que ad verbi incarnati mysterium pertinent: integra mentis consideratione intendamus: vt de ineffabilibus vel modicum aliquid fari deo reuelante valeamus. Sic enim rationis ordo postulat: vt qui in primo libro de inexplicabili mysterio summe trinitatis: irrefragabili sanctorum attestatione aliquid diximus: ac deinde in secundo libro conditionis rerum ordinem: hominisque lapsum subiectis auctoritatis regulis insinuauimus: de eius reparatione per gratiam mediatoris dei et hominum prestita: atque humane redemptionis sacramentis quibus contritiones hominis alligantur: ac vulnera peccatorum curantur. Consequenter in tertio et quarto disseramus: vt samaritanus ad vulneratum: medicus ad infirmum: gratia ad miserum accedat.

¶ Incipiunt rubrice tertij libri.

Finis tabule.

¶ Scriptum sanctissimi doctoris Thome Aquinatis: ordinis Predicatorum: super tertio libro Sententiarū Magistri Petri Lombardi: cū textu singulis distinctionibus anteposito.



D locū vnde exeūt flumina reuertuntur. Eccli. i. Ex verbis istis duo possumus accipere: in quibus huius tertij libri materia compreh̄enditur scilicz diuine incarnationis mysterium: et eius copiosum fructum. Mysterium incarnationis insinuatur in fluminū reuersione cū dicit. Ad locum vnde exeunt fluere. Sed incarnationis fructus ostēditur in iterato fluxu cum dicit vt iterū fluāt. Flumina ista sunt naturales bonitates quas de⁹ creaturis influit: vt esse: viuere: intelligere: ꝛ hmōi. De quibus fluminibus pōt intelligi qđ dicitur. Ysaie. xi. Aperiā in supmis montibus flumina. Montes em̄ supremi sunt nobilissime creature in qb⁹ predicta flumina aperiri dicunt: q2 in eis ꝛ copiosissime recipiuntur: ꝛ sine imperfectiōe ostenduntur. Sed locus vn̄ ista flumina exeunt est ipse de⁹. De quo potest intelligi quod dicitur Ysa. 33. Locus fluuiorū riui latissimi ꝛ patentes. ac si diceret. In loco ortus fluuiorū riui naturaliū bonitatū eminenter inueniuntur. vnde dicit latissimi quātū ad perfectionē diuine bonitatis ꝫm omnia attributa: ꝛ patentes quantū ad cōmunicationez sufficientem: q2 eius bonitas ex qua omnia fluunt nec exhauriri nec cōcludi potest. Ista flumina in alijs creaturis inueniūtur distincta: sed in homine inueniūtur quodāmodo aggregata. hō em̄, est quasi orizon ꝛ confinium spiritualis ꝛ corporalis nature: vt quasi mediū inter vtrasqꝫ bonitates participet ꝛ corporales ꝛ spirituales. vnde ꝛ omnis creature nomine homo intelligitur Mar. vlti. vbi dicitur: predicate euangeliū omni creature: vt beatus Greg. exponit. ꝛ ideo quādo humana natura ꝑ incarnatiōis mysterium deo coniuncta ē. omnia flumina naturaliū bonitatū ad suū principiū reflexa redierunt: vt possit dici qđ legitur Iosue. 4. Reuerse sunt aque in alueū suum: et fluebant sicut añ cōsueuerant ꝛ vn̄ hic sequit. Ut iterum fluant. in quo notat incarnationis fructus. Ipse em̄ deus qui naturalia bona influxerat reuersus quodāmodo omnib⁹ per assumptionē humane nature in ipsum: non iam deus tātū modo: sed deus ꝛ homo hominibus fluenta gratiarū abundāter influxit: q2 de plenitudine eius omnes accepimus gratiaz ꝑ gratia. Ioā. i. Et de isto influxu legitur. Ecclesiastici. 39. Bes

nedictio illius quasi fluuius in nudabit. Et sic patet materia tertij libri: in cuius prima parte agitur de incarnatione. in scda de virtutibus ꝛ donis nobis per christum collatis.

¶ Exhortatio Domini Eleutherij Canonici Regularis ad emptorem de vtilitate libri.

Qui cupis errorum grandes vitare labores.
  Ne fugiat dubio tempus inane tibi:
Hūc eme. nec credas paucos graue pendere nūmos:
  Qui fugiunt poteris his reparare dies.
Mancus erat varijs corrosus tempore longo.
  Et lacer innumeris tertius iste locis.
Hunc parua impressit cura librarius ante.
  Dum granis impense ferre recusat onus.
Religionis honor grandis Thimotheus: ꝛ ingens.
  Gloria Canonice: tam graue fecit opus.
Abstulit errores: ꝛ que visenda reuisit:
  Ni falsas aliquis imprimat ere notas.

Utrum

Explicit tituli tertij sentẽtiarum sancti Thome aquinatis ordinis predicatorum.

Regestum.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z et con rum A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee.
Omnes sunt quaterni preter Ee qui est duernus.

¶ Explicit tertiū scriptum Sententiarum Diui Thome
Aquinatis sacre theologie ⁊ inclyti predicatorū ordi-
nis celeberrimi ꝓfessoris recognitū ad vnguem ⁊
marginalibus annotamētis insignitum per fra
trem Lābertum campestrē Theologū Im-
pressuʒ Lugduni impēsis honorati viri
Jacobi.q. Francisci de Giunta ⁊ so-
cioꝝ florētini: in edib⁹ Jacobi myt
Calchographi Anno edite mū
do salutis Millesimo q̄ngē
tesimo vigesimo ad
kalēdas octo-
bris.

✠

